

NY 92044
PHILONIS

IUDAEI, SUMMI

PHILOSOPHI, AC

SCRIPTORIS

eloquentif-

fimi,

Operum, quot quot ad hunc diem haberi potuerunt,



TOMVS PRIOR.

INTERPRETE,

Sigismundo Gelenio, Ioanne Christophorsono

et Ioanne Vauræo.

Cum vtriusque Tomi singularibus &
amplissimis Indicibus.



LUGDUNI,

Apud Antonium Vincentium.

M D LXI.

Typographus Lectoribus S.

PHILONIS Opera quæ inuestigari potuerunt, omnia vobis, Amici Lectores, exhibemus in duos Tomos diuisa: tum facilioris gestationis ergò, tum magis decoræ libri formæ. In quibuscùm nonnullæ partes sunt à diuersis in Latinum sermonem traductæ, quanquam dissimili interpretandi genere, ac dicendi charactere, vt ab hominibus diuersæ nationis, Germanicæ, Anglicæ, Gallicæ, & idcirco diuersi ingenij. cum vnus quidem verba scrutatus, fidelem præstiterit versorem: alter ambitiosior paraphrastes neglectis singularibus verbis, sententiarum vim, cum amplitudine sit sectatus: alius deniq; orationis ornatu & splendore, lucem philosophicæ, & Philonianæ obscuritati adiuuere sit conatus: neminem horum sua laude fraudandum duxi. sed omnes eodem iure censendos, & emittendos existimaui. Germanum quippe Sigismundum, & Anglum Christophorsonum, ne nostra exteris detrahere gentibus Gallia videatur. Vancæum item Callum, quo non melior alter erat, neq; linguarum peritior fortasse futurus: si ad viridè saltè etatem peruenisset bonus ille iuuenis longiori vita dignior. Itaq; Lectores grati, his tribus ad collationem, iudicium, & delectum simul oblatis, nõ magis grauabimini: quam si vobis in cõiuiò assidentibus quispiam tria varia eiusdem cibi condimenta apponat, pro suo cuiusq; gustu assumenda.

GENEROSO ADOLESCENTI

D. IOANNI A BALMA PERANO

R. E. PROTONOTARIO.

Sigis. Gelenius S.



Ciò equidè, adolescens generose, ex quo post illos giganteos conatus diuisa sunt lingua, *μερόπων ἀνθρώπων*, earum cuiq; suam datã gratiam vt semper vel barbarum hominẽ melius intelligamus. libet usque audiamus propria lingua loquentẽ quã, per interpretem. Verrit olim Timæum Platonis eloquẽtis philosophi librũ M. Tullius orator eloquẽtissimus: sed etiã si hoc opus extaret, nemo qui Græcè scit non mallet illũ in sua lingua legere. Fuit tamen superiorũ seculorũ, post translaturũ euerisumq; à barbaris imperiũ, & vastatã literarũ altricẽ Italiam, tanta infelicitas, vt ne historiarũ quidem Romanarũ maneret series, scæde interrupta, mutilis & magna sui parte laceris relictis precipuis eius autoribus. ergo huic & ceteris disciplinis succurrẽdũ erat propter eos qui latinè tantũ sciũt, veris sat multis per nostri seculi eruditos voluminibus: mihi sacris profanisq; historiis manus admoliri libuit, quantũ potui succurrẽtis & interdũ furtiuis horis in hoc meo vitæ genere, quo saxũ Sisyphiũ, vel potius Plautinã molã, iã per decẽ ferè lustra voluo reuoluõq; lectione tumultuaria, versans Græcos Latinõsq; codices. Pergem⁹ igitur quãdo & nos manũ ferule subduxim⁹, inuẽturi aliquos qui hæc nõ fastidiant, vt sunt varia mortalium iudicia, quomodo autẽ atate laruri sint hi nostri partus, viderit posteritas. mihi interim patroni eorũ querẽdi sunt, ne fortè sim tã *μινυθὰς*, vt parentẽ suũ relinquãt superstite. In eorũ numero tu adolescens generose iã dudũ designatus es animo, vt nihil hæc⁹ præter occasionẽ defuerit. nõ possum eĩ non exosculari tuã elegãt. si mũ ingenium, quod sub idoneo formatore do. Gilberto Cognato viro doctissimo gnauiter excolis, nec cõtentus imitari viros literatos, etiã epistolis amantissimis ad mutuã inuitas benivolentiã: quæ omnia mihi optime frugis maturæ secutare spẽ faciũt. Deo igit & ipse in hoc virtutis stadio, anhelanti aspergere frigidã & inuenies hic exempla egregia hominũ, quos Christus ipse iã tunc ante carnẽ assumpti colloquio dignatus est, vt Abrahami, Iacobi Moisiq;, & cũ primis Iosephi in omni atate omniq;

EPIST. NVNCVPATORIA.

fortuna in similibus. quāuis nō desint tibi exēpla domestica, quæ solēt acriores addere stimulos: vt qui nobilissima Burgundiæ familia & cū aliis equè nobilibus cōiuncta ortus sis. in quib⁹ vt proximi sic præcipui sunt, pater Philibertus à Balma, Peræ Corgenonisq; in Segusiis dominus, & maternus auus illustris baro Diogonia Ioānes à Damis: præterea duo auūculi, totidē vestre Burgūdiæ sidera, reuerend. dominus G. à Poupet, abbas Balmae Balernæ Goillaq;, & frater huius illustris d. I. à Calce, vnus ex intimis aulae Casarea, tāto monarchæ suo merito charissim⁹. Vadit igitur ad te Philo, ducēs secū Mosē illū antiquissimū, Ogygio seculo natū, & Cadmo multo superiorē, quandoquidē eius tēpore illiteratā Graciā fuisse testatur Chronographi. afferunt autē hi viri diuina placita, & eorū interpretamenta iuxta priscorū sententiā. nō est tamē q̄ te maiestas hæc rerū absterreat, sed alliciat potius, præsertim cū sacris functionib⁹ destinatus. iā nunc te his parare debeas, & vt facis, respōdere spei cōceptæ de tua indole. inueniētur hic multa quæ sacros sensus ostēdant certius, nō tā obscuros aliqua caligine, quā præstringētes mētis oculos splendore nimio. licebit etiā hic pleraq; agnoscere, quæ post sūmi theologi trāsferēda putarūt in suos cōmentarios. certe nō debet esse ingrata huius lectio, cū Platonē nō tā prope ad nostros accedētē, & alieniorē Aristotelē, Auerroémq; scriptis ac religione barbarū, in scholas admittāt etiā theologi, habēda tantū est ratio tēporū, simūlq; cogitandū, hæc fuisse scripta cū pondū satis vulgata esset lux euāgelica. habuit & pietas religioq; suā infantia, iuuentū, virilitatē, & visa est aliquādo ad seniuū vergere. sed nescit seniuū res immortalis, & Deo charissima. Qualis autē quātūsq; vir fuerit hic Philo, docebūt subiecta aliquot testimonia. Fuit certē inter suos primarius. Tiberij Alexandri Alabarchæ (sic in Aegypto Iudæorū summū magistratū vocant) frater, eius qui Romæ inter cōsulares Vespasiani amicos statuā habuit; sicut Iuuenalis cū stomacho meminit, eruditione nō minus celebris, quā germanus opibus. vnde illud vulgare, ἢ φίλων πλατωνίζει, ἢ πλατων φιλωνίζει. mihi Plato potius φιλωνίζει videt, id est Mosē æmulari, cuius Philo fuit discipulus. constat enim Platonē in Aegypto peregrinatū, ab i audisse nō magis Aegyptiorū quā Iudæorū ἱερογραμματῆς. Hæc apud te adolescēs generose præfari libuit, quo magis accendaris ad opēris visēdi cupiditatē, quod te aīmi nostri erga te propēlissimi admonebit. Bene vale. Basileæ Cal. Feb. An. M. D. LIII.

TEST

TESTIMONIA SANCTISSIMORVM VIRORVM DE

PHILONE IVDÆO.

EVSEBIVS HISTORIAE ECCLESIASTICAE LIBRO II.



CAI I Cæsaris temporibus, Philo magna famæ celebritate apud plurimos fuit, vir sanè qui non nostrorum hominum solū, sed etiam Gentilium, qui humanitatis ac politioris literaturæ elegātia excellēbat, facile principem locum obtinuit. Genus autem antiquitus ex Hebræorum stirpe duxit: atq; illis viris, qui Alexandria in summis honorū gradibus locati, magnum splendorem acquisiuisent, nulla ex parte inferior putabatur. In diuinas præterea & patrias disciplinas quantum & quā magnum laborem contulerit, inter omnes liquidò constat. Quinetiam in studiis philosophiæ, liberaliumque artium cognitione qualis & quā excellens fuerit, non necesse habeo dicere: præsertim cū Platonica & Pythagorica disciplinae formam ardentiore studio imitatus, omnibus suæ memoriæ & ætatis viris antecelluisse prædicetur.

Ac rursus de eo sic loquitur, Philo quidem verbis copiosus, sententiis locuples, in diuinis scripturis explicandis altus, & in sublime se tollens, variam ac multiplicem sacri eloquij interpretationem pertexuit. Et paulò post. Istum, Caio regnante, Romanam profectum esse, & librum de Caij impietate ac scelere à se cōpositum (quem faceret admodum & dissimulanter, De virtutibus, inscripsit) postea, Claudio imperium gerente, corā vniuerso senatu recitasse memoriæ proditum est. Quapropter nō illud opus solū, verum etiam alia ab eo edita tātopere admirabantur Romani, vt digna existimarent, que in ipsorum bibliotheca, tanquam monumenta quædam reponerentur.

AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM

MANICHÆVM, LIB. XII. CAP. II.

VIdit hoc, inquit, Philo quidam, vir liberaliter eruditissimus, vnus, eorum, cuius eloquium Græci Platoni æquare non dubitant.

* iij H I E

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIP-
TORVM ECCLESIASTICORVM.

PHilo Iudæus, natione Alexádrinus, de genere sacerdotum, idcirco à nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia li-
brum de prima Marci euangelistæ apud Alexandriam scribēs
ecclesia, in nostrorum laude versatus est: non solum eos ibi, sed
in multis quoq; prouinciis esse memorans, & habitacula eorū
dicens monasteria. Ex quo apparet, talem primum Christo cre-
dentium fuisse ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur
& cupiunt, vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus pauper, pa-
trimonia egentibus diuidūtur, orationi vacatur & psalmis, do-
ctrinæ quoq; & continentię: quales & Lucas refert primū Hiero-
solymæ fuisse crederes. Aiunt hunc sub Caio Caligula Romę
periclitatū, quod legatus gentis suæ missus fuerat. Cū secūda
vice venisset ad Claudiū, in eadem vrbe locutū esse cum apo-
stolo Petro, eiusq; habuisse amicitias, & ob hanc causam etiam
ecclesiam Marci, discipuli Petri, apud Alexandriā sectatores or-
nasse laudibus. Extant huius præclara & innumerabilia opera.
In quinque libros Moyse: De confusione linguarum liber vnus:
De natura & inuentione liber vnus: De his quæ sensu præamur
& testamur liber vnus: De eruditione liber vnus: De hærede di-
uinarum rerū liber vnus: De diuisione æqualiū & contrariorū
liber vnus: De tribus virtutibus liber vnus: Quare quorūdam
in scripturis mutata sunt nomina liber vnus: De partibus libri duo:
De vita sapientis liber vnus: De gigantibus liber vnus. Quod so-
mnia mittantur à deo libri quinque: Questionū & Solutionum in
Exodo libri quinque: De tabernaculo & decalogo libri quatuor:
Necnon de victimis & reprobationibus, siue maledictis: De
prouidentia: De Iudæis: De conuersatione vitæ: De Alexandro,
dicente quod propriam rationem muta animalia habeant, &
quod omnis insipiens seruus sit: Et de vita nostrorum in li-
brum, de quo supra diximus, id est, de apostolicis viris, quem & inscri-
bit *περί βίσθωρητικῆς κειτῶν*, quod videlicet ecclesia contem-
plentur, & semper deum orant, & sub aliis indicibus: De agri-
cultura duo: De ebrietate duo. Sunt & alia eius monumenta
in genij, quæ in nostras manus non peruenierunt. De hoc vulgo
apud Græcos dicitur, *ἢ πλάτων φιλωρίζε, ἢ φίλων πλατωνίζε*,
id est, aut Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo: tanta
est similitudo sensuum & eloquij.

RAPH

RAPHAEL VOLATERRANVS ANTHRO-
POLOGIÆ LIB. XVIII. EX SVIDA.

PHilo Iudæus, Alexandria natus, disciplinisq; omnibus e-
ruditus, in nostra & Græcorum philosophia facile ceteros an-
tecellit, eloquentiæ Platonis, adeo amulator, vt prouerbum
fuerit, *ἢ πλάτων φιλωρίζε, ἢ φίλων πλατωνίζε*, id est, aut Plato
Philonem, aut Philo Platonem. In diuinis autē legibus & pa-
trii institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum
tradidit monumentis palam est. Igitur temporibus Caij prin-
cipis quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus absoluit: in
quibus & suam legationē pro Iudæis apud ipsum Imperatorē
refert: vnde suggillatus nec sine periculo demum rediit. Sed &
Iosephus huius legationis meminit lib. 18. his verbis, Et quidē
cū seditio apud Alexádrinam fuisset inter Iudæos & Græcos,
terni ab vtriusq; legati partibus mittuntur ad Caium, in quibus
pro parte Græcorū erat quidā Appion grāmaticus, qui cū in cæ-
teris infumaret eos, tum quod honores diuinos (vt mos est apud
alios) Casari non deferrent: quapropter iratū reddidit Caium.
Philo, qui legationi præerat Iudæorum, vir in omnibus magni-
ficus philosophiæ non ignarus, vehemētissimē omnia cōfuta-
uit. tādē absteritus ac repulsus, bono nos, inquit, animo esse
oportet, quibus est Caius infestus. Necessē nāq; diuinū adesse,
vbi humanū cesset auxiliū. Hæc quidē ille. Sed Philo in ipso
libro, quem de sua legatione scripsit, omnia exequitur. Iterū er-
go reuertens legatus ad Claudiū in vrbe, cum apostolo Petro
sic primū congressus est, venitq; in eius & Marci discipuli am-
icitiam, ob quam causam postea Alexandrinā ecclesiam, cui
Marcus præfuit, & Christianos ea tempestate laudibus
prosequitur, vt Hieronymus testatur. Volumen
eius ingens plures continens libros ad nos
peruenit, cōuersum Sixti III Pontifi-
cis tempore à Lilio Tipherna-
te meo præceptore, bibliop-
hecæque Vaticanæ
dicatum.

CATALOGVS ET ORDO
librorum in hocce Philonis Iudæi
Tomo contentorum.

1 De mundi opificio. pa- gina	11 De Gigantibus. 248
2 Legis Allego- riarum liber primus. 35	12 Quòd Deus sit immu- tabilis. 256
3 Legis Allego- riarum liber secundus. 53	13 De confusione lingua- rum. 278
4 De Cherubim. 95	14 De Abhramo. 303
5 De sacrificiis Abelis & Caimi. 115	15 De migratione Abra- hami. 336
6 Quòd deterius potiori insidiari soleat. 137	16 De congressu quæren- de eruditionis gra- tia 367
7 De agricultura. 165	17 De profugis. 389
8 De plantatione Noe. 188	18 Quis rerum diuinarū hæres sit. 415
9 De temulentia. 210	19 De Ioseph. 453
10 De his verbis, Resi- puit Noe. 239	20 De somniis. 454

PHILONIS IVDÆI
DE EA QVAM MOSES
DESCRIBIT MVNDI
CREATIONE
Liber,

Sigismundo Gelenio interprete.



CAETERI Legislatores partim nullo or-
natu adhibito nudū ius præscripserūt: par-
tim ad exaggerādā apud vulgus rem, fa-
bulosis figmentis veritatē prætexerūt. Mo-
ses verò vtraq; ratione posthabita, altera
vt rudi ac ignaua parūmq; decora philoso-
pho, altera vt mēdace plenāq; præstigiis,
perpulchrū ac honestissimum legū suarum fecit initium: neq;
statim quæ faciendā, quæue nō, admonens: neq; quoniam for-
mandæ prius erant mentes accepturorū has leges, affingēs fa-
bulas, aut aliorū figmenta recipiens; sed admirādum (vt dicere
cœpi) est hoc principium creationē mundi complexum: vtpote
cū & mundus legi & lex mundo conueniat: & homo legi ob-
noxius mox ciuis mundi euadat, dirigens sua facta ad arbitriū
naturæ gubernātis hęc rerum vniuersitatē, eam sublimitatem
sensuum quibus mundi creatio traditur, nullus poëta, nullus
scriptor laudare queat pro dignitate: superant enim omnē di-
cendi audiēdiue facultatem, vtpote sublimiores quā vt mor-
tali quopiam vase possint cōuenienter percipi: non tamē ideo
cessandum est, sed studio pietatis vel vltra vires audendum: nō
vt priuatim afferamus aliquid proprium, sed ē multis pauca
quædam, ad quæ humanā mentem penetrare fas est, deductam
amore ac desiderio sapientia. Quæadmodum enim collosorū
similitudines vel in exiguo exprimuntur anulo: ita fortassis
eriā scripturæ creationē mundi prodeuntis pulchritudo eximia
splendore quodam percellens lectorū animos, mediocri stilo
enarrabitur: si prius admoneatur, quod admoneri operepretiū
fuerit. Quidam enim mūdum magis admirati quā eius con-
ditorem, hunc quidem nō factum æternūmq; asseuerāt: Deum
verò in alto otio degere mētiunt impij: cū debuissent cōtrā,

PHILONIS IVDÆI LIBER

huius ut conditoris ac parentis admirari potentiam, illum non supra modum venerari. At Moses tum philosophiæ fastigium assecutus, tum oraculo de præcipuis naturæ arcanis edoctus, animadvertit duo esse in rebus necessaria: alterum causam agentem, alterum quod ab agente afficitur, præterea agens illud esse huius universi mentem sincerissimam ingentissimamque, præstantiore quam sit virtus aut scientia, imò quam ipsum summum bonum & ipsum summum pulchrum: alterum autem illud passioni obnoxium, inanime & suapte natura immobile, motum, formatum animatumque à mente illa redditum esse opus absolutissimum. Caterum qui mundum factum negant, non animadvertunt se tollere quod est in vita utilissimum, & ad pietatem summè necessarium, nepe providentiam, nam opificium non negligi ab opifice suo parenteque docet ratio. Etenim pater hoc agit ut permaneat sua progenies, conditor item diuturnitati à se conditorum consulit, arcens quicquid noxam damnumve illaturum videtur, contra quicquid utile commodumque, modis omnibus prospiciens. At quod factum non est, nihil commercii habet cum eo qui se non fecit. Est autem absurda opinio atque inutilis mundum tanquam rempulsive magistratu inducere, cui non præfectus, non præses, non iudex præsit, quem omnia dispensare gubernareque deceat. At magnus ille Moses longissimo intervallo distare existimans rem visibilem ab infecta: quando quidem quicquid sensui subiectum est, generationi, mutationique obnoxium, nunquam eodem statu manet: invisibili & mente sola prehensibili naturæ aternitate tanquam germanam cognatamque attribuit: de sensibili verò generationem tanquam proprium vocabulum prædicat: quoniam igitur visibilis sensibiliisque, hic mundus est, factum esse consequitur necessario. quapropter non alienum fuit ab auctoris proposito, generationem eius scripto prodere, idque admodum graviter ac theologice. Sex autem diebus fabricatum ait mundum, non quod temporis spatium opus habuerit conditor. Deum enim non iussu solum, verum & cogitatu operari creditur: sed quoniam opus erat rescreari quodam ordine: ordini autem numerus est proprius. inter numeros, verò lege naturæ aptissimus generationi est senarius. nam post unitatem primus occurrit perfectus parilibus constans partibus è quibus conficitur: ternione, scilicet sui dimidio, è binario parte tertia, & ex unione parte sexta: qui (ut ita loquar) mascula simul ac foeminea natura præditus est, & compositus ex utriusque viribus. masculus enim in rebus cæsetur impar

num

DE MVNDI OPIFICIO.

numerus, sicut par foemina: imparium autem principium ternio, parium binarius: ex amborum verò viribus constat senio. oportet enim mundum cum sit creaturarum omnium absolutissimus, iuxta perfectum numerum compingi, nempe senarium: & quia in seipso complexurus erat generationes è binaria copula formari ad numerum mixtum, eum qui primus pariter impar est, ut in se contineret tum pro seminantis masculi, tum foemine generationem suscepturæ (speciem singulis autem diebus attribuit aliquam universi portionem, excepto primo die, quem ne nominat quidem primum, ne connumeretur cæteris: sed unum nominans, apto utitur vocabulo, considerata unionis natura, appellationeque eius hic convenientissima. Differemus igitur quæ his verbis continetur quantum fieri potest, quando impossibile est dici omnia. Inest enim hic eximius ille mundus intellectu solo conspicuus, sicut procedente sermone patebit in enarratione huius diei. Deus enim ubi pro sua deitate prævidit, imitamentum pulchrum non posse absque exemplari pulchro existere, nec sensibile quicquam citra exceptionem probari posse quod non archetypo intelligibilis idea respondeat, postquam decrevit visibilem hunc mundum condere, prius formavit simulacrum eius intelligibile, ut ad exemplar incorporei deoque simillimi, corporeum absolueret mundum recentiore huic antiquioris effigiem, totidem complexurum sensibilia genera, quot in illo intelligibilia. mundum autem illum qui ex ideis constat, nefas est loco villo dicendo, cogitadove circumscribere: sciemus tamen quo pacto consistat, si consideraverimus aliquam rerum nostrarum similitudinem, quoties condenda est urbs cura regis alicuius aut imperatoris pro fortuna magnifici, præsto est quispiam peritus architectonica, qui contemplatus loci opportunitatem, primum intra seipsum partes future urbis propemodum omnes delinat, templam, gymnasia, curias, fora, portus, naualia, vias angustasque, moeniorum situm, & adificiorum tam privatorum quam publicorum, deinde impressis velut in ceram in suum animum singularum rerum imaginibus, effingit urbem intelligibilem, cuius effigiem innata retractans memoria, atque ita impressis sibi magis etiam simulacris, ut bonus artifex, ad semel propositum exemplar respiciens, aggreditur designatam suam structuram è saxis & materie, representans incorporeas illas ideas singulis operis partibus. Eodem ferme modo de Deo sentiendum est, qui ubi decrevit ingentem hanc urbem condere,

a ij prius

4 prius formas eius cōcepit: ex quibus postquam intelligibilem mundum cōstituit, ad illius exemplar sensibilem hūc cōdidit. Quēadmodum igitur illa in architecto præsignata vrbs locū extra nullum habuit, tātum impressa artificis animo: eodē modo ne ille quidem ex ideis constās mūdus alibi locum habere poterat quā in Dei verbo quod adornauit hæc omnia. Quis enim alius possit esse locus virtutū Dei, idoneus ad cōcipiendas, nō dico omnes ideas, sed vel vnā quampiam earū simplissimam: est autem virtus etiā mundi effectrix, à verò bono ceu à fonte oriūda. nam si quis vellet causam huius vniuersalis opificij per scrutari, nō aberraret opinor à scopo, si diceret q̄ quidam priscus sapiens: bonum esse patrem conditorēmq; idēq; suapte naturæ bonitate nō inuidille substantiæ, nihil boni ex se ipsa habēti, quæ tamē quiduis fieri poterat. erat enim ex se ipsa expertis omnis qualitatis, indigesta, inanis, plena ruditate, cōfusione, atq; discordia: sed capax alterationis mutationisq; in cōtrarium statū optimum, videlicet ordinē, qualitātē, animationem, similitudinem, identitatē, coaptationē atq; consonātiā, ceterāq; quæ ad potiorem ideam attinent. Tum Deus nemine monēte (quis enim erat alius?) siropte cōsilio decreuit diuitias gratiæ suæ copiose largitēq; profundere in naturā nullius bonæ rei per se capacem sine diuina munificētia. attamen nō pro magnitudine gratiæ suæ beneficus est, nimirū infinitæ ac incōprehensibilis: sed attemperat se ad vires eorum, quos dignatur sua beneficentia. nec enim sicut Deus ad benefaciēdum natura propensus est, ita creatura ad accipiēda beneficia. illius enim potentia longē superat, at huius infirmitas impar est eorū magnitudini, succūberētq; nisi Deus pro cuiusq; portione moderaretur suā gratiam, quod si cui libeat apertioribus vti vocabulis, nil aliud dixerit esse mūdum intelligibilem, quām verbum Dei iam mundum condentis. nec enim intelligibilis vrbs est aliud quid, quā illa architecti ratiocinatio, cogitātis iam vrberem mente conceptā condere. Mosis enim est opinio hæc, non mea. ergo hominis generationē aggressus scribere, procedēte sermone, disertē fatetur, formatū eum vtiq; ad Dei imaginem. quod si pars imago est imaginis, patet q̄ etiā tota hæc species, videlicet vniuersus hic mundus, qui magis quā homo refert diuinā imaginē. liquet autē q̄ archetypū sigillum, quem dicimus esse mūdum intelligibilem, ipse sit archetypū illud exemplar, idea idearū, verbum Dei. narrat enim quomodo in principio

pio fecit Deus cælum & terram, principium vsurpans, non vt quidam putant, iuxta significationē temporis. tēpus enim ante mūdum nō erat, sed aut vnā factū est, aut post eum. Cum enim tempus sit spatiū motus cæli, fieri nō potest, vt motus rem motam præcesserit: sed necesse est hūc aut post, aut simul existere. necessariò igitur colligitur, tēpus aut æquæuum esse mūdo, aut recentius. affirmare autē illud esse antiquius, re vera alienū est à philosophia. quod si principii non accipitur nūc iuxta significatum temporis, cōueniens fuerit id significari iuxta numerū, vt hæc voces, **I N P R I N C I P I O F E C I T**, idem valeant quod **P R I M V M** fecit cælum. Est enim reuera consentaneum rationi, primū in generatione illud prouenisse, cum sit præstantissimum ex his quæ facta sunt, & è purissima cōstet essentia: quā obrem Deorū tam nō apparentium, quā sensui patētium, destinatum est domicilium sacratissimū. Nam si omnia simul & semel fecisset cōdita, minus ordinis fuisset in rebus tā pulchrē conditis, nec enim est quicquā pulchri in cōfuso ordine. Ordo verò est cōsequentia seriēsq; rerū præcedentium & sequētium, si nō ipso opere, certē cōsiliis opificum, si modò caueatur vt ea certa inconfusāq; sint. Itaq; ante omnia conditor fecit in mundo intelligibili cælum incorporeū & terrā inuisibilē, & aëris ideam & vacui. hūc vocauit tenebras, vtpotē atrū naturaliter. vacuum verò abyssum: profundissimū enim est, & dehiscit patentissimē. deinceps fecit aquē incorpoream essentiam, itēmq; spiritus, deniq; postremam lucis septimam æquē incorporeā, & exemplar solis intelligibile, omniumq; stellarū quæ cælo lucem erant illaturæ, dignatus priuilegio lucem & spiritū. Hūc enim nominauit Dei, quia spiritus plurimū ad vitam cōferat, quæ ab autore Deo profici scitur. lucē verò appellauit valde bonam: hæc enim intelligibilis visibili tanto est lucidior ac splendidiore, vt existimo, quāto sol antecellit tenebras, dies noctem, quātōq; mēs totius animi imperatrix sensus quibus res discernimus, & oculi reliquas partes corporis. ceterū inuisibile illud & intēligibile diuinū verbum, & Dei verbū, imaginem dicit Dei: & huius imaginem lucē illam intelligibilem, quæ facta est imago diuini verbi, suæ generationis interpretis: quæ est supercælestis stella, fons stellarū sensibilium: quā non temere appellare possemus vniuersalē lucem, à qua sol, luna, ceteraq; stellæ tam fixæ quā erraticæ hauriūt singule pro viribus cōuenientes sibi splendores sinceræ illius & puræ lucis, quæ obscur

ratur quam primūm vergit ab intelligibili ad sensibilem. Sinc-
cerum enim nihil sensu percipitur. Recte autē se habet illud
quoq; dictum quod Tenebrae erāt super abyssum.] Aēr enim
quodāmodo existit supra vacuū, quādoquidem omnē illam
immensam regionem vacuā disertāmq; explēuit. quae ad nos
vsque à lunari orbe pertinet. ceterū postquā effulxit lux illa
intelligibilis sole antiquior. cesserūt aduersa tenebrae, dispen-
sente Deo dirimentēq; cui perspicuae sunt cōtrarietates rerū,
& nativa quaedam certamina ne igitur perpetuis laborarent se-
ditionibus. ne ve bellum pulsa pacē praevaleret cōfuso in mun-
do ordine. nō solum separauit lucem à tenebris. verūm & ter-
minos in medijs spatijs posuit quibus vtrūq; arceatur ab extre-
mitatibus alterius. Alioqui propter vicinitatē inductura erant
confusionem contentionibus de principatu mutuis. pertinaci
ambitione luctā appetētia. nisi praefixi in medio termini ad pu-
gnam gestientia dirimerēt. hi sunt vesper & mane. quorū alte-
rum praenūtiat laetum aduentum solis orientis. sensim tenebras
subinueniens. vesper autem occidentē solem subsequitur. ingruē-
tes tenebras leniter excipiens. atque haec ipsa. mane inquam &
vesper. in ordine incorporearum intelligibiliumq; rerum po-
nēda sunt. nā nihil omnino sensibile est in his. sed omnia ideae
mensurae; ac loci & sigilla incorporea. ad generationem alia-
rum rerum corporearum. Facta autem luce & succedente tene-
bris. fixisq; in medio terminis vespera ac mane. necessariō tem-
poris mensura mox effecta est. quem diem nominauit opifex
eūmq; nō primum sed vnū: qui sic dicitur propter singularita-
tē intelligibilis mūdi habentis naturā vnitatis. Iamq; perfect^o
erat mūds ille incorporeus. situs in diuino verbo. cū sensibi-
li hic ad exemplar alterius absoluebatur: & ante alias eius par-
tes potissimā omnium faciebat cōditor. caelum videlicet. quod a-
ptē firmamentū appellauit. vt rem corporeā. corpus enim natu-
raliter firmum est solidūque. tres dimensiones habens. solidi
autem & corporis quae potest esse alia cogitatio. quam quaqua
versum dimensio? Merito igitur supposito pro incorporeo sen-
sibili hoc corporeoq; firmamentū id vocauit: quod mox οὐρανός
id est caelum aptē valdeq; proprie appellauit: siue quia omnium
οὐρανός id est terminus. siue quia primū οὐρανός id est visibiliū fa-
ctum sit. post cuius generationē nominat diem secundū. inte-
grum diei spatium. mensurāque ad caelum referens. ob eius
inter sensibilia dignitatem honorēmq;. Post haec quoniam vni-
uersa

DE MVNDI OPIFICIO.

uersa aqua in totam terram diffusa erat. omnesque eius partes
penetrauerat. quemadmodum spongia humorem cōbibit. vt
ceu palus quaedam cœnosa ex vtroq; elemento macerato con-
funderetur. & quodammodo fermentaretur in vnā indiscre-
tam informēmq; naturam: iubet Deus quicquid aquarum sal-
sum erat ac proinde offerendum fertilitati satorum & arborū.
collectum in vnū confluere ex omnibus terrae foraminibus:
tum aridā emergere. d. ilci humore in ea relicto ad eius pepe-
ritatem. humor enim hic moderatus pro glutine est iungēdis
partibus distantibus. quo fit etiā. ne omnino exsiccata terra in-
frugifera & sterilis reddatur. vtq; tāquam mater. nō solum al-
terum alimenti genus. cibum. sed vtrūq; ceu natis suis cibum
ac potum praebet. quapropter venis māmaram similibus exū-
dauit. quae per canernas editae fluuios fontesque profunderent.
nihilō secius tamen latentes quoq; humores indidit omnibus
aruis & latifundiis. ac fertilitatem fructuum copiosissimam. his
ita dispositis aator nomina imposuit. aridā terram. aquae verò
indē secretae mare. atq; ita ornare terram aggressus. iubet eam
proferre herbas & spicas. omnigenāq; olera producere. tū pra-
ta sceno virentia. & quicquid cœsurum erat pecuariis in pabu-
lum. aut in cibum hominibus. Eodem iussu & arborū species
omnes sunt editae. nulla omīssa vel mitiū vel syluestrium: eaq;
omnia fructibus suis abūdabāt in ipso statim ortu. secus quā
hodie. nunc enim singula gignūtur suis vicibus. non simul o-
mnia. Quis enim nescit primā esse semētē & plantationem.
tum sequi incrementa satorum plantarūmq; deorsum radices
ceu fundamenta demittentiū. sursum item altas stirpes attollē-
rium? Deinde frondes foliaq; germināt. postremò fructus pro-
fertur. ac ne is quidem perfectus. sed variās subinde facies reci-
piens. & nunc formā mutās. nunc magnitudinem. Nam primò
tam minutus est. vt penē visum fugiat. similis atomis corpus-
culis. quae nō temerē vocari possunt prima sensibilia. Post haec
paulatim accedente alimēto quod rigat arborē. & afflatibus
tēperatis ac tepidis aurisq; mollibus nutritiōibus augetur &
ad iustā magnitudinem peruenit. cum qua etiā qualitates va-
riat. ceu picturae artificio iam his iā illis tinctus coloribus. At
in prima huius vniuersitatis generatione (vt dixi) Deus o-
mnem stirpiū syluā è terra produxit perfectā. fructibus non
inchoatis. sed maturis refertā. sine dilatione inuitatē ad fruē-
dum affutura mox animalia. Terra verò ad illi^o iussu tāquā
a iiii dudum

dudum pragnans & parturiens, parit omnes satorū, arborum atque fructuū inenarrabiles species: qui quidem fructus nō solum in alimonia facti sunt animantibus, verū etiam in hoc preparati, ut in perpetuū propagaretur similiū generatio, quippe qui cōtinebant vim seminariā, obscuris & incertis rationibus insitā, quæ se tādē proferret stas tēporum circuitibus. Voluit enim Deus naturā certis horarū spatiis decurrere, consulens immortalitati specierū, & reddens eas aternitatis participes, Quapropter inchoata perduxit ad finem properē, rursumq; à fine reflexit ad initiū, è plātis enim fit fructus tanquā è principio finis: & è fructu semen, intra se denno plantā continens, tāquam è fine principiū. Quarto autem die, cælum picturis exornauit, non quod terræ id posthaberet, dās inferiori naturæ priuilegiū, potiore verò ac diuiniore secūdo loco ponens, sed ut euidentissimè imperij sui potentiam ostenderet. Quippe qui prouidens opiniones nondū creatorum hominū, cōiecturas verisimiles & credibiles libenter sequentium, quæ multam quidē rationis speciem habent, non item syncerā veritatē: & quod suis oculis magis credituri essent quā Deo, admiratores sophisticæ potius quā sapiētiae: quodq; solis ac lunæ cursibus tū æstiuis hibernis, vernis autumnalibusq; mutationibus, annuorū terræ prouentuum omniumq; nascentium causas acceptū latenti essent syderum caelestium ambitibus: ne cui creaturæ ascribere primas causas auderent, siue per impudentiam, siue per ignorantiam nimiam: recurrant, inquit, mentibus ad primā huius vniuersitatis generationem, memineritq; ante solem & lunam omni genas stirpes omni genosq; fructus è terra proditos. Atque ita sibi persuadeāt, & in posterum eam prolaturā eos ex caelestis patris arbitratu, quoties ei placuerit non expectato cæli fauore, cui dedit quidem potentiam, sed non liberam. Nam ipse quemadmodū aurora habenas aut gubernator clauū tenens, dirigit quā vult recto more ac lege singula, nullius ope indigens: omnia enim Deo possibilia. Atq; hæc est causa cur terra prior germinaret, & herbā protulerit: cælū verò post sit ornatū in numero perfecto quaternario, quem denarij omnium absolutissimi causam fontemq; non falso dicere licet. Quod enim actu est denarius, hoc quaternarius potentia esse videtur. Si iuritur ab vnitāte vsq; quaternionem deinceps cōponantur numeri, denarium conficiet: qui est immensitatis numerorum terminus, ad quem ceu metam circūaguntur &

DE MVNDI OPIFICIO.

tur & se reflectunt. Quin & musicas symphoniarum rationes idem quaternio continet, videlicet diatessaron, diapente, diapason, disdiapason, è quibus concentus fit absolutissimus. Nam diatessaron proportionē habet supertertiam, diapente sesquialteram, diapason duplā. Eas proportionēs omnes quaternio in se continet, super tertiam in quatuor ad tria: sesquialterā in tria ad duo, duplā in duo ad vnum, aut quatuor ad duo. Quadruplā verò in quatuor ad vnum: est & alia vis quaternarij, dictu cogitatuq; miranda. Primus enim hic solidi naturam ostēdit, cum præcedētes numeri incorporeis rebus dicati sint. Nam in vnitāte censetur punctū quod vocant geometrā, in binario linea. Ea est longitudo sine latitudine, quæ vbi accessit, fit superficies, ad ternarium pertinens. Hæc quominus sit corpus natura solidū, vna destituitur altitudine: qua iuncta ad ternariū, fit quaternarius. Vnde multum existimationis cōtingit huic numero, qui ab incorporea intelligibiliq; essentia duxit nos ad cōsiderationem corporis trifariam patentis, quod suapte natura primum sensu percipitur. Id qui parum intelligit, è lusu quodam vulgato cognoscat. Qui nucibus ludunt, solent positos prius in plano tribus quartam superimponere, in formam pyramidis. Triangulus igitur ille in plano consistit intra ternarium: cui superimposita quaternariū in numero facit, in figura verò pyramidem, solidum iam corpus. Præterea nec illud ignorandum, quod primus numerorū quatuor, quadrangulus est pariter par, mensura æquabilitatis ac iustitiæ: quodque solus ex eisdem & compositione & innata potētia consistit. Compositione ex duobus & duobus. Rursum potētia ex bis duo, pulcherrimā quandam cōsonantiæ speciem præ se ferens, quæ nulli inest ex aliis numeris. Mox enim senarius cōpositus è duobus ternariis, non amplius gignitur his per se multiplicatis, sed alius, nempe nouenarius. Aliis quoq; multis viribus præditus est quaternio, quæ accuratius & copiosius in proprio tractatu indicandæ sunt. Nunc illud addidisse sat erit, eum totius cæli mundiq; generationi dedisse initiū. Nam quatuor elementa ex quibus vniuersum hoc conditum est, tanquā à fonte manauerunt à numero quaternario: atque adeo hæc quatuor, quibus annus distinguitur, tēpora, vnde animantes plantæq; proueniunt, scilicet hiēs, ver, æstas & autumnus. Cum igitur tot priuilegiis à natura honoratus sit modo dictus numerus, necessariò conditor rerū ornabat cælū, quarto die, adhibitis ornamentis pulcherrimis ac diuinis

divinisimis, hoc est stellis luciferis: & gnarus lucē esse omnium rerum prestantissimam, fecit eam instrumentū visus, sensuum excellētissimi. Quod enim mens in animo est, id oculus in corpore. Videlicet enim uterque; altera intelligibiles res, alter sensibiles. Usus autem mentis in scientia ad noscenda incorporea, ceterum oculi in luce ad contēplationem corporū, quæ res & ad alia multa bona prodest hominibus, & in primis ad id quod maximum est, scilicet philosophiam. visus enim à luce subductus in superna, consideratque natura stellarum & motu earum tam concinno, tum fixarum ac erraticarum stasis circuitibus, dum illæ eodem semper modo circumferuntur. hæc verò dissimiliter & in contrarium duplici cursu utantur: ad hæc chorea vniuersarum modulata, & ad musicæ leges pulchrè conueniente, ineffabilem delectationem voluptatēque in animo excitat, atque ita inescatus aliis atque aliis spectaculis (nam vnū ex alio nascitur) nullam contēplandi fatietatem consequitur. Post hæc, ut fieri solet, vterius procedente curiositate scrutatur quænam sit rerum harum visibiliū essentia: & utrum generate sint, an nullū haberint principium: quisve motus sit motus earum, quæque causæ quibus dispensantur singula. Ex huiusmodi verò disquisitionibus philosophia nata est, qua nullū perfectius bonum introiit vitam hominum. Carerum opifex respiciēs ad intelligibilis lucis ideam, de qua dictū est in mentione mundi incorporei, condidit has sensibiles stellas, simulachra diuina & pulcherrima, quas tanquam in tēplo inter corporeas essentias pulcherrimo collocavit in cælo multis de causis. Primū lucis inferentia. deinde signorum, tum temporum quibus annus distinguitur, postremò dierū, mensium, annorum, quæ sunt mensuræ tēporis, ex quibus nata est natura numeri, quem autē singula hæc vsu, quàmve vtilitatem prebeant. liquet ex eorum effectibus. Sed quo diligentius anima luertatur, non alienū fortasse fuerit etiam disserendo veritatem vestigare. Cū vniuersum tempus distributū sit in duas partes, diem & noctem, diei præfecit pater ille solem tanquam magnū regem: nocti verò lunā cum cæterarum stellarū multitudinem, magnitudinem autē virtutis ac potestatis solaris præclare attestantur quæ modo dicta sunt. Vnus enim cū sit & solus, priuatim & peculiariter dimidium totius tēporis sortitus est, scilicet diem: reliquæ verò omnes stellæ vnā cum luna alterū dimidium, quod vocatum est nox, & illo exorto tot stellæ quæ apparebant, non obscurantur solum,

solum, sed evanescent etiam præ splendore diffuso. post occasum verò eius, vno monumēto incipiūt ostentare suas species. Factæ sunt autem, ut ipse ait, non solum ad lucem emittendam in terras, sed etiā ut futura præsignificent, aut enim exortu earum & occasu deliquiove, aut emersione occultationeve, aut aliis motuū differentiis, homines de futuris coniciunt, & præfagiunt copiā inopiāmve fructuū, prouentum vel pestem animantium, serenū & nubilum, tranquillitatē aëris & procellas ventorum, inundationes & exilitates fluminū, molliciem maris & tempestatem, horarū anni vices præposteratas, dum aut æstas hybernat, aut hyems æstuat, aut ver autumnū refert, aut cōtrā autumnus vernam temperiem. Nec desuerunt qui concussionem terræ motūque ex cæli obseruatione prædicerēt, aliāque multa euentu certissimo: ita ut verissimè dictū sit, in signa esse factas stellas, atque etiam in tempora. tēpora porro de quatuor annuis vicibus horarum intelligenda sunt. Et quidni? tempus enim quod aliud esse potest, quàm tēpus rei bene gerendæ? at horæ anni omnia perficiunt & ad bonū euentum perducūt, sationes, plantationes, genituras & incrementa animalium. Factæ sunt etiam stellæ ad mensuras tēporum, nam solis lunæque & aliorū siderū recursus, dies & menses annosque cōficiunt. mōxque res vtilissima, numeri natura existit, tempore illam profereute. Ex vna enim die fit vnū, è duabus duo, è tribus tria, è mēse triginta, ex anno tātus numerus, quantū dierum continetur duodecim mēsibus: & ex infinito tempore infinitus numerus. Tantas & tā necessarias vtilitates afferūt naturæ motūque stellarum cælestium: ne quid dicam de rebus nobis incognitis (nec enim mortalibus nota sunt omnia) attamen ad perpetuitatem mundi cōferentibus, quas legibus à Deo præfinitis haud quaquā violabilibus oportet semper & vbiq; administrari. Postquam autē terra & cælū suis ornamentis exulta sunt, altera tercio die, alterū (ut dictum est) quarto, mortalia genera animalium fingere aggressus est rerum opifex, exorsus ab aquatilibus die quinto, existimans nullā esse inter duo quæpiā tantam cognationem, quantā inter animalia & quinariū. Differunt enim animata ab inanimis non alia re magis quàm sensu. is verò in quinq; diuiditur in visum, auditū, gustum, odoratum & tactū: quorū singulis Deus attribuit certas materias, & instrumenta propria ad subiecta iudicanda: colores visui, voces auditui, saporis gustui, vapores odorati, tactui verò mollicies & duricies.

cies, tum quicquid calidum est & frigidū, leue & asperū. iussit igitur omnifaria pisciū genera, cetorumq; suis locis existere, tum quantitate, tum qualitate inter se differentia. Sunt enim in alio mari alia interdū etiam eadē. Nec tamen ubiq; omnia fingebantur, & fortasse merito. quaedā enim amāt palustre ac vadofum mare. quaedā cloacas & portus, q̄ nec in terrā prepere: nec longē à terra natate valent. quaedā in alto mari de gentia, vitāt promontoria in id procurrētia & insulas & scopulos. & alia serenitate trāquillitateque delectantur, alia fluctibus & tempestate. Nam continuis iactationibus exercita, & vi cōtra imperiū reluctantia, firmiora euadunt, pinguescuntq; amplius. mox autem etiam genera volucriū creauit, tāquam germana aquatiliū. Vtraq; enim natailia: nec vlla species per aërem meantiū, vt imperfecta omilla est. Iamq; aqua & aëre cōueniētium sibi animantiū ceu sortē adeptis, rursum prouocatur terra ad generationis partem reliquā. reliqua autē erant post stirpes animalia terrestria, & dixit: Producat terra pecudes & feras & reptilia in suo quaq; genere.] Illa verò cōtinuò emittit quæcūq; iussa est, eaque ornata eximie, tum robore, tum innatis nocendi iuuandive viribus. Vltimus autem omniū homo creatus est. modū verò creationis eius paulò post dicam, vbi prius ostendero pulcherrimā consequentiam in creationis animalium ordine. anima enim inertissima & rudissima generi pisciū obuenit: absolutissima autem & longē optima generi hominum: cæterum inter vtraq; media generi terrestrium ac volucriū. Hæc enim acutiores sensus habet quàm illa piscibus iadita, hebetiores tamē quàm humana. ideòq; primi creati sunt pisces, corporeæ plus quàm animalis essentiæ participes, quodāmodo animalia & non animalia, mobilia inanima, ad solā corporis conseruationē vi animali eis addita, sicut vulgò salē inspergunt carnibus, ne facillè putrescāt. Post pisces verò secuta sunt volucra & terrestria, videlicet acrioribus iā sensibus prædita, & animales proprietates habitu ipso præ se ferētia, postremus (vt dixi) homo creatus est: cui conditor mentem eximiam donauit, quæ sit ceu animæ anima, quæadmodum pupilla in oculo. nam hanc quoq; scrutatores naturæ dicunt esse oculi oculum. tum igitur omnia simul sunt cōstita. in quo quidē vniuersali opificio necesse erat seruari ordinē, propter futurā generationem aliarum rerū ex aliis, in his autem quæ successiuè generantur, ordo hic est, vt natura incipiens à vilissimis, desinat in præstantissimis

tissima omniū. id verò quid sit, dicendū apertius. Semen genitale est principiū animalium. hoc esse vilissimū videmus, spumæ simile. cæterum vbi in vuluam iniectū haferit, motus mox particeps, in vesicam quandam mutatur: ea semine est melior. & quoniā motus placidus inest foetibus tanquā artifex, vel vt magis propriè dicā, irreprehensibilis ars, fingit animal ex humida essentia, in corporis mēbra partēsq; eam distribuēs: sicut spirituale essentia in virtutes animæ, nutritiuā & sensitiuam. nam de rationali nūc supersedendū est dicere, propter eos qui aiunt eam externè aduenire diuinā sempiternāq;. atque ita generatio quā natura coepit à vili semine, in res præstantissimas desinit, animal & hominē. idē hoc & in vniuersi huius creatione contigit. quādo enim res effingere placuit opifici, in ordine primi fuerunt, qui & vilissimi, pisces: postremi verò, qui & optimi, hoīnes. reliqua verò inter extremitates media, potiora prioribus, deteriora posterioribus, terrestria & volucra. Cæterum post alia omnia (vt dixi) hominē ait iuxta imaginē factū & similitudinem, valde pulchrē. nihil enim è terra genitū Deo similis quàm homo. hanc porrò similitudinē nemo estimet figura corporis. nam neq; Deus humana forma est conspicuus, neq; humanū corpus refert Dei speciē, sed dicitur imago iuxta mentem reatricē animæ. ad illud enim singulare ceu archetypum, in vnoquoq; mens effigiata est, quodāmodo Deus eius, qui ipsam circūfert vt statuā. sicut enim se habet magnus ille Imperator ad vniuersum mundū, ita se habere videtur humana mens ad hominē. inuisibilis enim est, vidēs ipsa omnes res: & ignotam habet essentiam suam, cū alienas intelligat: & instructa artibus, scientiisque multifariis, aperit sibi vias omnes terra marique, vtrunq; elementū perscrutans. moxq; sublimis euolans, & aërem eiusq; mutationes cōtemplata, profert se ad summū aethera: vagatāq; circa stellarum tum fixarū, tum erraticarum cursus ac choreas iuxta musicæ præcepta absolutissimas, trahitur amore sapientiæ se deducētis: atque ita emergens supra omnem sensibilem essentiam, demū intelligibilis desiderio corripitur. illic cōspicata exemplaria ideāsq; rerum, quas hic vidit sensibilem, eximias illas pulchritudines, ebrietate quadam sobria capta, tanquā corybantes lymphatur, alio plena amore longē meliore, à quo ad summum fastigiū adducta rerum intelligibiliū ad ipsum magnū regem videtur tendere. tum verò in videndi cupidam purissimus ac merissimus

diuinæ lucis radius more torrentis effunditur, ita ut ad eum splendorem caliget mentis oculus. Sed quoniam non quavis imago refert exemplar archetypum, suntque multæ dissimiles, post hæc verba I V X T A I M A G I N E M, additum est significantius E T S I M I L I T U D I N E M, ut intelligatur exactum sigillum, formam habens evidentissimam. introducit enim propheta patrem huius vniuersitatis, dicentem hæc: Faciamus hominem iuxta imaginem nostram & iuxta similitudinem. Dicat aliquis: non quid opus est quopiam ei, cui obediunt omnia? an cum calum faceret, terram & maria, nullo egebat cooperatore: hominem verò tam paruum animal ac fragile facturum, non poterat absque alieno adiutorio suismetipse viribus effingere? Huius rei causam verissimam necesse est Deum solum scire: ceterum quæ per coniecturas credibiles videtur rationi consentanea, non est celandam: est autem hæc. Rerum quæ sunt in natura, alia nec virtutis participes censentur nec vitij, ut stirpes & brutæ: illa quia inanimæ, & suapte natura imaginationis expertes: hæc quia carent mente ac ratione: vitij verò ac virtutis tanquam domiciliū videtur mens & ratio, in quibus commodè inhabitent. alia ite sola virtute præditæ, nihil omnino habent vitij, ut stellæ. nam hæc animalia esse dicuntur, & quidam intelligentia: vel potius mentes singulares, totæ quæque probæ nec vllius capaces vitij, rursus alia mixtæ ex vtraque natura, ut homo, qui contrariorum est capax, prudentia, & imprudentia, temperantia & incontinentia, fortitudinis & timiditatis, iustitia & iniustitia: & ut cõpendio dicam boni & mali, turpis & honesti, virtutis & vitij. ergo conueniebat ut vniuersalis ille pater Deus bona quidem per seipsum solum faceret, quippe sibi cognata: sicut nec indifferentium creatio fuit aliena ab eo, quandoquidem hæc quoque exertia sunt vitij Deo inimici. ceterum mixtorum creatio, partim erat ei propria, partim impropria: propria propter admixtam eis meliorem ideam: impropria verò, propter contrariam & deteriolem. quamobrem de sola hominis generatione scriptum est: Dixit Deus, Faciamus hominem: quod indicat assumptos alios tanquam cooperatores: ut irreprehensibiles tam voluntates quam actiones hominis recte se gerentis acceptum ferantur Deo rectori omnium: contrariæ verò alijs ipsi subditis. oportebat enim patrem non esse causam malorum suis filiis. malum autem est vitium, vitiosaque actiones. Pulchre autem cum dixisset in genere hominem, mox discretuit species, dicens: Mare & feminam conditos, licet nondum sua cuique forma contigerat, quand

quandoquidem extremæ species continentur in genere, & tanquam in speculo appareret cernentibus acutius. Quarat hic aliquis causam, cur vltimum operum sit homo in mundi creatione. nam post omnia alia cum conditor ac pater fecit, ut docet sacrae literæ. Qui legem rimantur profundius, eamque quam maxime fieri potest excutiunt summa diligentia, dicunt quod postquam Deus hominem in suam cognationem admisit, ratione donatum dono lōge optimo, ne cetera quidem ei inuidit: sed ut animali familiarissimo amicissimoque, omnia quæ mundo continentur præparauit, volens ut recens creatus nulla re careret, quæ ad vitam, atque adeo bene viuendum conferat. quorum alterum præstat copia vbertasque rerum ad fruendum paratarum: alterum contemplatio celestium, qua quidem percussa mens, amorem ac desiderium scientiarum huiusmodi concipit: unde prognata est philosophia, per quam homo quavis mortalis, immortalitatem adipiscitur. quæ admodum igitur conuiuatores non prius ad cenam vocat quam instructo bene conuiuio: & qui edunt ludos aut athletarum spectacula, priusquam spectatores vocati conueniant in theatra vel stadia, parant copiam concertatorum, earumque rerum quæ ad oculos aurisve oblectandas pertinent: ita etiam mundi totius Imperator, tanquam conuiuator ludorumve præfectus, vocaturus hominem ad conuiuium simul & spectaculum, quicquid ad vtrumque pertinebat præparauit: ut ille in mundum ingressus mox inueniret & conuiuium & theatrum sacratissimum: alterum refertum copiis, quas terra fluij mare aer suppeditat ad usum simul & voluptatem: alterum spectaculis, quorum tum essentia, tum qualitates stupendæ sint, necnon motus chorearumque admiratione dignissimæ, propter ordinem conuenientissimum, numerum proportionem aptissimam, cursum recursusque mirè concinnos: in quibus omnibus veram illam & exemplarem musicam inesse non falso quis dixerit: quam postea homines animis suis impressam prodiderunt, artem vtilissimam vitam summamque necessariam. Hæc quidem prima causa est, ob quam homo rebus omnibus præpositus esse videtur. altera quoque non absurda dicenda est. Mox ut natus est homo, paratum inuenit quicquid ad vitam opus erat, ut futura disceret: tantum non disertè clamante natura, fore ut si autorem sui generis imitarentur, vitam sine dolore & sine labore in vberimis copiis degerent. id ita futurum, si nec voluptates rationi contrariæ dominationem in animam occupauerint, veteris venerisque studio ceu arcibus communis in eam nec gloriae, honorum, pecuniarum,

niarum, cupiditates in vita sibi potentiam usurpauerint: nec mœrores mentem depressam curuatamq; sibi subdiderint: nec timor malus consultor præclaros ad virtutem impetus represerit: nec imprudentia, timiditas, iniustitia, cæterorumq; vitiorum turba ingruerit. nã in hac omnia mala, quæ modò dixi, abuentium felicitate hominũ, & affectibus prauis ditorũ, effusorumq; in cupidines, quas ne nominare quidẽ fas est, animaduertit iustũ iudiciũ, de impiis studiis pœnas exigens. Itaq; criminũ reos necessario sequitur inopia. agrẽ enim proscindẽtes arua, & fontanos fluuialẽsq; riuos inducentes, adhæc seminantes plantantẽsq;, & agriculturæ laborem noctu atque interdum obœuntes, quotannis comportant necessaria, eaq; interdum tenentia, nec admodum suffectura, utpote læsa ex causis variis. aut enim perpetuis imbribus abripuit inundatio, aut grãdo vno impetu delata perfregit, aut nix addulsit frigore, aut procellæ subuerterunt radicitus. multa enim aëris & aquarũ inexpectatæ mutationes inopiam fructuũ afferunt, quòd si per temperantiam lenirentur affectus immodici, & iustitiæ subderetur honorũ iniusti; lucri studium, utq; cõpendio dicam, actionibus ad virtutẽ compositis vitiosæ ac proinde inanes decederent, sublato ex anima bello verè omniũ difficillimo grauissimòq;, & pace præualẽte cõstituentẽq; dotes nostras cũ lenitate ac modestia: sperare liceret Deum utpote boni honestiq; amãtem, & insuper humani generis, affluentiam honorũ vltro largituram hominibus. Liqueat enim facilius esse prouentum rerum absq; agricultura largiter suggerere, quàm res ipsas ex nihilo producere. atq; hæc altera causa dicta sit: tertia verò est hæc. Principium & finem Deus volens inter se coaptare, ut res necessitudine cõiunctas & amicitia, principium quidem fecit cælum, finem verò hominẽ: illud inter se sensibilia & incorruptibilia perfectissimũ, hunc inter ex terra genita & corruptibilia optimum, paruum (si vera dicenda sunt) cælum, multarũ naturarũ stellis similium simulacra intra se gestantem, in quibusdam artibus & scientiis, singulisq; celebrium virtutum cõtemplationibus. nam cũ contrarias naturas habeat, id quod est corruptibile, & id quod incorruptibile, utriusque speciei quod pulcherrimum est, principio fini; attribuit: principio cælum, ut dixi, fini hominem. Præter has illa etiam causa reddi solet à quibusdam, necesse erat omnium rerũ creatarum postremum produci hominẽ, ut nouissimus repente inter alias animantes

existens

existens, terrorem eis incuteret. sic enim futurũ erat ut ad primum eius conspectum obstupefactæ, adorarent tanquam rectorẽ à natura datum & dominum. quapropter hoc viso omnes ad vnã cõcuratæ sunt, & vel ferocissimæ primo statim intuitu mansuescebant, rabiẽm qua in se inuicem efferabantur, erga solum mitigãtes hominem. quamobrem opifex eius & pater animal hoc naturaliter ratione præditum, non re solum, sed & verborũ auctoritate regem constituit omnium sub luna terrestrium, aquatiliũ, volucrum. quicquid enim est mortale in his tribus elementis, terra, aqua, aëre, totũ ei subiecit, cælestia tantũ excipiens, ut diuiniorẽ partem sortita. huius autem regni fides apparet euidentissimẽ, dum pecorum multitudo maxima ductatur à vulgari quopiã homine, nec armis instructo, nec ferro accincto, nec vllum telũ gestante, sed mastrucam tantũ habente pro velamine, & baculum quo ea dirigat, & inter viam lassitudine tentatus subnitatur. itaq; frequentissimos greges ouium, caprarũ, boum, præ se agit opilio, caprarius bubulcus, homines ne corporibus quidem robusti & vigentes, ut saltem habitudine bona stupendi sint suis pecudibus: sed tantã illa robora virẽsq; armis instructæ (plerisque enim instrumenta quibus se defendat à natura sunt addita) tanquam serui dominũ reuerentur, & imperata faciunt. tauri subiugum missi ad terræ culturam, profundos sulcos proscindunt: tota die, nonnunquam etiam per longum spatium, subsequente quopiam agricola. arietes agrẽ sustinentes onus vellerum, verno tempore iussu pastoris stant quieti, & libenter se præbent røndedos, assuefacti velut populi annuũ tributum pẽdere suo regi à natura imposito. quid equus animal animosissimũ? hic quoque facilẽ recepto freno regitur, quominus lasciuiat, utq; habenis pareat: simulq; tergum aptè sessori accommodat, moxque sublimem fert cursu concitatissimo, quocunq; ille peruenire cupit cum rectorẽ suo properans, isq; insidens absque labore, admodũ quietus, alieno corpore, pedibusq; alienis cursũ conficit. Liceret & alia multa dicere, si liberet esse prolixũ, quibus euidentẽ fieret, nullum animal sibi libertatem usurpare detrectando obsequiũ homini debitum: quare iam dictis exemplis cõtenti erimus, nec illud tamen ignorare oportet, non statim quia postremus homo factus est, esse inferiorẽ ordinẽ, id quod testantur aurigæ gubernatorẽsq; nam alteri post quadrigas locati à tergo cursum earum moderãtur habenis utcũque

b

visum

visum fuerit, nunc laxando eas ad celeritatem, nunc reducendo, si videatur iusto maior impetus. gubernatores item in navis postrema parte puppi consistentes, omnibus omnino praestantiores habentur vectoribus: quippe quorum in manu navis ipsius farcinarumque; salus sit posita. sic & hominem ceu aurigam quendam & gubernatorem conditor rebus praefecit omnibus, ut regat & gubernet quicquid terra continetur, curam gerendo stirpium animaliumque; tanquam quidam subpraefectus illius primarij summique; regis. Postquam autem uniuersus hic mundus perfectus est iuxta perfectam naturam numeri senarij, sequenti diei septimo pater honorem addidit, quem ubi laudauit, mox sanctum appellare dignatus est. est enim festus non unius populi regionisve, sed in uniuersum omnium: quae sola digna est ut dicatur popularis festiuitas, & mundi natalis. Ceterum septenarij naturam nescio an quis satis laudare queat, cum ea sit praestantior quam ut vlla facundia possit exprimi, nec tamen quia miranda quaedam de eo praedicatur, ideo silere debemus. imò audendum potius, si non omnia aut magis, propria possumus, certe ea prodere, quae mente valemus assequi. Dupliciter septenarius dicitur: alter intra denarium, quem unitate sola septies metimur, constantem ex septem unitatibus. alter extra denarium, cuius omnino principium est unitas iuxta duplices aut triplices aut utique; proportionales numeros, ut se habet $LXIIII$. & $DCCXIX$. prior ab unitate duplicando crescens, posterior triplicando. utraque autem species non obiter consideranda est. secunda certe manifestissimum habet privilegium, semper enim qui ab unitate componitur in duplis aut triplicibus aut utique; proportionalibus septimus numerus, cubitus est simul & quadrangulus, utraque speciem continens, tum incorporea, tum corporalis essentia. incorporea quidem planiciem, quam efficiunt quadranguli, corporalis vero iuxta aliam dimensionem, quam efficiunt cubi, id euidentissimum patet in modo dictis numeris. mox enim ab unitate dupla ratione crescens septimus, scilicet $LXIIII$, quadrangulus quidem est, octies octo multiplicatus: cubus autem quater quatuor quater, rursus tripla ratione crescens ab unitate septimus, videlicet $DCCXIX$, quadrangulus quidem est multiplicato per seipsum $XXVII$, cubus autem multiplicato nouies nouem nouies, semperque; a septimo incipiens ut prius ab unitate, & eadem proportionem augens usque; septimum, inuenies omnino eum crescere in cubum simul & quadrangulum. Ergo à $LXIIII$

com

compositus dupla ratione faciet septimum $MMMXCVI$. quadrangulum simul & cubum, quadrangulum quidem latus habentem ipsum $LXIIII$, cubicum vero numerum $XXVII$. Transendum iam & ad alteram septenarij speciem quae continetur in denario, mirificam praeseferentem naturam non minus quam prior. Septem ipsa efficiuntur ex uno & duobus & quatuor habentibus duas rationes concinnissimas, duplicem videlicet & quadruplicem. alteram diapason consonantiam: alteram vero scilicet quadruplicem, consonantiam disdiapason efficiens. continet & alias diuisione septenarius, constans ex quibusdam coniugationibus. diuiditur enim primum in unitatem & senionem, deinde binarium & quinarium, postremo in ternionem & quaternionem. Est autem haec quoque; proportio numerorum admodum musica. sex enim ad unum habent rationem sexcuplam. sexcupla autem ratio maximum inter tonos interstitium facit, quo distat grauissimus ab acutissimo, sicut demonstrabimus, cum a numeris ad harmonias sermonem traduxerimus. ceterum quinque ad duo maximam in harmonia vim ostendunt, ferme equipollentem harmoniae diapason, quod in regulis eius artis apparet liquidissime. quatuor autem ad tria primam harmoniam efficiunt supertertiam, quae est diatessaron. Praeterea aliam quoque; pulchritudinem suam profert septenarius, eamque; sacrae considerationis. Cum enim constet a ternione & quaternione, rectam in rebus & nusquam vergentem figuram naturaliter exhibet. id quomodo fiat declarandum est. rectangula forma, quandoquidem est principium qualitatum, constat ex numeris his, III & $IIII$ & V . tria autem & quatuor, quae quidem est essentia septenarij, rectum angulum efficiunt. nam obtusus & acutus inaequalitate, confusione & imparitate praeseferunt. cum sint iusto acutiores obtusioresve. at rectus collationem non admittit, nec fit recto rectior, semper sui similis, nec unquam propriam naturam varians. Iam si rectangulus triangulus figurarum & qualitatum est principium: in hoc autem rem maxime necessariam rectum angulum essentia septenarij praebet, ternio simul & quaternio, merito censendus est hic fons omnis figurae & omnis qualitatis. Huc accedit & illud, quod III plana figurae est numerus, quandoquidem iuxta vnionem est punctum, linea iuxta duernionem, superficies vero iuxta ternionem ordinatur, quaternio porro ad solidum corpus pertinet, per accessionem unitatis accedente ad superficiem altitudine, unde liquet essentiam septenarij geometriae & solida

bij

metiem

metiendi esse principiū, & vt cōpendio dicā, incorporeorum simul corporeorumq; tanta in septenario sanctitas est sita, vt præeminētiam habeat præ omnibus numeris nō excedētibus denarium, nā ex illis alij gignunt nō gignūtur, alij gignūtur quidē non gignunt tamen, alij tum gignunt tum gignūtur, solus septenarius in nulla harū parte consideratur id ita esse demonstratiōe cōfirmandum est. Vnum quidē gignit omnes deinceps sequentes numeros, ipsum à nullo omnino genitū. octo autē gignuntur quidem à bis quatuor, sed nullum gignunt, ex his qui sunt intra denariū. item *1 1 1 1* eundē locum inter genitores & prognatos obtinet. repetitus enim *1 1 1 1* gignit, ipse gignitur à repetito *1 1*. soli vt dixi *1 1 1* nec gignere natura dedit, nec gigni. quam ob causam ceteri quidem philosophi numerum hunc assimilāt natæ sine matre Virgini Victoriæ, quā ex Iouis capite exortā narrant fabulæ; Pythagorici verò vniuersitatis huius imperatori. nā quicquid nec gignit nec gignitur, immotum manet. in motu enim generatio, quādoquidem & id quod gignitur, nō caret motu. mouetur enim alterū vt gignat, alterū vt gignatur. solus autē nec mouet nec mouetur antiquus ille princeps & autor, cuius imago merito dici potest septenarius. Attestatur meis dictis Philolaus verbis his: Est, inquit, autor & princeps rerum omnium Deus, semper vnus, stabilis, immobilis, ipse sui similis, aliorū dissimilis. Ergo in rebus intelligibilibus immobilis & impassibilis apparet septenariū. in sensibilibus quoq; declarat suam magnā latissimēq; patentem vim, natā ad profectū omnium terrestrium, vel lunæ certis recursibus. Quo autē modo considerādum est: Septenarius ex vnitāte & reliquis deinceps numeris compositus, gignit *x x v 1 1 1*. perfectum numerū aequatū suis partibus. is ita natus numerus aptus est ad restituendam lunā in id momētum ex quo primū cœpit crescere sensibiliter, & ad quod decrescendo solet recurrere: ea crescit à prima lunata facie vsq; dimidiatā diebus septenis, mōxq; totidem aliis ad plenum orbem proficit; deinde rursū à meta per eandem viam à pleno orbe ad dimidiatum aliis septenis diebus recurrit, totidēmq; ad lunatā faciem, quibus deinceps additis conficitur modo dictus numerus. Vocatur autem septenarius à proprietatis vocabulorū studiosis etiā absolutorius; quia hoc absoluuntur vniuersa & perficiuntur. Id inde coniectate licet, quia omne corpus actiuū tres habet dimensiones, longitudinem, altitudinē,

& latitu

& latitudinem, quatuor autem fines, punctum, lineam, superficiem, solidum, ex quibus cōpositus conficitur septenarius. Impossibile autem erat corpora septenario metiri, iuxta illam è tribus dimensionibus suisq; finibus cōpositionem, ni contigisset primorum numerorum ideas, videlicet vnus, duorum, trium, quatuor, in quibus fundatur denarius, in se complecti naturam septenarij. nam modo dicti numeri quatuor quidem habent terminos, primum, secundum, tertium, quartū: dimensiones verò tres, primam ab vno ad duo, secundā à duobus ad tria, tertiam à tribus ad quatuor. Præterea clarissimè demonstrant vim perfectiūā rerum insitā septenario vel etates ab infantia senectutem vsq;, quas septimanis annorū metimur. nāq; primo septennio dentes proueniunt, secūdo tēpestiui ad genituram emittēdam reddimur, tertio barbā promittimus, quarto augmentū roboris consequimur, tum quinto tēpus nuptias postulat, sexto vix intelligendi maturatur, septimo tum mens seipsa melior auctiorq; euadit tum ratio, octauo vtraq; plenè perficitur, nono verò æquitas ac mansuetudo, affectibus maiore ex parte perdomitis: porro decimo finis vitæ optimus, integris etiam tum instrumentis sensuum. solet enim longa senectus vnumquenq; supplantare & affligere. quas etates etiam Solon Atheniensium legislator descripsit his Elegiacis.

Impubes pueri septem voluentibus annis

Claudunt enatis dentibus eloquium.

Post alios totidem, diuorum numine dextro,

Occultum pubis nascitur indicium.

Annis ter septem prima lanugine malas

Vestiet, ætatis robore conspicuus.

Quartus id augebit iam septenarius, isq;

Optima virtutis proferet indicia.

Adde alios totidem, festinans ocyus ætas

Coniugio monuit quærere progeniem.

Sexta ætas animo si quid deest addet, eaque

Disces quid deceat, quid quoque dedeceat.

At quæ succedunt per proxima ter duo lustra,

Ornabunt linguam dulcibus eloquiis.

Nona ætas languet, tum frigida membra retardant

Virtutem non vnquam interituram animi.

At quisquis decimam poterit contingere metam,

Iam tempestiuo funere conciderit.

b iij

Ita

Ita quidem Solon modo dictis decē septimanis humanā vitam dinumerat. Hippocrates verò medicus ait septē esse etates, infantis, pueri, adolescētis, iuuenis, viri, senioris, senis. Harum mensurā septimanas annorum, non tamē deinceps. Sic autem dicit: In hominis natura septē sunt tēpora, quas etates vocant, infans, puer, adolescēs, & reliquæ. Infans est donec intra septēnium dentes amittat. Puer vsq; genitura excretionē, ad geminatum septenniū. Adolescens vsq; barbæ hirsutiem, ad annum ter septimum. Iuuenis vsq; dum crescit totū corpus, ad quater septimū. Vir vsq; vndequinquagesimū, ad septies septimū. Senior vsq; sextum supra quinquagesimum, ad octies septimum. Quicquid verò deinceps sequitur, ad seniū pertinet. Illud quoque ad peculiarem septenarij cōmendationem affertur, quod mirum habeat in natura ordinē, cōstans ex tribus & quatuor. Tertiū quidem ab vnitāte si quis duplicet, inueniet quadrāgulum. quartū verò cubum. ex vtroq; autem compositū, cubum simul & quadrāgulum. Itaq; ab vnitāte tertius, in dupla ratione quadrangulus est. Quartus verò, scilicet octo, cubus, septimus autem quatuor ad septē, cubus simul & quadrangulus, ita vt omnino pfectus sit septimus numerus, ambas æqualitates promittens, & superficialē per triangulum, iuxta ternionis cognationē: & solidam per cubū iuxta familiaritatē quam habet cū quaternione. Ex ternione autē & quaternione fit septenarius. Est autem nō solum perfectius, sed vt verbo dicam, maximē harmonicus, & quodāmodo fons pulcherrimi diagrāmatis, quod omnes harmonias, scilicet diatessaron, diapente, diapasōn: omnes itē proportiones, scilicet arithmetica, geometrica, & insuper harmonicā cōtinet. Is laterculus constat ex his numeris, sex, octo, nouem, duodecim. octo quidē ad sex ratione supertertia, quæ est harmoniæ diatessaron. Nouem verò ad sex sesquialtera, quæ est diapente. At duodecim ad sex ratione dupla, quæ est diapasōn. Cōtinet autē (vt dixi) etiā proportiones omnes: arithmetica quidē in his numeris, sex, nouē, duodecim. sicut enim medius primū tribus superat, ita totidē superatur ab vltimo. Geometricā verò ex his quatuor numeris, scilicet sex, octo, nouem, duodecim. Quæ enim ratione se habent octo ad sex, eadē duodecim ad nouē. Est autē ratio supertertia. Harmonicā porro ex his tribus, sex, octo, duodecim. estq; harmonicæ proportionis duplex iudiciū. Vnum, quando quam rationē habet vltimus ad primū, eadē habet id quo superat vltimus mediū, ad

id

Id quo primus superatur à medio. Id euidentissimū fiet ex modo propositis numeris, qui sunt sex, octo, duodecim. Vltimus enim primi duplus est, & partes quibus se inuicem hi numeri superant, itē duplæ. Nam duo denarius octonariū superat quatuor, & octonarius senarium duobus. Quatuor autē duorum duplum est. Alterum autē iudiciū harmonicæ proportionis, quādo medius æqua portione & superat & superatur ab extremis. octo enim consistēs in medio, superat primum portione tertia. Subtractis enim sex, reliquæ duo sunt primi tertia portio. superat quoq; ab vltimo æquā portione. Subtractis enim octo à duodecim, reliquæ quatuor sicut vltimi portio tertia. Hæc necessariò dicēda habuimus de pulchritudine quā habet hoc diagramma siue laterculus, siue quocunq; alio libet appellare nomine. tot ideās atq; etiam plures septenarius ostēdit in rebus incorporeis & intelligibilibus. extendit autē se eius natura & in omnem visibilem essentiam, quæ cælum ac terrā, id est, huius vniuersi fines occupat. quæ enim mundi pars erga septenariū non afficitur, amore & desiderio eius domita? Primò cælum ipsum aiunt septē cinctū circulis, quorū nomina sunt hæc, arcticus, antarcticus, tropicus solstitialis, tropicus brumalis, æquinoctialis, signifer, & insuper lacteus. nam horizon nostrum est accidēs, quatenus quisq; aut acutē cernit, aut contrā, sensu circūquaq; protendente se vltius aut ceterius. certè erraticarū cohors aduersum fixis cursum tenēs, septē distinguitur ordinibus, maximum præ se ferens affectum erga terrā & aëra. nam hūc quidem quaternis quotānis temporibus variat, per singula infinitas mutationes afferēs, tranquillitatibus, serenitatibus, nubilationibus, procellarū violētia. Fluios quoq; inundant & minuunt, camposq; stagnare aut contra squalere faciunt. Quin & in mari easdem vices inducūt, accedēte recedentēq;. Licet enim videre sinus marinos vbi refugiente æstu amplum repente littus existit: & paulò post reuertēte mare se reddit altissimum, nō paruis onerariis, sed ceteris ceteras amphoras vehentibus nauigabile. Nec minus terrenis omnibus animatibus tum stirpibus largiūtur incrementa maturitatemq; fructuū, singulorum naturam fouendo ad cursus recursusq; indefatigabiles, vt noui flores succedant moxq; maturescant ad præbendam indigētibus copiā. Vrsā quidē quā vocant nautarū deductrix, è septē stellis constat: quā spectādo gubernatores mille viis sulcāt maria, tentātes rem arduā & maiore

b iij

quā

quàm pro humana sapientia. hoc enim scopo vti, scrutando in-
uenerunt regiones ignotas maioribus, continentis quidē inco-
læ insulas, insulani verò in cōtinente sitas. oportebat enim à pu-
rissima cæli essentia animali Deo charo terre simul marisque
recessus abditos ostendi, videlicet humano generi. Huc accedit
etiam pleiadum chorus ex septem stellis absolutus, quarum e-
mersus & occultationes magnorum cōmodorum causa sūt om-
nibus: his enim occidentibus sulci proscinduntur ad sementē.
ortu verò earum instāte, lætum futuræ messis nuntiū afferunt.
exorte item agricolas gestientes ad cōportationem rerū neces-
sariarū excitant. illi verò libēter recundunt cibaria, quæ mox
in quotidianos vsus depromant. Sol ipse diei dux, bina quotā-
nis æquinoctia faciens, vere atq; autumno, vernū in ariete, au-
tumnale in libra, euidentissimā probationē exhibet diuinæ ma-
iestatis in septenario. vtrūq; enim æquinoctiū sit mēse septimo.
q̄bus tēporib⁹ etiā festa indixit lex duo maxima & celeberrima,
quādoquidē vtroq; quicquid terra fert perficit, vere quidē
frumentum & quæcunq; seminamus alia: autumno verò vitis
fructus & plerarūmq; aliarum arborū. & quoniā à cælestibus
terrena dependent iusta quendā naturalem cōsensum, septena-
rij ratio supernè orta, descendit & ad nos, vt mortales inuiseret.
Iā primum nostræ animæ, excepta mente rectrice, partes septē
sunt, accedēte ad quinque sensus organo vocis, & postrema vi ge-
nitali. quæ sanē omnia, sicut fit in miraculosis machinis, à mēte
tanquā occultis quibusdā neruis trahēte, nunc mouentur, nunc
finūtur quiescere, vtcūq; motus aut quies cōpetit. Similiter &
corporis si quis internas externasve partes examinet, septenas
inueniet. in proparulo quidē hæc: caput, pectus, ventrē, manus
geminas & pedes: intestinas verò stomachū, cor, pulmonē, lie-
nē, iecur, renes duos. itē quod regnū obtinet in animāte caput,
maximè necessariis instrumentis septē vitur, geminis oculis
auribusq; & totidē naribus, septimōq; ore, per quod mortalia
(vt ait Plato) intrāt, exeūt immortalia. Intran enim id cibi &
potus, corruptilis corporis alimēta corruptibilia: prodeūt autē
à ratione immortalis animæ immortales leges, per quas ratio-
nalis vita regitur. Itē quæ per visum præstātissimū omnium sen-
suum iudicātur, ad eūdem numerū pertinet in genere. Septem
enim sunt quæ cōspiciuntur, corpus, distātia, figura, magnitudo,
color, mot⁹, status, præterea nihil. Vocis quoq; mutationes vni-
uersæ cadunt in septenariū, acuta, grauis, circūflexa, quarto lo-
co vox

co vox aspera, quinto lenis, sexto lōga, breuis septimo. Quin &
motus septē esse animaduertitur, sursum, deorsum, dextrorsū,
sinistrorsūq; prorsum, retrorsūq;, & in orbē, sicut clarissi-
mè liquere potest ex saltationibus. Aiunt insuper excrementa
quoq; corporis subici modo dicto numero. nāq; ex oculis pro-
manant lachrymæ, sicut per ambas nares purgationes capitis.
per os item saliuæ quas expuimus. Insunt etiā geminæ cloacæ
per quas deriuatur superfluitates corporū, altera antica, po-
stica altera. Sextū est per totū corpus sudoris profluuiū, adhuc
naturalissima feminis e. fusio per membra genitalia. Rursum
mulierū fluxus mēstruus ad diem vt plurimū septimū durat: &
fetus intra vterū mētribus septē animatur naturaliter, vt quid-
dam valde mirādū accidat. Fiunt enim septimestres partus vi-
tales, cum octimestres omnino impossibile est viuere. Acuti
quoq; morbi corporū, præsertim cum ex mala tēperatura vi-
rium in febres cōtinuas incidimus, septimo ferme die iudicā-
tur. Hic enim in tali de vita certamine, aliis salutē, aliis mortē
decernit. Eiusdem numeri vis non solum in iam dictis, verūm
etiā in optima quaq; scientiarū versatur, vt grāmatica & musi-
ca. Lyra enim septē tenta fidibus, proportionē respōdens septē
erraticarū choreæ, memorabiles harmonias perficit, princeps
inter omnia, p̄p̄modū instrumēta musica, inter elemēta quoq;
grāmaticæ. vocales quæ verè sic dicuntur, septē sunt, quādoquidē
& per se vidētur sonare, & aliis cōiunctæ, voces articulas effi-
ciunt, nā in semiocalibus supplēt quod deest, reddendo sonos
integros. mutarū verò vertūt & mutat naturas, afflando eis vir-
tutes proprias, vt inefabiles antea, iam fiāt effabiles. Quōbrē
mihi vidētur primi nominū impositores, quippe sapientes, vo-
casse hūc numerū $\alpha\pi\delta\tau\theta\sigma\epsilon\varsigma\alpha\sigma\mu\delta$, id est ab insita maiestate ho-
nestatēq;. Romani certē addito sigma quod deest in Græco vo-
cabulo, clarius etiā exprimūt vim etymologicā, $\sigma\epsilon\pi\tau\eta\mu$ eū
appellando, à maiestate (vt dictum est) honestatēq; ipsius. Hæc
aliāq; plura à philosophiæ studiosis dicuntur de septenario, pro-
pter quæ summo honore in natura superna dignatus est, nec
minus honoratur apud præcipuos vel Græcos vel Barbaros. q̄
exercēt disciplinā mathematicā: in honore est etiam apud vir-
tutum amātissimū Mosē, qui eius pulchritudinē inscripsit sa-
cratissimis legis tabulis eandēmq; animis posterorū cūctorū
cūctis insculpsit. post sex dies iubēs festū agi septimo, ab aliis
abstinēdo operibus quæcunq; ad querēdum paradūmq; victū

attinent, interim vocādo vni philosophiæ studio corrigēdisq; moribus & examini cōscientiæ: quod insitum in anima, tanquā iudex obiurgare nō veretur, aliis intēdō minas vehemētius, alios admonēdo modestius: eos quidē qui spōre sua cōtumaces sunt, minis territās, eos verò qui peccāt inuiti per imprudētiā, ciuilitate admonēs, ne posthac labātur similiter. Deinde per epilogū creationē mundi summātim memorās, inquit propheta: Hic est liber generationis cæli, & terræ, quando creata sunt, die quo fecit Deus cælum & terrā, & omne virgultū agri antequā oriretur in terra, omnēq; herbā agri prius quā germinaret.] An-nō manifestē incorporeas & intelligibiles ideas memorat, quibus tanquā anulis signatoriis exprimi res sensibiles cōtigit. prius enim quā terra virgultū proderet, ait in rerum natura virgultū ipsum fuisse, & prius quā herba in agro existeret, herbā fuisse inuitibilē: subintelligendū autē quod & ante singulas res alias quas sensus indicant, antiquiores effigies mēsurēq; quibus effigiātur & metiuntur, iā fuerant. nam etiā si particulariter percēsuisset omnia, vir alioqui breuitatis studio si quis alius. nihilominus iam dicta pauca hæc essent exēpla naturæ vniuersorū, quæ absq; incorporeo exēplari nihil in rebus sensibilibus perficit, deinde ordinē sequēdo, & obseruādo rerū cōsequentia dicit: Fōs autē ascēdebat ē terra, & irrigabat omnē superficiē eius.] Nam alij philosophi vniuersam aquā aiūt esse elementū vnum ex quatuor, ex quibus mundus creatus est. sed Moses acrioribus oculis etiā lōginqua diligenter cōtemplari & cōprehendere solitus, elementum quidē opinatur esse magnū hoc mare, partem quartā vniuersi, quā posteriores oceanū nominātes, maria quæ nos permeamus ad illū collata habere portuum magnitudinē existimant. dulcem autem aquā & potabilem secreuit à marina, quā terræ attribuit, ratus huius partem nō illius, vel ob causam dictā superius. vt tanquā vinculo cōtineatur dulci qualitate pro glutine insita. arida em̄ relicta nullo subintrante humore, q̄ foramina ipsius varia permearet, foras fathisceret. nunc cōtinetur & permanet, partim vi vniētis spiritus, partim humore qui nō sinit arefactā abire in fragmenta maiora minorāq; & hæc quidā vna est causa. iam dicenda & altera, à veritate tanquā scopo nō aberrans. Nihil ē terra genitum absq; humida essentia cōsistere natura patitur. id semina iā ita indicant: quæ quidem aut humida sunt vt animalū, aut sine humiditate non germināt, qualia sunt stirpiū. Vnde liquet

necessa

necessariò dictā humidam essentiā partē esse terræ omnia pariētis, sicut mulieres opus habent mēstruis. Aiunt enim nature perquisitores hanc esse fortū essentiā in vtero, nec dissentaneū est ab his quæ diximus quod mox dicitur. Cuilibet matri tanquā partē summē necessariā natura scaturientes mamas addidit, preparās alimenta nascituris infantibus. Mater autē etiam terra esse videtur, quapropter & priscis illis placuit vt vocaretur *Αμηθηρ*, composito ē matre & terra nomine. nō em̄ terra mulierem (vt dixit Plato) sed mulier terram imitatur: quā verē poetica gens omniparentē, frugiferā, Pandorāmq; nominare solita est: quippe causam generationis & perpetuitatis tā stirpium quā animalium. Meritò igitur terræ quoq; antiquissimæ matrum ac fecundissimæ natura tanquā mammas dedit, amnium fluentia fontiumq; vt stirpes rigentur, & omnia animalia potum copiosum habeant. Post hæc autem inquit: Formauit Deus hominem. humo sumpta de terra: & inspirauit in faciem eius spiritum vitæ.] Hic quoq; manifestissimē docet, plurimum differre inter eum qui nūc formatus est hominem, & eum qui ad imaginem Dei factus est antea. Qui enim nunc formatur, sensibilis est, particeps qualitatis, ex corpore cōstans & anima, vir & mulier, natura mortalis. Ille verò ad imaginē factus, idea quædam aut genus aut signaculum, intelligibilis, incorporeus, nec mas, nec fœmina, naturaliter incorruptibilis: sensibilis autem & specialis hominis structurā cōpositam esse ait ex terrena essētia & diuino spiritu. Factū enim corpus quidem ex humo quā sumpsit artifex, & formam humanā inde effluxit. anima verò ex nulla omnino re creata, sed ex patre atq; rectore rerū omniū. Nā quod dicit Inspirauit, nihil erat aliud quā spiritus diuinus ē beata illa & felice natura in coloniam hāc missus ad utilitatē nostri generis: vt quamuis mortalis sit iuxta partē conspicuā, saltē iuxta inuisibile immortalis reddatur. Quamobrē ppriè dicere licet, hominē mortalis & immortalis naturæ esse cōfinitū, vtriusq; quātū necesse est participē, factūmq; mortale simul & immortale: mortale iuxta corpus, iuxta mentē immortale. Ille autē primus homo terrigena, princeps totius nostri generis, vtraq; parte præstātissimus & anima & corpore factus mihi videtur, lōgēq; posteros suos antecellere vtraq; præstātia. hic ipse enim erat re vera pulcher atq; bonus. Coniecturā autē formositatis eius corporis vel ex tribus causis licet capere, quarū prima est hæc. Cū terra tū recēs extitisset

secre

secreta ab aquarum mole, quod mare appellatū est, sequebatur ut materia rerū sincera & infucata purāq; esset, ex qua quicquid cōficiēbatur, meritō erat inculpabile. Altera verō, quia non ex quavis terræ parte humo sumpta videtur Deus hanc humana specie statuat formare voluisse summa cum diligentia: sed selecta vnde quaq; optima, ex pura materia ad id quod inerat purissimū excolasse accuratē, quod maximē ad hoc opus aptum erat. Domus enim quædam aut templū sacratum fabricabatur rationali animæ, quam illa diuina imago circūferre debebat. Tertia ne cōferenda quidē cum iam dictis. Opifex bonus erat arte quoq; inter cetera, ut singulæ corporis partes & priuatim, cōuenientibus absoluerētur numeris, & aptē in vniuersum cohererent. Ad eam per omnia quadrantē cōmensionē accessit & habitudo bona & color appositissimus, ut quā maximē fieri potest pulcherrimus idē qui primus homo aspiceretur. Quod autem in anima quoque par inerat præstantia, manifestum est. nullo enim creato exemplari in ea faciēda vsus videtur, sed solo (ut diximus) suo ipsius verbo. ideōq; narratur effigiem & imitamentum fuisse hunc hominem inspiratum in faciem, vbi sensus locatur, quibus corpus animauit Opifex. deinde ratione in partem principalem imposita circumdedit ei satellitium, ut colores & sonos, itidēque sapores atque vapores & cetera similia tractaret, quæ sine ope sensuum per se ipsam percipere non poterat. sequitur autē necessariō, omnibus modis pulchri exemplaris pulcherrimam esse imaginem. nam Dei verbum etiam eam quæ in natura est pulchritudinē superat, quippe non ornamentum pulchritudine, sed ipsum ornamentum illius (si vera fatēda sunt) decentissimum. Talis mihi videtur factus primus homo tum corpore tum anima, omnium quotquot sunt fueruntve præstantissimus. Nos enim ex hominibus gignimur, illum verō Deus condidit. quanto autem melior autor, tantō etiam opus melius: quem admodum sanè quicquid viget senescēte melius est, siue animal, siue planta, siue fructus, siue aliud quid ex his quæ natura cōtinet. itaq; par est illum recens creatum hominē robur fuisse vniuersi nostri generis, posteros verō eius non ita viguisse, degenerantibus vsq; formarum & viriū successione: quod quidē & in platarū & in pictorum arte vidi fieri. deteriora enim sunt quæ exprimuntur ad exemplar propositū. quod si hæc ipsa imitetur plastes pictorve, multō magis degenerant: quippe lōgē remota à principio. simile quiddā in magnete spectatur

Etatur. nā qui è ferreis annulis ipsum tãgit, hæret tenacissimē: qui verō hunc deinceps, minus pēdent tamē & tertius à secūdo & quartus à tertio, & quintus à quarto, & alij ab aliis per longā feriem vna vi trahente cōtinentēq;, sed nō eodē modo. Semper enim quo lōgius absunt à principio laxatur, cō quod remittatur vis attractoria, nec iā pariter astringere valeat. Tale quiddā & humano generi accidisse videtur, per singula secula succedentibus exilioribus & corporis & animæ viribus ac qualitibus. Quod si principem illum nostrū, non tantum primū hominem, sed & solum mundi ciuē dicamus, dicemus verissimē. erat enim domus ei mūdus & ciuitas, haudquaquā manufacta ex modo creata saxorum lignorumq; materia, in qua tãquam in patria securissimē habitabat, alienus ab omni metu, utpote dignatus dominatione rerum terrestriū, & formidandus ceteris mortalibus animatibus, ut domino doctis obedire aut coactis, pacatēq; viuebat in iucunditatibus innocens. quoniā autē omnis legitima ciuitas habet instituta sua, necesse erat mundi ciues uti institutis cum toto mundo cōmunibus. Ea sunt recta ratio naturæ, quæ ratio magis propriè cognominatur ius, lex diuina, suum cuiq; ita ut debetur & cōuenit tribuens. huius ciuitatis ac reipublicæ oportebat esse quosdam ante hominem ciues, qui meritō dici possent magnæ vrbs ciues, amplissima pomœria sortiti ad habitandū, & ascripti in ius ciuitatis maxima perfectissimaq;. hi verō quinā alij possint esse quā rationales diuinæ naturæ, partim intelligibiles incorporeæque, partim nō sine corporibus, quales stellæ sunt, cum his cōiuen-do & colloquendo, verissimiliter in felicitate sincerissima degerebat ille cognatus summi regis recens in lucē proditus; qui plenus largissimo spiritu diuino omnia tū dicere tum facere studebat ad placitum patris regisq; sui, sequens eius vias eisdem vestigiis, quā virtutes viam publicā muniunt; per quas vtilis animabus fas est incedere, eum finē affectantibus, ut tãdem reddatur genitori Deo similes. Atq; ita primi hominis vtraque pulchritudo tã corporis quā animæ, & si multō infra veritatem, certē pro nostra virili, quantum fieri poterat, dicta est. Posterioritas autem eiusdē ideq; particeps, necessariō tamēsi obscuras, seruat tamen adhuc formas cognationis quæ sibi cū patre illo intercedit. cuiusnā cognationis? omnis homo iuxta mentē diuino verbo est cognatus, beatæ illius naturæ sigillū siue particula quiddā, siue splendore & quasi radi? itē mūdo vniuerso iuxta

structurâ corporis. est enim cōtemperatus ex eisdem elemētis terra, aqua aëre, igne, singulis portionē suam conferentibus ad supplementū materiæ sufficientissimæ: eam oportebat sumere opificem, vt fabricaret hanc visibilem imaginem. præterea in omnibus modò dictis regionibus tanquā in domesticis cognatisq; versatur, locum loco mutans, & aliās aliò se conferens, vt propriè dicere liceat hominem esse omnia, terrenū, aquaticū, volucrem, cælestē: quatenus enim habitat & ingreditur in terra, terrestre est animal: quatenus vrinatur, natat, & sæpe nauigat, aquaticum. cuius rei testes sunt naucleri, negotiatores, purpurarum captatores, cæterorumq; cōchylionum atq; piscium, quatenus autem sublime in pensilibus degit cœnaculis; meritò dici potest aëricola. atq; insuper cæleste, propter principem inter sensus visum, quo solem ad vsq; & lunā cæterarumq; stellarum tum erraticarum tum fixarū singulas euadit. Perpulchrè autē & impositio nominū assignatur primo homini. ad sapientiam enim & regnū pertinet. at ille sapiens est suimetipse discipulus & doctor per Dei gratiā, & insuper rex quoq;. Decet autē rectorem vt appellet vnumquemq; subditorum. eximiam verò oportet fuisse imperādi vim in primo illo homine, quem accurate formatū Deus secūdo post honore dignatus, subprefectum sibi, rectorem aliarum rerū omnium constituit. quādoquidem etiam tot seculorū posteritas eius, euanescente iam per tā longū spatium genere, nihilominus adhuc brutis dominatur, seruās tanquā scintillā principatus & potentiæ hereditariæ. Ait igitur scriptura: Omnes animates à Deo adductas ad hominē. vt videret quas hic appellationes singulis inderet.] non q̄ dubitaret, ignotum enim Deo nihil, sed sibi conscius q̄ rationalē in mortali naturā fecerit suapte vi mobilem, ne ipse esset vitij participes. itaq; periculū faciebat iam notū tanquā præceptor, insitū ei habitū excitans, & ad cōtemplationem operū suorū prouocans: vt eis ex tempore nomina imponeret, nec impropria nec incōuenientia, sed disertè rerū proprietates exprimentia, cum enim rationalis natura etiam tū pura maneret in anima, nullo turbate lāguore, aut morbo, aut affectu, purisq; vteretur tā corporū quā rerū imaginationib⁹, nō aberrabat à vero dū nomina eis inderet, appositè significatis applicādo, vt ad primū vocabuli sonū mox naturæ cuiusq; intelligeretur, tantū omnigenarum virtutum inerat homini, cōtendenti ad ipsum finē humanæ felicitatis. Verū quia nihil est in rebus genitis firmū, sed

omnia

omnia mortalia necessarias mutationes admittunt, oportebat & primum hominē experiri aliquam infelicitatē. vt autē obnoxius viueret, occasio fuit mulier. donec enim solus erat, similitudine referebat creatū mundū & Deum, gestās vtriusq; naturæ formas expressas in anima, non omnes, sed quotquot earum mortalis ipsa capere poterat. vbiverò formata est & mulier, cōspicatus germanā speciem, & cognatā formam, gauisus eo spe étaculo, & accedens eam cōplexus est. at illa cū nullū animal videret sibi similius, libēter eum resalutauit, & reuerēter. deinde superueniēs amor, tāquā vnus animalis duo dimidia prius distātia collecta tūc in vnum coaptauit, indita vtriq; cupidine gignēdi similem prole per mutuā consuetudinē. ea cupido etiā corporum voluptatē peperit. Vnde est origo iniquitatū præuaricationūq; omnium: quādo talis voluptas mutauit mortālē & infelicē vitam beata immortalīq;. Viro autē adhuc solitariā vitam degente, necdum formata muliere, paradus à Deo plātatus dicitur, nostris his nequaquā similis. nostrorū enim inanimata sylua est, arboribus plena omnigenis, aliis semper virentibus ad amœnitatē perpetuam, aliis primo vere pubescētibus ac germinātibus. rursum aliis mites fructus in vsum humanū ferētibus, nō modò ad necessitatē, sed & ad superfluas voluptates vitæ delicatioris: aliis dissimilem, qui necessariò feris relinquatur. at Dei paradus animatas omnes arbores habet rationēq; præditas, quarū fructus virtutes sunt & incorruptus intellectus atq; sagacitas, quid turpe sit, quid honestū, diiudicās. ad hanc vitam sana & incorruptibilitas, & quicquid est simile. hanc autē philosophia per similitudines magis quā propriè, loqui videt. arbores em̄ in terra nec vnquā prius natæ sunt, nec nascituras est credibile, vitæ aut intellect⁹ feraces, sed vt puto subindicat: per paradus quidē principalis vis animæ, quæ est plena ceu plantis, innumeris opinionibus: per arborem autē vitæ, pietas inter omnes virtutes eminentissima, per quā immortalis reditur anima: sicut per dignotionem boni malīq; arbitra prudentia, quæ discernit res naturaliter contrarias. his ceu terminis in anima positis, Deus tanquā iudex considerabat vtrò esset propensior, & postquam vidit eam vergere ad calliditatem, sanctitate pietatēq; posthabita, ex quibus immortalis vita prouenit, meritò eiecit pulsam è paradiso in exilium, præcisā omnī spe reditus, propter eius erratum difficile sanatū & incurabile, quādoquidem etiam deceptionis occasio non mediocriter

ter fuit culpabilis, non dissimulanda hoc loco per silentiū. Fertur antiquum illum veneficū & terrigenā serpentem humana voce vsum esse. is olim conditi ante omnes viri vxorē aggressus, opprobrauit ei stupiditatē & numinis reuerētiā nimiam, quod cunctando procrastinaret carpere fructū aspectu speciosissimum omnium, gustu verò suauissimum: ad hæc vtilissimum, quippe cui vis insit dignoscēdi bona & mala. ibi mulier propter mētis incōstantiam incōsideratē assentiens, gustatū pomū viro cōmunicauit. itaq; ambo repente ex innocentia simplicitatēq; morum, in calliditatē mutari sunt. Id indignē ferēs ille pater (merebatur enim iram facinus, quandoquidem neglecta vitæ immortalis arbore, hoc est virtute absolutissima, vnde longauam ac beatā vitā carpere potuerāt, breuem mortalēq; , non dico vitā, sed tēpus crūnolum pratulerāt) pœnæ meritā sentētiā eis intulit. Sunt autē hæc nō fragmenta fabulosa, qualibus poētæ ludunt & sophistæ, sed figurata documenta, ad allegorię scrutationem inuitantia per latentes coniecturas, quas si quis sequatur vt decet, serpentē haud absurdē voluptatē subindicare interpretabitur: primū quia pedibus carēs pronus vtro nititur: deinde quia terræ glebis pro cibo vtitur: tertio, quia venenum gēstat in dentibus, quo solet morsos tollere. Quibus omnibus malis obnoxius est homo voluptati deditus: quippe qui agrē caput attollit, grauatus depressusq;, subuertente supplantantēq; ipsum intemperantia. Vescitur quoq; non cibis celestibus, quos sapiētia viris contēplatiuis per sermones & opinionones porrigit: sed his qui quotannis ē terra proueniant: vnde ortę abrietates & cupedinarij gulosiq; appetitus ventris, postquam auctæ totum hominem dediderūt huiusmodi studio, ea quoque quæ sub ventre sunt excitant, & in furores quosdā erumpere faciunt. qui enim coquorum & popinariorū laborē abliguriunt, attracti caput nidoribus ex condimentis exhalantibus, participes huius turpitudinis fieri cupiūt. & vbi quis sumptuosam mensam viderit, toto corpore in apposita irruit, datq; operam vt expleatur omnibus, hoc solum spectās, vt nihil ē tanto apparatu sinat reliquū. Quamobrem nō minus quā serpens in suis dētibus venenū circūfert: hi sunt enim insatiabilitatis ministri & operarij, nihil nō ad cibū secātes cōterentesq;: qui primò linguæ diiudicandos sopores offerant, deinde gula: Est autem immoderata ciborū congestio lethifera naturaliter & venefica, vtpote concoctionē pra multitudine non admittentibus

bus quæ ingesta sunt, quādo adduntur alia super alia priusquā priora digesta sint. Vocem autem humanam serpēs emisisse dicitur, quia plurimos sui studiosos propugnatorēsq; voluptas habet: qui defensione huius suscepta, nouam audent afferre doctrinam, tribuentes ei potentiam in rebus omnibus magnis ac paruis absq; vlla exceptione. quādo & primi maris fœminæq; congressus sequestram habent voluptatem, & genituræ absque hac non perficiuntur. tum quæ genita sunt nullius prius cōsuetudinē affectant quā huius, quippe gaudentia voluptate, contrarium verò huic dolorem ægreferētia. quapropter plorat infans recens editus, nimirum dolēs propter frigus. nā ē calidissimo loco vuluæ, in qua lōgo tempore habitauerat, progressus repente in aërem frigidum & inassuetū sibi, velut ictus eo sentit, doloris ac vexationis manifestissimum fieri præbens indicium. festinat enim, vt aiunt, ad voluptatem, tanquam ad maximum necessarium & cuncta completētē finem omne animal, præcipue homo. Nam reliqua per solum gustum & genitalia frui hac expetūt, homo per alios quoque sensus, quicquid spectatu auditūq; delectare potest cōsectans auribus atque oculis. Quin & alia dicuntur in laudē huius affectus plurima, & quòd sit animalibus familiarissimus atq; cognatissimus. Verum factis sint exempli causa iam dicta, propter quæ humanam vocem serpēs emisisse visus est. ideo, vt puto, Moses etiam in legibus quas priuatim scripsit de animalibus quæ sint cibis apta, quæ nō, maximē laudat eum qui vocatur ophiomachus. Est autē reptile subnixum lōgis cruribus, quibus a terra pro ingenio suo profilit & sublime fertur, quem admodum cætera locustarū genera. nam hic ophiomachus nihil aliud mihi esse videtur, quā intemperantiæ symbolum, quæ implacabile absque vllis induciis bellum gerit cum voluptate atque intemperantia. altera enim frugalitatē, parsimoniā, sola necessaria, subrigidā honestāq; vitā eximiē cōplectitur: altera operositatē sumptuositatēq;, quæ lautitias delitiāsq; afferunt animæ atq; corpori, & vitā redolunt obnoxiam, morte molestiorē his qui rectē sapiunt. Cæterum voluptas suas præstigias ac fraudes viro nō audent admoliri, sed fœminæ, & per hanc illi, idq; admodum appositē efficaciterq; in nobis enim quasi vir est mēs, sensus quasi fœmina. Voluptas verò prius appellat pertentatq; sensus, per quos id quod principale est mentē illicit. Postquam enim singuli sensus eius veneficiis subiecti fuerint, ad lubescētes his quæ offeruntur, coloribus

loribus figurisq; variis visus, vocum cōcentibus auditus, saporum suauitatibus gustus, exalantiū vaporum stagantia odoratus, acceptis his donis tanquā famuli afferunt ea veluti domine ratiocinationi, aduocatā adhibēdo suadela, ne repulsam vlla in re patiatur. Ratio porrò inescata, iamq; ex regina facta subdita & serua ex domina, & exul ex ciue, mortalis fit que immortalis antea fuerat. Omnino enim scire oportet, quod voluptas tanquā lasciuia meretricula amatorem appetit, quārēs stupri conciliatores per quos illū ceu hamo capiat. sunt autē huius cupidinis sequestri sensus, quos postquam inescarit, facile mentē subiungat: quæ res externas intrò admittat, illis internuntiis & ostentibus singularū formas, & ei suum affectum imprimantibus, nam ceræ similis, recipit per sensus imaginationes, quibus apprehendit corpora, quod per seipsam non valet, vt antè dixi. Cōtinuò autem mercedē voluptatis habuerunt, qui primi sese in seruitutē dederūt molesto huic morbo & insanabili: mulier quidē vehemētes dolores parturitionis, & in reliqua vita cōtinuas tristitias, præsertim in gignēdis educādisq; liberis, ægrois sanisq;, in prosperitate & aduersitate degētibus, quominus libertate fruerēt, vita sociū agnoscēs pro dño, cuius mādāta exequi necesse habeat. viro itē pro parte sua labores exatlandi sūt ppositi, sudorēsq; cōtinui, vt acquireret necessaria victui. præterea multat vbertate terræ spontanea, que prius absq; agricolæ opera artēq; fertilitatē didicerat: iā verò inexaustis laboribus succurrēdū est inopiæ. ne fames internationē afferat. Opior em̄ quēadmodū sol & luna perpetuò lucē ministrāt semel iussī in rerū primordio, & diuinū mādātū indefinēter faciunt, nō ob aliā causam q̄ quia malitia procul terminis cæli exulat: eodē modo terræ quoq; latifundia frugifera sine arte curaque agricolarū latura fuisse ingētes rerū copias annuis prouētibus. nunc autē perrenes illi fontes Dei gratiarū retēti sunt, postquā cœperūt vitia maiores q̄ virtus profect⁹ facere, ne in indignos profunderetur beneficētia. Itaq; debuerat humanū genus, si pœna par culpæ luenda esset, omnino deleri propter tantā erga benefactorem seruatorēmq; Deū ingratitudinē. at ille suoptē ingenio clemēs, miseratione vindictā moderat⁹ est, genus quidē manere sinēs, victū autem nō acq̄ vt antea præbēs, ne duobus malis accedētibus, otio saturitatēq; proni ad vim & peccatū fierent. Talis erat vita innocēter ab initio simplicitēq; viuentiū: talis item postquā virtutē posthabuerunt vitis, à quibus abstinendum

ntendū est. Licet porrò ex superiore de mūdo cōdito narratione alia quoq; multa nos discere, præcipuè quinq; res omniū pulcherrimas & optimas. primū, esse & præesse numē, ne nos fallāt impij: quorū alij dubitarūt, ambigēdo an sit: alij verò his audaciores perfricta frōte negauerūt esse, sed verbis tantūmodo celebrari ab hominibus per figmēta fabularū veritatē adumbrātibus. Secūdo, Deum vnū esse, ne fallamur à multorū decorū asertoribus: quos nō pudet deterrimā reip. speciem ex terra in calum transferre vulgi potentia. Tertio (sicut iam dictum est) mundū esse factū, aduersus eorum opinionē qui eum infectum sempiternūmq; esse cōtendunt, nihil Deo tribuentes amplius. Quarto, hunc ipsum creatum mundū esse vnū, quando & vnus eius opifex est, qui hac vnitate opus suū simile sibi reddidit, ad cuius vniuersi perfectionē vsus est omni essentia. integrū enim nō esset, nisi cōpactū & constitutū fuisset ex omnibus partibus. nam non desunt qui credāt plures mundos esse, quidam etiam infinitos, ipsi carentes sine modōq; ignoratiæ, & ad veritatem indociles: quos nosse cauerēq; bonū est. Quinto, præesse mundo Dei prouidentia. semper enim autor curā gerit operis sui, comuni necessariāq; lege nature: quemadmodū & parentes curāt suā progeniem. Hæc quicunq; non tā auribus quam cogitatione mature perceperit, & in animū suum mirandas, omniq; studio petendas, species impresserit: esse Deum præessēq; rebus, & hunc vnū esse qui verē sit, & ab ipso mundū conditū credi oportere, eūq; (vt dictū est) vnicū, hac vnitate auteri suo similem, postremò nunquam nō gubernari eum ab opifice suo: is beatam felicēmq; vitā acturus est, decretis pietatis diuinis formatus.

PHILONIS IVDÆI,
Sacrae legis allegoriarum post
sex dierū opus, liber primus.



ET perfecti sunt cæli & omnis eorum militia,] Postquam de mētis sensusq; generatione dudum dixit, nunc ex utroque perfectionē mādāt literis. Sed neque mentē indiuiduam, neq; sensum particularē perfectū esse ait, verū ideas: alteram mentis, alteram sensus. Tecte quidē men-

rem caelum, quonia intelligibiles in eo sunt natura, vocat: sensum vero terram, quia constitutionem corpori simile & ferme terrenam sensus sortitus est. Ornant autem mentem quidem intelligibilia incorporea; omnia: sensum vero corporea & quaecumque sensibilia. Et compleuit Deus die sexto opus suum quod fecerat] Rusticanae simplicitatis est putare, sex diebus, aut utique certo tempore mundum conditum: quia totus mundus vicissitudo est dierum ac noctium, quam solis motus super terram sub terramque meantis necessario conficit. Sol autem pars caeli ceteretur, ut fatendum sit tempus posterius mundo esse, quippe quod mundi est effectus: nam caeli motus indicauit naturam temporis. Ergo cum audis: Compleuit sexto die opera, intelligere non debes de diebus aliquot, sed de senario perfecto numero, quia primus in tres partes aequales diuiditur, dimidia, tertiam, sextam, & ex aequilateris duobus constat, bis tribus, binarius quidem & ternarius excedunt iuxta corpus equalitatem: alter materiae imago, quae diuiditur fecaturque; tanquam mortalis, alter vero solidi corporis, quod iuxta triplicem dimensionem potest diuidi, quin & organicorum animalium motibus cognatus est. sic enim organicum corpus natum est ut suo apte ingenio moueri queat prorsum, retrorsum, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsumve. Vult igitur indicare propheta, tum mortalia, tum incorruptibilia genera ex propriis constituisse numeris, mortalia (ut dixi) senario metiens, beata vero & felicia septenario. Primum igitur septimo die requiescens a mortalibus operibus, alias diuiniore formationes incipit. nunquam enim Deus operari desinit; sed sicut proprium ignis est vrere, & niuis refrigerare: ita Dei quoque operari: idque multo magis, eo quod ipse aliis etiam rebus omnibus operandi autor est. Recte sane dicitur Quiescere fecit, non Quieuit. quiescunt enim quae videtur operari, ipsa non agunt. at factor ille non quiescit. ideo subinfertur, Quiescere fecit quae exorsus est.] Quaecumque enim nostris artibus fabricantur, ea semel absoluta stant manentque; at quae Deus perficit sua scientia, mouentur denuo, fines enim eorum, aliorum sunt principia: ut diei finis, noctis initium, menses quoque & annos desinentes, initia sequentium cogitare debemus. itidem dum alia corrumpuntur, gignuntur alia: & dum alia gignuntur, corrumpuntur alia: ut verum dictum sit, perire nihil eorum quae generata sunt, sed aliud accedens ad aliud, aliam formam representat. gaudet autem natura septenario. erratica septem sunt, in contrarium nitentes quotidiano caeli cursui. versa septem stellis completur, comerciorum, consociationis

tionis hospitalitatisque; hominum causa praecipua. mutationes quoque lunae singulis septimanis sunt, sideris rebus terrestribus familiarissimi: quae quaecumque in aere mutationes operatur, maxime iuxta suas hebdomadarias figurationes efficit. mortalia certe (ut dixi) omnia quae diuinius principium celitus sibi contrahunt. iuxta septenarium mouentur salutariter. Quis enim nescit infantium septimestrium felices partus: si vero tempus vteri producat in mensem octauum, plerisque omnes infelices? rationem quoque aiunt in homine absolui primo septennio, quando iam idoneus est interpret vltimatorum nominum ac verborum, rationalem habitudinem, sibi comparans: ite sequenti septennio ad summam perfectionem peruenire, nimirum ad potentiam progignendi sui simile: id quod accidit circiter annum aetatis quartumdecimum. tertium deinde septennium incrementi finis est. nam usque primum supra vigesimum annum augetur proceritas hominis: quod tempus a multis vocatur aetatis maturitas. animae quidem bruta pars septifariam diuiditur, in quinque sensus, & vocis instrumentum, & genitalis vim suis membris insita. Item corporum motus septem sunt, sex pro ratione membrorum, in orbem septimus. septem item interiora viscera, stomachus, cor, lien, iecur, pulmo, renes gemini: totidem quoque membra corporis, caput, ceruix, pectus, manus, veter, inguen, pedes. certe principalis pars hominis septem habet foramina, oculos duos, totidem aures naresque, os septimum. septem sunt & excrementa, lacryma, mucus, saliuua, genitura, quaeque per geminas corporis cloacas deriuantur, sudorque totius corporis. in morbis sane septimus dies maxime iudicat: & mulieribus menstruae purgationes usque septimum diem protenduntur. quin & ad vtilissimas artes vis huius numeri peruenit, scilicet grammaticam & musicam: quandoquidem in grammatica vocales optima elementorum potentissimaeque septem sunt: & in musica lyra chordarum septem, praestantissima est instrumentorum ferme omnium: quonia harmoniarum ratio, quae quidem in melico genere pulcherrima est, in hac consideratur maxime. tonorum quoque septem sunt, discrimina, acutus, grauis, circumflexus, asper, tenuis, longus, breuis. & primus numerus nascitur ex perfecto, id est senario, & vnitatem. praeterea iuxta quandam rationem qui intra denarium sunt numeri, aut gignunt eos qui sunt intra denarium, aut gignuntur ab eis, aut utrumque: at septenarius nec gignit vllum eorum nec gignitur a quoquam, quapropter in suis fabulis Pythagorici eum semper virginem sine matre natam assimulant, quia & illa nec partu est edita, nec

vnquā pariet. Itaq; quiescere fecit diē septimū ab operib⁹ suis quæ fecit. Id autem sic intelligendū, mortalia genera tū Deus cessat fingere, cū incipit facere diuina, & septenarij naturę familiaria. id ad mores pertinet hoc modo: quādo in animā subintrauerit illud iuxta septenariū verbū sanctū, cōpescit senarius, & quicquid occupatū videtur in faciēdis hisce reb⁹ mortalib⁹. Et benedixit Deus diē septimū, & sanctificauit eū.] Mores qui iuxta septimā verēq; diuinā lucem facti sunt, benedicit Deus, mōxq; sanctificat. sūma em̄ cognatione benedictus sūcto iūgit. ideo de illo q magnū votū uouit scriptura dicit, quōd si mutatio repētina polluerit eius mentē, nō erit sanctus. Ceterū dies priores merito irrationales sunt. irrationalis est em̄ qui uis nō sanctus mos. ideoq; qui benedictus sanctus. Rectē igitur dictū, q septimū benedixit simul & sanctificauit, quia in eo cessauit ab omnib⁹ operibus suis quę cœpit Deus facere.] Causa reddit ob quam benedictus sanctusq; factus sit, qui iuxta septimā perfectāq; lucem degit, quādoquidem in hac natura quiescit mortaliū cōstitutio. ita enim se res habet. postquā splendor virtutis exort⁹ fuerit, clarus reuera diuinusq;, cessare facit generationē naturę cōtrarię. docuimus autē q Deus facere nō cessat, sed aliarū rerū generationē aggreditur, quippe nō opifex modo, uerū & pater rerum cōditarū. Hic est liber generationis cæli & terrę, quādo creata sunt.] Hęc quę iuxta septenariū mouetur perfecta ratio, principiū est tū ordinati iuxta ideas intellectus, tū generationis intelligibilis rerū iuxta ideas ordinarū: uel ut propriē loquar, ad sensum pertinentiū. Librū autē uocat Dei verbū, in quo inscriptę insculptęq; habētur cæterarū rerū substantiæ. Ne autē suspiceris intra certa tēporis spatia numen facere aliquid, sed ignota, incerta, inscrutabilia, incomprehensibilia humano generi esse eius opera, subinfert has uoces, Quādo creata sunt. nō definiēs disertē quādonā. Incircūscripte em̄ fit quicquid ab hac causa fit. atq; ita negatur hoc uniuersum intra sex dies cōditū. Die quo fecit Deus celū & terrā, & omne uirēs agri antequā oriretur in terra, omnēq; herbā agri prius q germinaret. Nō em̄ plura Deus sup terrā, & homo nō erat q operaretur terrā.] Diem hunc superius librū dixit, siquidē utrobique; cæli & terrę describit generationē. nā illustrissimo splendidissimōq; suo uerbo, vno edicto Deus utrūq; creat, & ideā intellectus, quā figuratē celū uocauit: & ideā sensus, quā significauit terrę nomine. Duobus autē agris assimilat ideā intellectus, & ideā sensus

sus. intellectus enim fructus sunt quę intelligūtur: sicut sensus ea quę sentiūtur. Quod autē dicit tale est. sicut particulari indiuiduōq; intellectu prior est quādā idea tanquā archetypū hui⁹ exemplar: itē particularis sensus alia, ad exprimēdas formas uicem signaculi obtinēs: ita priusquā fierēt indiuidua intelligibilia, erat id ipsum intelligibile, ob cuius participationē cetera quoq; sic nominātur. Virens quidē agri, intelligibile dixit mētis. sicut enim in agro uirētia germinat florentq;, ita mētis germen est intelligibile. itaq; prius quā indiuiduū intelligibile crearetur, illud ipsum intelligibile absolutū erat, generale iā tū uniuersalēq;, quippe cōpletum. Et omnē, inquit, herbā agri prius quā germinaret.] id est prius q germinaret indiuidua sensibilia, iā erat generale sensibile per creatoris prouidētiam. Hic quoq; addidit Omnē. deceter sanē sensibile cōtulit cum herba, quia animæ parti brutę forte obuēnit. alioqui cur supradixit, uirēs agri & omnē herbā, ac si herba nequaquā uireret? sed uirēs agri est intelligibile mētis germen: herba uerō sensibile, ipsū quoq; germen brutę partis animæ. Nō em̄ pluerat Deus super terram, & homo nō erat qui operaretur terrā.] Valde naturaliter. nisi enim Deus pluerit super solum perceptiones subiectorum, ne intellectus quidē circa sensum operabitur & occupabitur. Cū enim ipse ex seipso, nō sit idoneus ad irrorādos uisui colores, uoces auditui, gustui sapores, cæterisq; sua perindē subiecta sensibus, quā primū Deus sensibilibus sensum rigare cœperit, mox intellectus tanquā uberrimę terrę cultor p̄sto est. at idea sensus, quę figuratē uocatur pluuia, nullo alimēto indiget. sed alimētū sensuū sunt indiuidua sensibilia, quę utiq; corpora sunt. idea autē aliud q corpus est. cæterū prius quā existēret indiuidua, nō pluerat Deus super ideā sensus, quę terra hic nominatur, hoc est nullū alimētū ei prębuit. nā eā nullo proprio opus habebat sensibili. quod autē sequit: Et homo non erat qui operaretur terrā, idē est q: idea intellectus ideā sensus non exercebat. mēs enim eiusq; intellectus exercet sensū per sensibilia. intellectus autē idea, priusq; ullū existat indiuiduū illi familiare corpus, nō exercet ideā sensus. si enim exerceret, exerceret per sensibilia. nā in ideis nihil est sensibile. Fons autem ascēdebat de terra, & irrigabat eius faciem.] Hic intellectū dicit terrę fontē, sensus uerō faciē eius. hūc enim locū ex uniuerso corpore ad exercēdas ideas aptissimū, natura omnia prouidens eis attribuit. Fontis autē modo intellectus sensum quęq;

irrigat, immittens riuos cōuenientes singulis. & vide quomodo analytica ratione potētia animalis inuicē cōnexa sunt, cū em̄ tria sint, intellectus, sensus & sensibile. medius est sensus, vtrāq; autem extremitatem occupat intellectus & sensibile. atqui ne intellectus quidē potest operari, hoc est exercere se per sensū, nisi autem Deus pluerit & rigarit sensibile, ne cōplurā quidē rei sensibilis vlla est vtilitas, ni terrā modo intellectus extendens se vsq; sensum mouerit eum quiescentē, & adduxerit ad subiecti sui cōprehensionē. itaq; intellectus & sensibile semper par pari referre conatur, hoc quidē subiectū sensui tanquā materia: ille verò mouens sensum ad externa tanquā artifex, vt fiat imperus. animal enim nō animali præstat rebus duab; imaginatione & impetu: imaginatio fit progressio intellectu per sensum ad externa: impetus verò imaginationis germanus per intellectus vim intensiuā, quam intēdens per sensum attingit subiectū, & accedit ad id, cupiens cōprehendere. Et finxit Deus hominē de humo terræ, & inspirauit in faciem eius spiritū vitæ: & factus est homo in animā viuētem.] Duplex hominum genus. alter est celestis, terrestris alter: celestis quidē, vtpote ad imaginē Dei factus, expers corruptibilis & in totum terrenæ essentia: terrestris verò ē seminali materia, quam humum vocat, cōpactus est: ideo celestē non fictum dicit, sed formatum ad imaginē terre verò figmentū, irrationalis progeniē esse artificis. cæterum homo terreus accipiendus est intellectus qui inseritur corpori, nō dum ei cōcretus. is terrenus reuera est & corruptibilis, nisi q̄ Deus inspirauit illi vim verā vitæ. actum demū sit iam, non amplius fingitur, in animā non otiosam & ignauā, sed intelligentē verēq; viuētem. ait enim: In animā viuētem factus est homo. Querat aliquis, cur Deus terrenā & corpori additā mentē spiritu diuino dignatus sit, & non potius illā iuxta ideam factā, & iuxta imaginē ipsius Dei, Secūdo, quid sit quod dicit, inspirauit. Tertio, quā ob rem in faciem inspirat. Quarto, quamobrem vtatur spiritus vocabulo: num ita, sicut quādo dicit, Et spiritus Dei ferebatur super aquā: flatus nunc non spiritus sit mentio. Ad primū respondendum, primò, quòd benignus cū sit Deus, largitur bona omnibus etiam nō perfectis, inuitās eos vt æmulatores virtutis atq; participes fiant, ostētānsq; immensas suas diuitias, quod sufficiāt etiam his qui non magnam vtilitatem inde capiunt. Hoc autē etiam aliis rebus declarat manifestissimē. Quoties enim pluit

in

in mare, fontes producit in locis desertissimis, tenuem & asperam sterilemque; terram rigat inundans fluminibus, quid aliud exhibet quā nimietatem diuitiarum benignitatisque; suæ. Eadem est causa, ob quam nullam animā sterilem boni creauit, quamuis sint; quædam quibus hoc est inutile. Altera responsio commēdat diuinam iustitiam. Inspiratus aliquis vera vita, sed virtutis expers, puniendus propter peccata, iniquē secum iniusteque agi diceret, quandoquidem per ignorantiam boni prolapsus sit in ea. Esse autem in causa ipsum, qui nullam ei mentē inspirasset, & forsitan negaret omnino se peccasse, siquidē quæ ab imprudentibus fiunt, ne in peccatorum quidem rationem competere quidam asseuerant. hæc quidem vox Inspirauit, idē valet quod affluit animauitque; in anima, absit enim vt putemus Deum oris aut narium instrumentis vsū ad inspirandū. expers enim qualitatis Deus, tantū abest à forma humana. quin & aliud naturæ arcanū hæ voces proferunt. Tria enim hic requiruntur, quod inspirat, quod inspirationē capit, & quod ex inspiratione accipitur. Deus inspirat, mens inspirationē capit, spiritus ex inspiratione accipitur. quid ergo ex his colligitur? vnio sit horū trium, porrigēte Deo à seipso manantē vim per medium spiritum vsq; subiectum: ad quid aliud nisi vt cogitatione percipiamus eum? alioqui quomodo anima Deum intellexisset, nisi ipse inspirando attigisset eam quantū fieri potuit? nec enim ausa fuisset humana mens tam altē ascendere, vt attentaret Dei naturā, ni Deus ipse trahendo subleuasset eam ad seipsum, quatenus fas erat humanum intellectum subleuari. Quin & formauit eum pro ipsius viribus. Cæterum faciem inspirat naturaliter & moraliter: naturaliter quia in facie sensus creabat: quæ pars corporis maximè animata est & inspirata. moraliter sic: quēadmodum principalis pars corporis est facies, ita animæ pars principalis est mens. hanc solam inspirat Deus, alias hoc honore nō dignatur, sensum, ratio cinationem, gignendiq; vim, nam hæ secundum locum obtinent. à quo igitur hæ quoque inspirantur? Dubio procul à mente. Quicquid enim hæc accipit à Deo, brutis animæ partibus communicat. quo sit vt mens animeretur à Deo, brutū verò quod inest animæ, à mente. Est enim mens tanquā Deus partis brutæ, & ideo Moyses quoque scriptura nō grauat Deum Pharaonis dicere. Nā quæ fiunt, partim à Deo & per ipsum fiunt: sicut procedente cōtextu legetur, Plātauit Deus paradīsum. inter ea mēs censerur:

c v Brut

Bruta verò pars à Deo quidē facta est, nō autē per Deū, sed per
 rationalē partē præsidentē regnatēq; in anima. Spiritū por-
 rò non flatū dixit, quasi intersit aliquid. Nā in spiritu intelli-
 gimus robur, tenorē, & vim: flatus tanquā aura quædā est & exha-
 latio lenis ac sedata. Quapropter mēs facta ad ideā & imaginē
 dici potest cōmunicare cū spiritu. robur enim hic intelligitur,
 procedēs autē à materia leuiore, aura dicitur exhalatiōq; qua-
 lis fit ex aromātibus: quæ asseruata vel sine suffitu emittūt quā-
 dam fragrantia. Et plātauit Deus paradysum in Edē ad orien-
 tem, & posuit ibi hominē quē finxerat.] Diuinā & cælestē illā
 sapientiā cū nominasset multis nominib⁹, & varias appellatio-
 nes eā habere ostēdisset, vt quā principiū & imaginem & visio-
 nem Dei vocauit: nunc eius tanquā exēplaris imitamentū ter-
 renā sapientiā inuādat impietas, vt suspicemur Deū plātare &
 terrā colere. cur enim id faceret, statim occurrit dubitatio. non
 em̄ vt amœnos secessus & voluptates sibi quæreret, quæ fabulo-
 sitas ne in cogitationē quidem admittenda est. nā Deo ne totus
 mundus dignū esset domiciliū: qui sibi ipse locus est, & ipse se-
 ipso plenus sibiq; sufficiens, cū Deus alienā indigentia, solitudi-
 nem inanitatēq; impleat & cōtineat, ipse verò à nullo alio cō-
 tineatur, vtpote vnus & totū ipse ens. ergo terrenā virtutē semi-
 nat ac plātat Deus humano generi, quæ sit imago effugiēsq; cæ-
 lestis virtutis. miseratus em̄ nostrū genus, & cōspicatus id plu-
 rimis refertū vitiis, auxiliatricē & depultricē animæ morborū
 virtutē terrenā radicauit, ad imitationem formāq; cælestis exē-
 plaris, eāq; nō vno vocat nomine. Paradysus certē figuratē dicitur
 virtus. locus autē proprius paradiso Edē, id est delicia. vir-
 tuti autē cōuenit pax, voluptas, gaudiū, in quibus sunt vera di-
 licia. quin & ad orientē est huius paradisi plātatio. nā nec occi-
 dit nec extinguitur, sed perpetuò suapte natura lux eius oritur:
 & vt puto, sicut sol exortus caliginosū aērē replet luce: sic etiā
 virtus exorta in anima caliginē eius illustrat, & multū tenebra-
 rum discutit. Et posuit, inquit, ibi hominē quē finxerat.] Cū
 enim bonus sit Deus, & ad virtutē tanquā peculiare suū opus,
 exerceat genus nostrū, mētē collocat in virtute, videlicet vt ni-
 hil aliud quàm hanc colat curētq; ceu bonus agricola. Quærat
 hic aliquis, quare cū fas piūq; sit imitari opera Dei, ego vetor
 plātare lucū apud sacrariū, Deus autē plātat paradysum: ait em̄
 lex: Nō plantabis tibi ipse lucū, omnē arborē apud sacrariū Dei

tū

tui nō facies tibi ipse. quid igitur dicendū? Decēs esse Deo plā-
 tare & ædificare virtutes in anima. mēs autē sui amās & impia,
 volēs videri æqualis Deo, dum se facere putat, reuera patitur,
 ceterum cū Deus seminat & plātat in anima quicquid hone-
 stum est, mēs si dicat, ego plāto, impiē facit. nō plātabis igitur
 qñ Deus plantat. q̄ si & plantas in anima posueris, o onime, fru-
 ctiferas plāta omnes, & nō lucū. In luco em̄ tā syluestres quàm
 mites sunt arbores. vitiū autē sterile in anima cū miti fructife-
 rāq; plātare virtute, lepræ est biformis & cōfusæ propriū, si tñ
 ea quæ misceri nō debēt in vnū coëgeris, separa secernēq; à pu-
 ra & incōtaminata natura, quæ solet offerre Deo res irreprehē-
 sibiles. hæc autē est sacrariū. ab hoc enim alienū est dicere, op⁹
 aliquod esse animæ, cū ad Deū referatur omnia, & permiscere
 fructifera infructiferis. reprehēdendū em̄ hoc: tu offer Deo res
 irreprehēribiles. ergo siqd in his præuaricata fueris o anima,
 te ipsa lædes, nō Deum. ideo dicitur: Nō plantabis tibi ipse. Deo
 enim nemo operatur, præsertim vilia. mōxq; additur, Non fa-
 cies tibi ipse. dicit autem & alibi scriptura, Nō facietis mecum
 deos argēteos, & deos aureos non facietis vobis ipsi. quisquis e-
 nim vel qualitatem putat habere Deum, vel nō vnum esse. vel
 nō ingenitum & incorruptibilem, vel non immutabilem, sibi-
 ipse iniuriā facit nō Deo. & quisquis aliter sentit, suam ipse a-
 nimā implet opinione falsa & impia. nō vides q̄ etiam si nos
 inducat in virtutem, & inducti plātemus, nihil quidem infru-
 ctiferum, sed omnem arborē cibo vtilem, iubet tamē purgare
 præputium: id autem est, videri plantare. eam arrogātiā ab-
 scidere præcipit. nā impura est naturaliter. Hunc recens fictū
 hominē posuit in paradiso] inquit scriptura nil addēs præter-
 ea. quis igitur est de quo post dicit: Apprehēdit dñs Deus homi-
 nem quem finxerat, & posuit eū in paradiso vt operaretur eum
 & custodiret?] Nū fortē alius est hic homo iuxta imaginem &
 ideā factus: vt duo homines in paradysum introducātur, alter fi-
 ctus, alter iuxta imaginē. ergo qui iuxta ideā factus est, nō solū
 inter plātationes virtutū cēsētur, verūm etiā, operarius est earū
 & custos, id est memor corū quæ audiuit & exercuit. at fict⁹ ille
 nec operatur virtutes nec custodit, tantū introducitur. in decre-
 ta Dei fauente ipso, mox virtutis trās fuga futurus. ideo quē tā-
 rūmodo ponit in paradiso, fictū vocat: illum verò quem opera-
 rium custodēmq; cōstituit, non fictū, sed quē fecit. & hūc quidē
 apprehēdit, illū verò expellit, eū autem quem apprehēdit, tri-
 bus

bus dignatur ex quibus cōstitus est, bonitate naturæ, tangēdi facultate, diurnitate memoriæ. ergo tangēdi facultas, est positio in paradiso, memoria verò custos seruatrixq; sanctorū decretorum: sicut bonitas naturæ, actio rerum honestarū & operatio. at ficta mens nec meminit honestatis, nec operatur eam, contenta facultate tangēdi. ideo posita in paradiso, paulò post fugitiua expellitur. Et emisit Deus è terra omnē arborē pulchram visu, & bonam ad cibum, & arborem vitæ in medio paradisi, & arborē sciētiae boni maliq;.] Arborea virtutis quæ in anima nascūtur nunc describit. hæ sunt indiuiduæ virtutes, harūmq; operationes & rectè facta, & quæ dicūtur apud philosophos officia. hæ sunt stirpes paradisi huius. exprimit tamē has ipsas, docēs q̄ bonum illud tum ad spectandū tum ad fruendū sit præstātissimum. Quædā enim artes cōtemplatiuæ sunt, non item actiuæ, geometria, astronomia: quædā actiuæ, at non contemplatiuæ, materiaria, araria, & illiberales cæteræ. at virtus cōtemplatiua simul & actiua est. habet enim contēplationem, quādoquidem ad hęc, deducit nos philosophia per tres sui partes, rationalē, moralem, naturalēmq;. habet itē actiones. est em̄ virtus ars totius vitæ omnes actiones in se cōtinentis. & quamuis cōtemplationem & actionē habeat, tamen in vtraq; est præstantissima. est enim contēplatio virtutis pulcherrima, vsus verò & actio sectāda omni conatu. ideoq; dicit arborem esse aspectu pulchram, quod cōtemplationem significat: & bonā ad cibum, quod vsus & actionis signū est. Cæterum arbor vitæ est illa generalissima virtus, quam quidā bonitatem vocant; à qua indiuiduæ virtutes procedūt. quamobrem etiā media paradisi locatur habēs regionem capacissimā, vt ab vtroq; latere ceu rex stiperetur satellitio. Alij dicunt cor intelligi nomine arboris vitæ, quia causa viuendi est, mediam corporis regionem sortitū, vt princeps secundū ipsorum opinionem. verū hi falluntur, medicam sententiā afferentes pro physica, nos autem, quemadmodum & antea dictū est. illam generalissimā virtutem dici arborem vitæ affirmamus. hæc verò disertè in medio paradisi esse traditur, sed altera, scilicet sciētiae boni maliq;. nō declaratur intra paradysum sit an extra. sed postquā dixit, & arbor sciētiae boni maliq;, mox desit, nec declarauit vbinā erat, ne alieno à physiologiæ mysteriis moueret admirationē sciētiae suæ. quid ergo dicendum est: esse eam & intra paradysum & extra, essentia quidem intra, potētia verò extra. quomodo? principalis vis nostra

nostra omnicapax est, & sicut cera omnes formas vel pulchras vel turpes recipit: sicut & supplātor ille Iacob fatetur dicēs: Super me facta sunt hæc omnia. nam vnica anima innumeras formationes rerū quæ in natura sunt capit omniū: quæ quoties characterem perfectæ virtutis recipit, vertitur in vitæ arborē: quoties vitij, fit arbor sciētiae boni maliq;. at vitium à diuino choro exulat. Ergo principalis illa vis, quæ hoc intra se admittit, in paradiso est iuxta suā essentiam: inest enim in ea vi character ille virtutis proprius, qui in paradiso est: at iuxta potētiā nō est ibi, quia forma vitij aliena est à præceptis Dei. Quod dico, vel sic potes discere. nūc in meo corpore principalis illa vis est iuxta essentiam, potētia verò in Italia Siciliāve, quoties de his regionibus cogitat: itē in cælo, quoties de cælestibus speculatur. qua ratione interdū quidā in profanis locis cōstituti iuxta essentiam, sunt in sacratissimis, imaginātes ea quæ ad virtutem pertinet. Ecōtrā cōstituti in sacris penetralibus, cogitatione profanātur, q̄ ea sit ad deteriores viliorēsq; formas mutabilis. Itaq; nec inest paradysovitiū, nec abest. potest em̄ ibi esse iuxta essentiā, potētia verò nō potest. Fluuus autē exit ex Edem, vt irriget paradysum, qui inde disterminatur in quatuor capita: nomen vni Phison, ipse est qui circuit omnem terram Euilat, vbi est aurum: & aurum terræ illius bonū est. Ibi carbunculus inuenitur & lapis prafinus. Et nomen fluuii secūdo Geon. is circuit terrā Aethiopiæ. Tertius fluuius est Tigris. ipse vadit cōtra Assyrios. Quartus fluuius ipse est Euphrates.] Per hos vult particulares virtutes designare. hæ sunt numero quatuor, prudētia, temperantia, fortitudo, iustitia. Cæterum maximus ille fluuius, à quo deriuantur alij quatuor, generalis est virtus, quam quidam bonitatem nominant. Quatuor autē eius deriuationes, virtutes totidem. Sumit igitur initia generalis virtus ab Edem, nempe à Dei sapientia: ab ea inquā, quæ gaudet deliciatūrq; solius Dei patris maiestate sese oblectando. Ab hac vniuersali quatuor hæ deriuantur, quæ quidem fluminis in morem rigat benefacta singularum, inundans ea largis fluentis honestarū actionum. Inspiciamus etiā vocabula. Fluuus, inquit, exit ex Edem ad irrigandū paradysum.] Fluuus est illa generalis bonitas. exit hæc ex Dei sapiētia: hoc est ex verbo Dei. iuxta hoc em̄ virtus vniuersalis facta est. Rigat autem paradysum hæc vniuersalis virtus, id est particulares virtutes irrigat. Capita verò accipiuntur nō localiter. sed principaliter.

paliter. nam vnaquæque virtus princeps reuera & regina est. Hac autē vox Determinatur, idē valet quod finitur terminis. Prudentia quid agēdum determinans, fortitudo quid sustinendum, tēperantia quid eligēdum, iustitia quid cuiq; tribuendū. Nomen vni Phison. ipse circuit omnē terrā Euilat, vbi est aurum: & aurum terræ illius optimū est. ibi carbūculus inuenit, & lapis prasinus.] E quatuor virtutibus vna species est prudentia, quæ Phison hic nominatur, ἀπό το φιδεσθαι, id est, q̄ parcat animæ seruans eam à peccatis. circuit autem choreç modo terrā Euilat, id est, placidam, mitem propitiāq; cōstitutionē cōseruat. sicut autē metallorum optimū probatissimūq; est aurum, ita inter animæ virtutes prudentia habetur probatissima. hac autē verba, Vbi est aurū, significāt, vbi est res aureo fulgore igneōq; prædita illa pretiosā prudentia, inter opes diuinās citra cōtrouersiam pulcherrima. huic virtuti attribuuntur duæ qualitates, eius qui habet prudentiā, & eius qui vititur ea. quas carbunculo prasinoq; cōparat. Et fluuio secundo nomē Geon. is circuit omnem terrā Aethiopiæ.] Figuratē hic fluuius est fortitudo. interpretatur enim Geon pectus aut cornu. petra: vtrunq; fortitudinē significat. nam circa pectus, vbi & cor habet domiciliū, & ad defensionē sui parata est. est enim scientia sustinendorū non sustinendorūq; & neutrorū. circuit autē & obsidet hostiliter Aethiopiā, cuius nomē si interpreteris, idē est quod humilitas. humilis autē & abiecta timiditas, cui fortitudo semper aduersatur. Tertius fluuius Tigris, qui vadit cōtra Assyrios.] Tertia virtus est tēperantia, resistens voluptatibus istis quæ sibi vidētur imbecillitatē humanā corrigere. nā Assyrios incorrigētes licet vertere. confert autē concupiscentiam cū immanissimo animali tigride, cū qua perpetuō negotium habet tēperantia. Oritur hic dubitatio, cur secūda fortitudo, tertia tēperantia, prima prudentia recensatur, omīssa mentione virtutū cæterarum. animaduertēdum igitur tripartitam esse nostram animā, habereq; partes, rationālē, irascibilē, & cōcupiscibilem: quarū rationalis regionē capitis inhabitat, irascibilis verò pectus, sicut cōcupiscibilis inguina. harū cuiq; appositā esse virtutem propriā, rationali prudentiam ratiocinationis enim est scientiā habere faciēdorū & nō faciēdorū. Irascibili fortitudinē, cōcupiscibili tēperantiā. hac enim medicamus & sanamus concupiscentias. Quēadmodum igitur caput prima summāq; pars est in animali, secūda pectus, inguen

tial

tia: tursumq; in anima. prima pars rationalis, secūda irascibilis, tertia cōcupiscibilis: ita & virtutū prima est, quæ circa præcipuum animæ quod est rationale versatur, & circa summū caput habitat, prudentia: secūda fortitudo, quia circa secundam partē, animæ quidem irā, corporis verò pectus stabulatur. tertia tēperantia, quia circa inguē, tertiā regionē corporis, & circa vim cōcupiscibile. quæ tertium locū habet in anima, occupatur. Quartus, inquit, fluuius ipse est Euphrates.] Figuratē verò quarta virtus est iustitia, reuera fructifera & mentē exhilarans. hac ergo quādo exoritur? cū tres partes animæ inter se consonāt. hac consonātia fit, dum penes præstantiorē est imperiū, vt quādo ambæ irascibilis cōcupiscibilisq; parent habent partis rationalis, tūc sequitur iustitia. iustū enim est vt quā præstat, semper & vbiq; imperet: quod deterius est, imperata faciat: atqui rationale præcellētius est, viliora concupiscibile & irascibile. sed vbi hæ duæ partes retrogradæ cōtumacēsque aurīgā, id est, rationē impetu vehementi abstractū superauerint, & vtravis earum momorderit frenū, ibi summa est iniustitia. necessum est enim vt ignauo auriga regēte feratur in voragines & præcipitia: sicut contra vt virtute huius peritiāq; seruentur. Præterea sic quoq; consideremus rem propositā. Phison interpretatur oris mutatio. Euilat parturiens, per quæ significatur prudentia, nam vulgus prudentem existimat eum qui more sophistarum inuentione ac elocutione pollet plurimū. Moses verò talem agnoscit pro studio eloquentiæ, pro prudente nequaquam. nam in mutatione oris, hoc est eloquendi facultatis, consideratur prudentia: quod quidem est nō verbis sapere, sed opere spectatum esse actionibusq; ad virtutem cōpositis. Euilat verò quasi circūscribit imprudentiā, ne parturiat exitium prudentiæ. est enim proprium imprudentiæ nomen parturiens, quoniam imprudens mens interdum res inconcessas parturit. itidem cū pecunias amat, parturit: aut cū gloriā, voluptatem, & id genus alia concupiscit. cæterū cū parturit, nondum parit. ideo non est apta ad gignēdum quicquā perfectum ignaua anima. Quod si quādo videtur foetus gignere, abortiuū deprehēdūtur deuorātes dimidiū eius carnū, pares morti animæ. Quapropter in sacra scriptura Mosē amicum Dei rogat Aarō, vt sanet leprā Mariæ, ne fiat in parturitione malorū eius anima. & ideo dicit: Ne fiat hac quasi mortua, & vt abortiuum quod proicit de vulua matris suæ, & deuorat dimidiū ei⁹ carnū.

Vbi

Vbi est aurū, inquit. In mētionē auri dicit, Vbi est, nā prudētia quam aſſimilauit auro, metallo ſincero, puro, pretioſo, examinato igne probatōq; illic quidē eſt in Dei ſapientia, & cū illic ſit, non poſſidetur à ſapiētia: ſed vbi ſapiētia, ibi & ipſa eſt poſſeſſio Dei cōditoris & opificis. Et aurū terræ illius bonum eſt. Ergo eſt aliud aurū non bonū: certē eſt. Nam duo ſunt genera prudentiæ, alterum vniuerſale, alterū particulare. Itaq; prudētia mea cū ſit particularis, non eſt bona. nam me pereunte ſimul interit. Vniuerſalis autem illa quæ Dei ſapiētia inhabitat ceu domiciliū, bona eſt. Incorruptibilis enim in domo incorruptibili permanet. Ibi eſt carbūculus & lapis praſinus. Differunt hi duo, prudens, & prudēter agens. alter ornatus prudētia, alter exercens eā. Ob hęc enim duo prudentia terrigenæ homini à Deo eſt inſita, vt ſapiat & bonus ſit. Quæ enim eius eſt vtilitas, niſi à ratione recipiatur, & ei formas imprimat? itaq; rectē virtus iungitur prudentiæ, & prudens cum exercente prudētia, duo pretioſi lapides. Et fortē hi ſunt Iudas atque Iſſachar. alter enim diuinæ prudentiæ cultorē ſe cōfitetur, gratias agens ei à quo bonum hoc accepit largiter. alter exercet ſe in virtute honeſtiſq; actionibus. Itaq; Iudas conſitentē ſignificat, in quo Lia parere deſiit: Iſſachar verò bona operantē. ſuppoſuit enim ſuos humeros ad laborandū, & factus eſt vir agricola: cuius merces eſt (vt ait Moſes) anima ſeminibus plātisq; conſita, hoc eſt, non labor inutilis, ſed coronatus à Deo & mercedem accipiēs. Hęc autem ſic intelligi oportere indicatur per alia, quādo de talari veſte ſcribitur: Et intexes in ea gemmarum ordines quatuor. Vnus ordo erit, ſardius, topazius, ſmaragdus, in quo Rubim, Simeon, Leui. Et ordo ſecundus, inquit, carbunculus ſapphirūſq;. Sapphirus autem eſt lapis praſinus, carbunculo Iudas inſculpitur, quia quartus ſapphiro Iſſachar. Cur igitur nō dixit lapidē carbunculum, ſicut lapidē praſinum? quia Iudas conſeſſionis figura caret materia & corpore. Nam ipſum conſeſſionis nomen declarat eam eſſe rem externā. Cū enim mens extra ſe ipſam cōſtituta, Deo ſe ipſam obtulerit, ſicut ille riſus Iſaac, tūc conſitetur ei qui ſolus verē eſt. quā diu verò ſe cauſam rei cuiuſpiam exiſtimat, multum abeſt quin cōfiteatur cedatq; Deo. nam & ipſa conſeſſio debet intelligi non animę opus, ſed Dei, qui oſtendit ei hanc ingratitudinē. Caret igitur materia Iudas cōfiteus. laborioſus autē Iſſachar opus habet materia corporea. alioqui quomodo lectioni dabit operā ſtudioſus virtutis abſq; oculis?

oculis? aut quomodo audiet ſermones exhortatorios abſq; auribus? aut quomodo cibum potūmq; deſiderabit abſq; ventre & huius curioſitate? ideōq; ſimilatur lapidi. Quin & colores eorum differunt. nam illi conſeſſorio viro cōuenit color carbunculi. is enim Deo gratias agēs, igne quodā accendit, & inebriatur ebrietate quadam ſobria. alteri verò etiānum laborāti, color praſini lapidis. pallēt enim qui ſe exercēt præ labore, & præ timore ne fortē ad optatū finem nō perueniāt. Quarendū etiā, cur duo fluuij, Phifon Geonq;, regiones quaſdā circūeunt, alter Euilat, alter Aethiopiā, è reliquis verò neuter: ſed Tigris dicitē meare cōtra Aſſyrios, de Euphratis meatu ſiletur. atq; i re ipſa Euphrates, & circūfluit quaſdā regiones, & ex aduerſo ſitas habet multas. verū nō ſit hic ſermo de fluuio, ſed de morum correctione. Dicēdum igitur prudentiā fortitudinēmq; poſſe murum & vallū aduerſus cōtraria vitia ducere, imprudentiā timiditatemq;, expugnarēq; ſic ea. infirmæ enim ambo capiūtur facile. nam imprudens nō ægrē in poteſtatem prudentis redigitur. timidus itidem in fortis. at tēperantia nō valet cōcupiſcentiam voluptatēmq; circūvallare. graues enim ſunt aduerſaria, nec facile expugnantur. num vides vel tēperatiſſimos neceſſitate mortalis corporis ad cibos ac potus adigi? vnde ventris voluptates procedūt: ſatius igitur eſt reſiſtere ac repugnare cōcupiſcentiarum generi. Quapropter cōtra Aſſyrios vadit Tigris fluuius, id eſt cōtra voluptates tēperantia. porrò iuſtitia quam nobis reſert Euphrates flumē, nec oppugnat quenquā nec circumvallat, nec habet aduerſariū, quare? quia huius eſt ſuū cuiq; reddere, & eſt loco nō accuſatoris, ſed iudicis. Quemadmodum igitur iudex, nec vincere vult quemquā nec habere aduerſariū, ſed lata ſentētia pondus addit parti iuſtiori: ad eundē modum iuſtitia quoq; cū nemini aduerſetur, cuiq; rei quod ſuū eſt tribuit. Apprehēdit dominus Deus hominē quem fecit, & poſuit eum in paradifo ad colēdum operādo cuſtodiendūmq;.] Is qui eſt terrena magis: hic verò factus, expertior materię, & alienus ab huius corruptibili genere, cōſtitutione puriore ſinceriorēq; præditus, hanc igitur purā mentē Deus apprehēdit, non ſinens extra ſe ipſam excedere: apprehēſamq; collocat ipter radicatas germinantēſq; virtutes, vt operetur eas & cuſtodiat. Multi qui ſe applicarunt ad virtutis ſtadium, circa finē defecerūt. ſed cui Deus largitur firmā ſcientiam, ei dat vtrunq;: operari virtutes
d indefi

indefinenter, & asseruare has tanquam in promptuario. itaque operari ponitur pro facere, custodire autem pro meminisse. Et praeceptum dedit dominus Deus Adamo, dicēs: Ex omni ligno paradisi comedens comedere: de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedatis, quocumque enim die comederetis ex eo, morte moriemini.] Quali Adamo præcipitur? quæredum quisnam sit hic. Nulla enim prius eius mentione facta, nunc primum eum nominat. num fortè vult tibi illius facti hominis nomen tradere? Appellat, inquit, eum terram. sic enim vox hæc Adam interpretatur. Itaq; nunc cum audis nomen hoc Adam, terrenū corruptibilēmq; intellige. nam ille ad imaginem factus, non terrenus est, sed cælestis. Quærendum item, cur qui omnibus rebus quis imposuit nomina, sibi nullū imposuit. Quid igitur dicendum? mens quæ inest nostrum unicuique, cætera potest comprehendere, seipsam nosse non potest. Quemadmodum enim oculus alia videt seipse non videns: sic & mens intelligit alia, seipsam non comprehendit: aut dicat quæ & unde sit, spiritusne, an sanguis, an ignis, an aër, corpus ve aliud: vel hoc saltem, corporeane sit an incorporea, & postea non sunt habendi stulti qui de essentia Dei differunt? Qui enim animæ suæ nesciunt essentiam, quomodo huius vniuersitatis animam exactè pernoscere poterunt? Deus enim anima huius vniuersitatis intelligitur. Merito igitur Adam, id est mens, alia nominans & comprehendens, sibi ipse nomen non imponit, quando seipsum ignorat naturamq; propriam. huic praeceptum datur, nō illi factū ad ideā & imaginem. nam ille vel absq; hortatu virtutem per se ipse didicit: hic citra operam præceptoris nunquam potest prudens euadere. interest autem inter hæc tria, præceptum, interdictū, mandatum siue monitum: interdictum ad peccata pertinet, & fit vel apud nequam hominem: præceptum ad recte facta: mandatum ad medium hominem pertinet, qui neq; nequā sit neq; virtute præditus. Nec enim peccat ut interdicto habeat opus, neq; rectè facit, ita ut recta ratio postulat: sed indiget admonitione, quæ abstinere à prauis doceat, exhortans ad desiderium virtutum ciuiliū. Ergo homini ad imaginem perfecto nec iussis nec interdictis opus est. Perfectus enim homo nullius indiget. vilis autem homo tum præcepto tum interdicto indiget. stulto verò admonitione doctrinæque opus est. Quemadmodum perfecto grammatico musicove nullis harum artium præceptis opus est: ei verò qui aberrauit in harum cōsideratio-

ne, leges præceptaq; adhibenda sunt: institutio verò recens in disciplinam tradito. Merito igitur menti terrenæ, nec inter vitiōsa, nec inter virtute præditas censendæ sed mediæ, dantur præcepta hæc & monita, sed tam præceptum quàm monitum vtriusq; nomine adhibetur, domini Deiq;. Præcepit enim dominus Deus, ut siquidem paruerint præceptis, dignarētur diuino beneficio: quod si contumaces fuerint, à domino tanquam hero potestatem habente pellerentur in malam rem. ideòq; dum è paradiso eiicitur, eadē repetitur vocabula. dicit em̄: Et emisit eum dominus Deus è delicato paradiso, ut operaretur terrā ex qua assumptus fuerat.] Ut quoniā & pro potestate dominus, & pro merito Deus præceperat, rursus vtroq; modo in cōtumacē animaduerneret, per quas enim potestates eū deduxit, per easdē inobedientem ablegauit. Præcepta autem sunt hæc: Ex omni arbore paradisi comedens comedes.] Hortatur animā ut fruatur nō vna quapiam arbore, nec vna quapiam virtute, sed omnibus virtutibus. Nam istud comesse alimoniam animæ significat. Alitur autem anima tractatione rerum honestarum, & actione bonorum operum. Conduplicauit autē rem, dicens, Comedens comedere, hoc est manducatum contritūmq; cibum, non ut quivis è vulgo, sed amore athletarū ad parandam fortitudinē. Etenim athleticæ pædorribæ præcipiunt, ne cibos cōcidant detritibus, sed per otium cōmoliāt, quo ad vires proficiāt. nā aliter ego aliter athleta nutrimur, ego, tātum ut viuā: athleta ut etiā crassescat, & robur acquirat: ideòq; vnū est ex præceptis ad virtutē se exercentium, cibum subtrahere. tale quiddam est comedēdo comesse. representemus tamen id etiam diligentius. Honorare parentes, cibus & alimētum est. hos tamen aliter boni aliter comedendo comedunt, sed tantum comedunt. Quando igitur etiam comedēdo: cum explicatis perscrutatīsq; causis, sic vltro iudicant esse hoc officium honestissimum. causæ autē sunt hæc: genuerunt nos illi, aluerunt, erudiuerunt, omnium bonorū nobis causa fuerunt. Item comesse est summum illud ens colere: comedendo verò comesse, quando ad caput nostrum causamq; respicimus, & ad referendam gratiam. Ex arbore autem scientiæ boni maliq; non comedetis.] Ergo non est in paradiso arbore hæc: quandoquidem hortatur ut edant ex omni paradisi arbore: idq; naturaliter est enim in eo per essentiam, ut dixi, non est per potentiam. sicut enim in cera per potentiam insunt sigilla.

omnia, actu verò solum id quod impressum est: ita & in anima quæ est ceræ similis, omnes formæ continentur potentia: reuera autem vnicus character præsens eam occupat, donec aboleatur ab alio efficacius impresso atque manifestius. Deinceps illud quoque perquirendum esse videtur. Dum hortatur vt ex omni arbore paradisi comedat, vnicum hortatur. dum verò interdicit vsum arboris eius quæ boni maliq; causa dicitur, vt plures alloquitur. Illic enim inquit: Ex omni comedes: hic, ne comedaris. & quocunq; die comederitis, non comederis: & moriemini nõ morieris: Dicendum igitur: primò rarum esse quod bonum est, malum cõtrà multiplex. ideo sapiente vno inueto reperitur factorum multitudo innumera. itaq; meritò vnum hortatur in nutriri virtutib⁹: multos verò vt à nimia calliditate abstineat, hac enim vtuntur innumeri, præterea ad virtutem percipiendã tractadãmq; vna solum re, videlicet ratione opus est: corpus verò etiam impedit hanc, tantum abest vt adiuuet. hæc enim ferè summa est sapientiæ, alienare se à corpore, atq; eius concupiscẽtiis. vt autem quis fruatur vitio, nõ solum mente, sed & sensu & ratione & corpore opus est. his enim omnibus malus opus habet ad explendã suam malitiam. alioquin quõnam modo proditurus est arcana, si instrumẽto loquendi careat? quomodo autem voluptatibus fruatur absq; vtre ceterisq; sensibus? Rectè igitur vnã solam rationẽ de quarẽda virtute alloquitur. sola enim hac, vt dixi, ad eius acquisitionẽ opus est. cõtrà de vitio ad plures verba facit, animã, rationem, sensus corporis. nã hoc apparet in his omnibus, addit tamen: Quocunq; die comederitis ex ea, morte moriemini.] Atqui post esum non solũ nõ moriuntur, verũ etiã progignunt liberos, & aliis viuendi autores fiunt, quid ergo dicendum? duplicem esse mortem, alteram hominis alteram animæ propriã. hominis mors est animæ à corpore separatio; animæ verò mors, corruptio virtutis, & assũptio vitij. ideoq; non contentus moriturũ dicere, morte, inquit, moriemini, indicans non communem hanc, sed illam æternam quæ per excellentiam mors dicitur: quæ est quoties anima insepelitur affectibus vitijq; omnibus. atque hæc mortes sunt inter se ferè contrariæ. nam illa corpus animãmq;, quæ prius concreta fuerant, separat. hæc cõtrà, vtriusque conuenientibus fit, sed præpollente deteriore, videlicet corpore: subiecta verò anima quæ est pars potior hominis. Quoties autem dicit, morte mori, obseruandum pœnalem mortem, non naturalem significari. natu-

ralis

ralis porrò est per quam anima separatur à corpore: pœnalis verò cum anima è virtutis vita emoritur, & viuit in vita vitij. quam opinionem Mosis secutus propemodum Heraclitus ait: Viuimus illorum mortem, mortui sumus illorum vitam. ac si dicat, nunc cum viuimus, mortuam esse animam, & tanquam monumẽto insepultam corpori, quod si mortui fuerimus, tum demum animam viuere vita propria, liberatam à malo, mortuo vincitòque corpore.

PHILONIS IYDAEI, Sacræ legis allego- riarum liber secundus.

H abscondit se Adam & vxor eius à facie domini Dei in medio arboris paradisi.] Hic introducit dogma, quo docemur, omnem malum esse exulem. ciuitas enim sapientum propria, virtus ipsa est, in hæc quisquis admitti nequit exulat. & nemo malus vnquam in eam admitti potest. ergo solus malus hinc pellitur & exulat. Virtutis autẽ exul statim abscondit se à Deo. nam si sapientes cõspiciuntur à Deo, vt pote amici eius: liquet abscondi malos & cælare se, tanquam inimicos hostesq; rectæ rationis. esse autem quemque malum exulẽ carerẽq; domicilio testatur scriptura dum de illo hirsuto & vitij vario Esau loquitur: Erat autẽ Esau gnarus venãdi, & ruri degebat. non est enim apta malicia morum populatrix vt virtutis ciuitatem inhabitet. ex qua inclementer fugatur rusticitas, ac ruditas. at ille sapientia plenus Iacob & ciuis est, & propriam virtutem inhabitat: de quo mox subicitur: Iacob autem vir simplex domũ habitabat. ideo & obsterrices quoniam timebant Deum, fecerunt sibi domos. nã quæ scrutantur occulta Dei mysteria, quod est conseruare viuos masculos, ædificant virtutis opera, in quibus habitare statuerũt. atq; ita iam demonstratum est, omnem malum ciuitate carere domoq;, cum à virtute exulet. Qui verò virtute ornatur, ei pro ciuitate & domo obrigisse sapientiã. Nunc videamus deinceps, quomodo dicatur aliquis absconditus à Deo. Quod nisi per allegoriam accipiamus, nequaquã potest intelligi. Nam Deus implet omnia,

d iij

pener

penetrat omnia, nihil omnino relinquēs seipso vacuum. & quē locum occupabis, in quo non sit Deus? attestāte nobis alibi propheta his verbis: Deus in cælo supra, & in terra infra, nec est aliud præter ipsum. & rursum sic: Ego iam ante constitui te. Deus enim omni creatura est antiquior, & ubiq; est. itaque nemo potest se ab eo abscondere. & quid mirū? quando etiam creaturā capacissimas, quicquid nobis contigerit, effugere laterēq; non possumus. aut effugiat quispiam terram, aquam, aërem, cælum, vel mundum hunc vniuersum. in his enim cōtineamur necesse est. certe extra mundum nemo exulare potest. & poterit aliquis abscondi à Deo, cum nec mundum nec partes eius effugere valeat? minime gentium. Quid est igitur illud, Absconderunt se? Malus quisvis putat esse Deum in loco, nec continere, sed contineri: ideoque putat se abscondi: tanquam illa summa causa absit ab ea parte, in quam ipse illatebrare se decreuit. id ita potest intelligi. in malo homine opinio de Deo vera obscuratur cælarūque. est enim plena tenebris, nullam habens illustrationem diuinitus, per quam res circūspiciat. talis autem à diuino choro exulat, tanquam leprosus & laborās profluuii seminis: alter, Deum & creaturam contrarias naturas diuersi coloris in idem cogens vt causas, cum vnica sit causa efficiēs: alter gonorrhœicus, ex mundo ducens, & in mundum omnia, à Deo nihil factū existimans, Heracliti opinionis socius, satietatem indigentiamq; vnū introducēs, & vniuersum, vicēsque rerū omniū. Quapropter diuina lex ait: Eiiciant è castris animæ omnem leprosum, & omnem qui semine fluit, & omnē pollutum in anima tam masculum quàm fœminam, eosq; quibus fracta exectāq; sunt animæ genitalia, scorta quoq; vnus dominationem fugiētia, quibus disertè interdictū est ne concionē Dei frequentent. at sapientes cogitationes tantum abest vt abscondantur, vt manifestæ esse cupiant. Non vides quod Abrahā stabat adhuc in loco domini, & accedēs ait: Ne perdas iustum cum impio, manifestū tibi notūmq; vnā cum fugituo proripiente se abs te. hic enim est impius: iustus autē qui stat in cōspectu tuo non fugiens. te enim solum domine honorari iustū est. non sic autē impius vt pius eripitur, sed satis est solum iustū seruari: quapropter dicit: Ne perdas iustū cum impio. satis dignè enim nemo Deū colit, sed iustè tantum. cum enim ne parētibus quidē dignā referre valeamus gratiam, quando quidē non possumus eis gignēdi vicē reddere, an-nō impossibile est Deo vicem reponere mutuā, aut laudem illo

illo dignā, qui omnia ex nihilo condidit: omnem enim virtutē largitur. tribus igitur tēporibus ô anima, id est tripartito tempore, tota coram Deo semper cōpareas, non fœmineum vllum affectum tecum trahens, sed virilem, fortem exercitarāmq; rationem ceu suffitum offerens. tribus enim anni temporibus cōparere omne masculinum corā domino Deo Israël, sacra lex præcipit. Quamobrē Moses quoq; quando manifestus Deo consistit, fugit morem Pharaonis disperditoriū, qui iactat se quod nesciat dominum. Secessit, inquit, Moses à facie Pharaonis, & habitauit in terra Madiam, id est, iudicio naturæ operū, sed itq; super puteū.] expectans quidnam boni Deus ad potum ceu pluuiam immissurus esset sitienti, desiderātiq; animæ. secedit sanè à Pharaone, hoc est, ab opinione impia qua reguntur affectus, & secedit in Madiā, id est iudicium, deliberans vtrum quiescere satius sit, an cum illo malo aduersario subire iudicium capitis. dispicit autem an non aggressus valeat euincere. & ideo cūctatur, expectans vt dixi, daturusne sit Deus profundæ nec leuī cogitationi fontem idoneum ad inundandum imperum regis Aegyptij, hoc est ipsius affectuum. impetrat tamē gratiā. quippe virtuti militans nō cessat à bello, priusquam videat prostratas voluptates & defectas viribus. quapropter non fugit Moses à Pharaone: alioqui nunquam reuerteretur: sed secedit, hoc est inducias facit athletæ more paulum respirantis & recolligentis spiritum, donec accitis prudentiæ cæterarūque virtutum auxiliis, per sermones Dei cum validissima potentia rem aggrediatur. Iacob autem, vt supplantator, compendariis artibus virtutem adeptus sine puluere, alioqui non vocāus Israël mutato nomine, fugit Labanis negotia, id est colores, figuras, & in vniuersum corpora, quorum natura est vt mentem per sensibilia vulnerent. nam quia conflictando non poterat ea deuincere, modo vincat mauult fugere, laudandus sanè hoc nomine. Cautos enim, vt inquit Moses, faciet filios prophetæ, non audaces, & rerum ad se minus pertinentium cupidos. Noluit, inquit, aperire Iacob Labani Syro quod fugeret: & fugit tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erant, transmissioque amne perrexit contra mōrem Galaad.] Naturaliter enim montes ad cælandos fugituos sunt appositissimi, & ad non prodendos Labani pendenti à cogitationibus sensibilibus: quale est, si pulchritudine cōspecta captus periclitaris ne offendas ad eā, fugelam ab eius imaginatione, nihil amplius mēti renūcians, hoc est

est caue mediteris eam & cogitatione repetas. Nam continuæ reminiscētiæ veras formas imprimēdo ledunt mentē & inuitā cōcitant. Atq; eadem est ratio sensuū omniū quicūq; nos attrahūt ad aliquid. in his enim clācularia fuga saluti esse solet: cū. ctatio verò, enuntiatio, dilatiōq; superat rationē, & in seruitutē redigit. Quapropter caue anime ne vnquam rem sensibilem à qua pecciculum imminet tibi ipse renūties, neve retractes eam, ne fortē succumbens ei, reddaris infelissimus: fuge potius manumirtens te ipse, libertatē ferocem seruituti mansuetæ præferens. Sed cur nunc quasi Iacob nesciret Labanē Syrum esse loquitur sic: Noluit Iacob aperire Labani Syro. habet id quoq; rationem non prætereūdā obiter. Syria sublimis interpretatur, itaq; Iacob mens exercita cū videt affectum humilē, non cedit, reputās fore vt vincat egregiē. Quando verò videt sublimē & erecta ceruice tumidum, aufugit primū ipse, mox singula eius exercitia, lectiones, meditationes, curationes, rerum honestarum memoria, cōtinentia, officia, atq; ita traicit rerum sensibilibum fluuiū, qui inundat & mergit vi affectuū animam, quo traiecto pergit ad altam ac sublimē rationē perfectæ virtutis, perrexit enim ad montē Galaad, qui interpretatur migratio testimonij, postquā Deus migrare fecit animā ab affectibus Labanicis. & autoritate sua confirmauit eam migrationē, vt conferentem ipsi ac perutilem, vt quæ eā ab humilibus vitiis & à terra se attollere nō sinentibus adducat ad celsitudinē virtutis & præminentiam. ideo qui sensus amat Laban, eosq; magis quam mentē in actionib⁹ suis sequitur, indignatur, persequitur, & increpat: Cur inscio me fugam moliris.] ac non potius manes in deliciis corporis, opinionib⁹q; quæ ad corpus pertinet, & res externas diiudicant: rū verò non cōtentus ab eis fugere, prædatus es meam quoq; prudētiā. Liam vnā cum Rachele. nā hāc quandiu manserunt in anima, prudētiā gignebant in eanūc postquam migrarunt, reliquerunt ibi ruditatē & ignorātiā. ideo addit, Cur furarus es res meas? id est furto subtraxisti. quā autem dicat, ipse indicabit, addens: Et abegisti filias meas tanquam captiuas: quod si indicasses mihi, profecutus fuisset te.] Imò non fuisset profecutus cū rebus tam aduersis & pugnanti bus. nam si profecutus fuisset reuera & liberasset animā, amouisset ab ea sonos omnes corporeos & sensibiles. sic enim intellectus liberatur à vitiis & sensibus. nūc ais quidē te liberā eam emittere, re autē ipsa fateris, quòd detinueris eam in carcere, nam

nam si eam cū instrumētis musicis, tympanis citharisq; aliisq; singulorū sensuum voluptatibus profecutus fuisses, nō verè deduxisses. nec enim te solum à Laban corporū colorūq; sociē fugimus, sed etiā tua omnia, inter quæ sensibiles quoq; voces actionibus affectuū consonant. meditati sumus enim, siquidem virtutem exercemus, meditationem necessariam, quā & Iacob ante nos perdere corrūperēq; deos alienos animæ, istos inquā deos fufiles, quos Moses ne faciamus vetuit. hi sunt virtutes ac bonorū affectuū interitus, vitij verò malorūq; affectuū cōfirmatiō. quod enim liquatur, semel dissolutū cōsistit denuò. nam sic legimus: Et dederunt ei omnes deos alienos quos habebant in suis manibus & in aures quæ erāt in auribus suis: & defodit eas Iacob subter terebinthū quæ est in Sicimis.] hi sunt dij malorū hominū. at Iacob nō dicitur hos accipere, sed defodere & abolere penitus. nā homo ciuili nihil superfluū accipiet à malitia, sed è medio tollet clā & defodiet. Sicut Abrahā cū rex Sodomorū conaretur ei bruta reddere pro rationalib⁹, equos pro viris, negat se quicquā accepturū ex rebus illius: sed extensurū animæ actionē, quam figuratē manu nominat, ad Deum altissimum. nec enim accepturū se quicquā suum à funiculo vsq; ad corrigiā caligæ. nē ille diceret prophetā à se diratū: & ne ipse videretur paupertatē cum virtute coniunctā posthabuisse diuitiis. cælantur autē & asseruatur semper affectus in Sicimis: quæ vox interpretatur succollatio. nā qui laborat ob voluptates, libeter asseruator earū est. apud sapientē verò corrūpantur, & pereunt, nō intra breue tēpus, sed hodie. hoc est semper. nā æuum omne hodierno metimur. est enim totius tēporis mēsuræ diurnus ambitus. & ideo Iacob dat Iosepho Sicima tanquā portionem eximiam res corporeas sensibilesq; exercēti se in talibus. Iudæ autē cōfessori nō dona, sed laudes hymnōsq; & cātationes quibus celebret à suis fratribus. Cepit autē Iacob Sicima nō à Deo, sed arcu gladiōq; suo, verbis vim secādi repugnādīq; habentibus: nā etiā secundarias res sapiēs sibi subiicit, sed eas non asseruat, malēs largiri natis ad talia. nō vides q̄ nec deos acciperit, quāuis visus accipere, sed defodit occultauitq; , & aboleuit in omnia secula? Cuinā igit animæ cōtigit defodere abolerēq; vitiū, nisi cui Deus apparuit, & quā ineffabilibus arcanis dignatus est? ait enim: Num cælare potero Abrahā seruū meum, quæ gesturus sum? Euge seruator, quia tua facta ostēdis desiderati res honestas animę, & nihil clam operaris in ea. ideo valet

fugere malitiã, & cælare atq; regere, & interimere semper cupiditates noxias. Postquam declarauimus quomodo malus omnis exulit, & abscondat se à Deo, cõsideremus iam, vbinã abscondatur. In medio, inquit, arboris paradisi. Hoc est in medio intellectu, qui & ipse est tanquam medius paradisi, videlicet totius animæ. Nam quisquis à Deo fugit, confugit ad seipsum. Cũ enim duo sint intellectus, alter vniuersalis, qui est Deus, alter suus cuiusq;, quisquis à proprio fugit, cõfugit ad vniuersalem. Talis autem relicto intellectu proprio, fatetur nihil esse intellectum humanũ, ad Deum omnia referens. cõtrã quisquis fugit à Deo, negat eum causam vllius rei, sibi ipse quid facit tribuens. Multi enim multa loquuntur, quòd totus mũdus suoptè impetu feratur sine prouidentia: artes autè, studia, mores, leges, instituta priuata publicã; ius cõmune hominũ quo erga se inuicè & erga bruta vtuntur, humanæ tantũ mentis esse inuenta. Sed vides o anima harum opinionũ diuersitatè. altera relicto particulari intellectu vt generationi ac morti obnoxio, verè ascribit illi vniuersali tam ingenito quàm incorruptibili omnia. econtrã altera Deum reiiciens, eum qui ne seipsum quidè iuuare potest intellectum, per errorem trahit in auxilium. Ideoq; Moses pronũtiat: Si fur parietis perfossor in ipso facto ictus moriatur, non imputatur cædes, quòd si exorto sole fur occisus sit, percussor quoq; morietur reus homicidij. nam si quis incolumem sanam rectãq; rationem pertundat dirumpatq;, quæ attestatur Dei omnipotentia. & in hoc facto deprehendatur, scilicet perfregisse cõcidissèq; propriae menti plus autoritatis quàm Deo tribuendo, is fur est res alienas furtim subtrahens. Deus enim omnia possidet. itaq; quisquis sibi aliquid tribuit, aliena surripit simulq; vulnus accipit grauissimum & insanabile, arrogantiã cognatã ruditati & ignorantia. percussor autem securus fit. nec enim est alius quàm ipse percussus. sed sicut is qui seipse fricat, fricatur quoq; & qui seipse extèdit, extèditur quoq;: quippe qui tum agentis vim, tum patientis affectionè obtinet: sic is qui furatur res Dei sibi ascribens, ab impietate simul atq; arrogantia discruciat. talis vtinã percussus moriatur, hoc est inefficax perpetuò maneat. minus enim peccare videbitur. Nã vitiũ partim in habitu, partim in motu cõsideratur. Quod autem mouetur iã ad effectum vergit, ideo peius quàm id, quod tantũ est in habitu, ergo si talis cogitatio moriatur, quæ existimat se causam rerũ non Deũ, id est quiescat seq; cõpescat, nulla est cædis actio

ne enim sustulit viuam opinionem illam quæ omnipotentiã Deo tribuit. Quod si sol oriatur, id est clarus intellectus qui nobis inest, videatur omnia dispicere præesseq; rebus omnib; ita vt nihil ipsum lateat, reus erit, & talionem mortis feret ob viuam opinionem quam sustulit, asserentem Deum, causam rerũ omnium: cùm ipse deprehendatur inefficax verèq; mortuus, & mortuæ inanimis erroneeq; opinionis inuẽtor. Ideoq; sacra lex execratur eum qui ponit sculptile in abscondito, aut fusile opus manuũ artificis: aimirum prauas opiniones, quòd in Deũ qualitatis expertè cadat qualitas sicut in sculptilia: & quòd corruptibilis sit, sicut fusilia, ille incorruptibilis. Reponis o cogitatio thesaurizãsq; intra te, sed grauaris in mediũ proferre indoctas persuasiones quas didicisti apud veritatis aduersarios. deprehenderis tamè proculdubio in graui morbo animæ, videlicet ignorantia, cuius curationem nõ admittis. Quòd autè homo malus in illum vulgarè suum intellectũ abscondatur, veritatè fugiens, testis erit Moses, qui percussum Aegyptium defodit in sabulo, id est, conuicit eum qui se putabat regimẽ habere corporis, animam nihili faciẽs, & voluptatem finem expetendum iudicans. Cùm enim animaduertisset laborè videntis Deum, impositum ei à rege Aegypti, hoc est ab affectuũ duce malitia, vidit hominem Aegyptium, humanam fragilèmq; affectionem, quæ pulsa bat cædebatq; videntem. cùmq; circũspexisset totam animam hac & illac, nec vidisset quenquam ibi stare præter verũ Deum, ceterã verò in agitatione iactationeq;, percussum cõuictũq; voluptatis amatorè defodit in intellectu vulgari & collectitio, nullam habente cognationè familiaritatève cum honestate. hic in seipsum abditur, at huic contrarius à seipso fugiens cõfugit ad Deum rerum omnium. ideo dicit scriptura: Eduxit eum foras & dixit: Suspice in cælum, & dinumera stellas eius] quas vellemus quidem cõprehendere numero & circũspicere, quippe cũ simus amatores virtutis insatiabiles: sed impossibile est nobis permetiri Dei diuitias. Nihilominus gratias agimus largitori, qui sic immisit in animã semina placida splendida perpetuòq; vigentia, sicut stellas in cælum. nõ temerè autem addit, Eduxit eum foras. quis enim intrò educitur? sed fortassè quòd dicit tale est: eduxit eum in extimam regionem, nõ in aliquem externum locum, qui potest contineri ab alio, sicut enim in arduibus intimo conclaui matronali exterior est ea pars in qua viri versantur, item hac exterius arduũ, inde vestibulũ, mox ianua: sic

fic & in anima aliud alio potest esse exterius. itaq; intelligere debemus mentem eductam esse in extima. Quid enim proderat reliquisse corpus, & ad sensum confugere? quid sensui valedicere, & rationi sese submittere? oportet enim ut qui mentem educturus est relinquat eam liberam, immunem ab omnibus corporeis necessitatibus. instrumentis sensitiuis, ratiocinationibus sophisticis persuasionibusq; deniq; à seipsa. quapropter alibi gloriatur, dicens: Dominus Deus cœli & Deus terræ, qui desumpsit me de patre meo. impossibile est enim habitantem in corpore & mortali genere, cum Deo colloqui, sed eum solum quem Deus erit ex hoc carcere. quãobrem & Isaac ille gaudium animæ, meditaturus & priuatim acturus cum Deo egreditur relicto seipso menteq; propria. Egressus est, inquit, Isaac in campum. ut meditaretur sub vesperã. Moses quoq; propheta dicit: cum egressus fuero ciuitatem, id est animam (nam hæc quoque est animantis ciuitas, mores leges præscribens) extendam manus] extendam & explicabo meas actiones Deo, testem inspectoreq; singularũ inuocãdo, cũ malitia suoptè ingenio quærat latebras. est aut̃ explicari, videre manifestè, cùm igitur anima in omnibus sermonibus ac operibus explicata fuerit & spectãdam se præbuerit, cessant voces sensuum, omnesq; infausti soni atq; turbulenti. inclamat enim & ad seipsum vocat, visibile quidem visum, vox autè auditũ, & vapor odoratũ, & in vniuersum sensibile quodq; suũ sensum inuitat. hæc autè omnia quiescunt, cùm egressa animæ ciuitatè cogitatio, meditationes actionesq; suas refert ad Deum. Sunt enim manus Moysis graues. nam cùm hominis mali actiones subuentaneæ leuésq; sint, meritò sapientis graues habentur, immobiles incõcussæq; : ideòq; fulciuntur ab Aarone ratione, & ab Or lumine, & nulla lux in rebus sit clarior quàm veritas. Vult igitur scriptura figuratè docere te, sapientis actiones necessariò fulciri veritate rationeq;. & hæc est causa cur Aaron ad finè, hoc est perfectionè tendès, montè Or, id est lucem, ascēdit. finis enim rationis veritas est, quæ longinquàm vllum lumen splendore suum emittit, in quã ratio conatur ingredi. Non vides q; etiam acceptum à Deo tabernaculũ, id est sapientiam, sub cuius vmbra sapiens habitat, fixit, firmavit. consolidauitq;, nō in corpore, sed extra corpus? castris enim id facit simile, exercitui occupato armis & molestiis quas secũ bellum trahit, cui non sit integrum pacem admittere. Et vocatum est tabernaculum testimonij] sapientia testimonium habens

habens à Deo. Etenim omnis quærens dominũ egrediebatur. Egregie: nam si quæris Deũ anima, à teipsa egressa illũ quære. donec enim manes in molibus corporeis aut mēris opinationibus, non es apta ad quærendas res diuinas, etiam si præ te feras quærendi studium. an autè quæredò inuēturus sis Deum, incertum est: multis enim non manifestat seipsum. Dices te simpliciter seduloq; dare operam ut eum cognoscas. conducit sanè ad fruēdum rebus bonis vel solũ quærendi studium. semper enim appetitio rerum honestarum etiam si ad metam nō perueniat, tamen homines studiosus alacritate præoccupat. eodem modo malus fugiens virtutem, & abscondens se à Deo, ad infirmũ auxilium confugit mentem propriam. probus cōtrà fugiens à seipso vertit se ad cognitionè illius vnus, vincēs cursu certamineque omnium longè præstantissimo. Et vocauit dñs Deus Adamum, & dixit ei. Vbi es? Cur solus Adam vocatur, quãuis vxor vna lateat: dicēdum igitur primũ quid sibi velit illa vox, Vbi es? quando mens redarguitur & ad mutationem trahitur, non solũ ipsa vocatur: verũ etiam omnes eius potētia. nam absque suis potētis mens ipsa nuda nihil esse inuenitur. ex iis potētis & sensus est, nimirũ mulier. Vocatur ergo cũ Adamo mente vxor quoq;, sensus scilicet: seorsum autem non vocatur. Quid ita? quia cùm sit brutus, per seipsum redargui nō potest. nã nec visus nec auditus, nec vllus alius sensus est docilis. proinde non potest res percipere: eò q; ei sola corpora discernendi facultatem opifex indidit. mens autè ipsa est quæ doctrinam admittit: quæ de causa hanc, non sensum, Deus vocat. quod autem dicit, vbi es? plures interpretationes recipit: vnã, ut non interrogatio sit, sed affirmatio, ac si dicat. In eo loco es, accentu graui Vbi proferēs: putabas Deum in paradiso deambulare, contineriq; ab eo, disce hoc esse tuum accidens, & audi sententiã verissimam ab eo cui cuncta sunt cognita, Deum esse nusquã. nã ipse non cōtinetur, sed vniuersa cōtinet. quicquid autè in loco est, id contineri, non cōtinere, necessariò sequitur. secũdo modo dictũ id perinde valet ac si dicat, quò deuenisti o anima, pro qualibus bonis qualia elegisti mala? à Deo vocata ut fieres virtutis particeps, vertis te ad vitiũ? & cùm frui datum sit arbore vitæ, id est sapiētia, saturata es ignoratiã corruptioneq;: quia maluisti mortis animæ infelicitatè, quàm veræ vitæ felicitatem. tertius modus est per interrogationem, ad quam responderi potest dupliciter: primũ si quærenti vbi es, respondeatur nusquã. nullum enim

enim locum habet mali hominis in anima, cui vel insistat vel insidat. ideo malus Græcis dicitur ἀποπῆ. sic enim appellant malum cuius nusquam usus est. talis autem est homo inciuilis, fluctuans semper & agitatus, vagusq; in morem incerti flatus, nullius omnino amicus constantis sententiæ? altera autem responsio talis esse potest, qua etiam Adam utitur: Vbi sim audi: vbi hi qui Deum videre nō possunt, vbi qui Deum nō audiunt, vbi qui ab autore omnium rerum volunt se abscondere, vbi qui virtutem fugiunt, vbi qui exuti sunt sapientia, vbi qui metuunt tremuntq; præ infirmitate timiditatq; animæ. cum enim dicit: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui eò quòd nudus essem, & abscondi me.] omnia quæ modo memoravi dicit, sicut supra declarauimus prolixius. quamuis nudus non fit nuac Adam. Fecerunt sibi perizomata, paulò antè dictū est: sed vult scriptura sic quoq; te docere, nuditatem nequaquam corporis huic intelligendam, sed iuxta quam mens nuda & virtutis experta deprehenditur. Mulier, inquit, quam dedisti mecum, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi.] Bene quòd non dixit, mulier quam dedisti mihi, sed mecum. nō enim mihi vt possessionem sensum dedisti, sed & ipsam sciuisi solutam ac liberam, & quodammodo non subiectā decretis meis mādatisq;. Quod si voluerit mens imperare visui ne videat, nihilominus is subiectū suum videbit. itidem auditus quotiescunque vox illabetur. eam omnino percipiet, etiam si mens contentiosè interdicit ne audiat. odoratus quoque vapores ad se venientes olfaciet, etiam si mens velit obistere. propterea Deus nō dedit sensum animalis, sed cum animali. cunctas autē res mens nostra cū sensu cognoscit, simulq; cum eo iudicat. Quale est quod visus. vnā cum mente percipit rem visibilem: & quamprimum oculus vidit corpus aliquod, mox mēs rem visam percipit esse nigrā albāve, aut gilvāve vel puniceam, aut triangulam, quadrangulam, rotundāve, aut quouis alio colore figurāve præditam. item mox vt auditus à voce ictus est, mens etiam præsto fit, vel hoc argumento, quòd continuo vocē eam iudicat, exilisne an grandis sit, modulātāne concinnāq;, an contrā inconcinna, & aliena ab harmonicis legibus, idem licet obseruare in aliis sensibus. Quin & illud quā appositè dictum: ipsa mihi dedit de ligno. id enim quod ligneū sensibilēq; inest in mente, nemo nisi sensus ei datur. Quis enim ei dedit cognoscere corpus aut albedinē, nisi visus? quis vt voces dignoscat, nisi auditus? quis vt vapores, nisi odoratus?

tus? quis vt sapores, nisi gustus? quis vt asperum à molli, nisi tactus? Rectè igitur & verissimè dicit mēs, vt corpora percipiam solus sensus mihi dedit. Et dixit Deus mulieri, Quare hoc fecisti? quæ respondit: Serpēs decepit me & comedi.] Aliud à sensu scitatur Deus, aliud sensus responder. De viro enim interrogatus, nō de hoc responder, sed de seipso, fatendo se comesse, nō comedendum præbuisse. Quid si per allegoriā soluamus questionem, & ostendamus mulierem rectè ad interrogationē respondisse? consequitur enim necessariò, vt postquam ipsa comedit, edat vir quoq;. Quoties enim sensus subiectum suum appetens, satiatus imaginatione fuerit, confestim & mēs accedit simulq; fruitur, quodammodo explēs se cibo accepto ab eo. hoc est quod ait, Inuita marito dedi. nam ille me contrectante subiectum meum, pro ingenio suo cōcitolabili, imaginationem impressit sibi. Obserua autem quòd vir quidem ait mulierē sibi dedisse; mulier verò serpentem nō dedisse, sed decepisse. Sensus enim proprium est dare, voluptatis autem variæ serpentinaq; fraudare ac decipere. Verbi gratia, album naturaliter nigrūque, calidum & frigidum dat sensus menti, non decipiendo, sed veraciter. Nam talia sunt hæc subiecta, qualis & inde procedēs imaginatio, sicut plerique aiunt, qui minus accuratè scrutātur physiologiam. At voluptas nō quale est subiectum, tale id agnoscit cogitatione: sed addit arte mendacium, rem inutilem transferens in ordinem vtilium: sicut meretrices deformes videre licet fucantes pingentēq; faciem, vt tegant suam deformitatē: & intemperantem proum ad ventris voluptates. hic meri copiam & ciborum apparatus amplectitur, tanquam rem bonā, lædēs interim horum abusu tam corpus quā animā. Rursum amarores videre licet saepe insanire in mulierculas aspectu turpissimas, voluptate decipiente & tantum nō percensente, quòd bona forma, bonus color, bona habitudo & membrorum proportio his insit quæ habent omnia cōtraria. itaq; verè pulchras in quarum forma nihil desideres contemnunt, illas verò quas dixi depererūt. ergo omni voluptati decipere est proprium: dare autem sensui. Nam illa circumuenit mentem seducitque, non qualia sunt subiecta ostendens, sed qualia non sunt. at sensus planè sic offert corpora, vt sunt à natura facta. semotis technis fucisq;. Et dixit dominus Deus serpenti: Quia hoc fecisti maledictus es inter omnes pecudes, & omnes bestias terræ: super pectus & ventrem tuum gradieris, & terram comedes cunctis

cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponā inter te & mulierē, & inter semen tuum & semen illius. Ipse seruabit caput tuum, tu eius calcaneū.] Quam ob causam non expectata defensione execratur serpētem: cum iubeat alibi, audiri ambos inter quos res controuertitur, non præmaturē alteri credere? at qui vides quod Adamo nō credidit prius quā mulieri, sed inuitat eam ad defensionem percōtando, quare hoc fecisti? at illa errasse se fatetur, deceptā à voluptate serpentina & varia. Quid igitur verbat etiam muliere dicente, serpēs me decepit, percōtari ipsum deceperitne, potius quā indicta inauditāque causa execrari? Dicendum igitur quod sensus nec inter bona nec inter mala censetur: cum sit medium quiddam sapienti stultoq; commune, & in stulto fiat malus, sicut cōtrā in sapiēte bonus. Merito igitur quandoquidem naturā per se malam nō habet, sed vtriq; parti fauēs & ad bonum & ad deterius propendet, non prius damnatur quā confessus securum se deteriora. at serpēs voluptas suapte ingenio mala est: eam ob rem in bono ne inuenitur quidem omnino, sed solus malus est eius particeps. itaque iure optimo non permissam respondere execratur Deus, utpote nullū semen virtutis in se habētem, sed semper & vbiq; scelestam atq; reprehensibilem. Quapropter etiam illum Ir absque causa manifesta malum nouit Deus & interficit. videlicet corpus molē nostram coriaceam. Ir enim coriaceus interpretatur, quem malū esse & insidiatorē animæ nō ignorat, & insuper cadauer semper mortuum. Quid enim aliud vnusquisq; nostrū facit, quā quod corpus suapte natura cadauerosum circumfert, excitante id & sine labore gestante anima: cuius robur si libet considera. vel robustissimus athleta non valet breui tempore suam baiulare statuam: anima verò interdum vsq; centesimum annum indefessa fert statuam hominis leuiter, non enim nūc eum interemit, sed iam inde à principio mortuū corpus factum est. Est autem suapte natura malum, ut dixi, & insidiās animæ, sed corā solo Deo, & si quis amicus Deo, ait enim; coram domino malus Ir.] nam mens quando in sublimibus versando inuitatur domini. mysteriis, malum & inimicū corpus iudicat. Quādo autem absistit à scrutandis rebus diuinis, amicum sibi cognatum germanūmq; existimat, confugit igitur ad ea quæ huic cara sunt. Quapropter athletæ anima differt ab anima philosophi. nā athleta omnia refert ad bonam corporis habitudinem, cui vel animā ipsam impenderet, utpote amator corporis. at philosophus cum sit honestatis

nestatis amator, curam gerit eius quæ in se viuit animæ, neglecto mortuo corpore, non aliud spectans quā nequid optima anima patiat à colligato sibi malo cadauere. Vides quod hunc Ir interficit non dominus, sed Deus? non enim quatenus imperat & regnat liberam exercens potentiam, interficit corpus: sed quatenus bonitate humanitatēque vtitur, Nam Deus bonitatis nomen est, ut scias quod etiam res inanimas non potentia, sed bonitate condidit, eadem qua animatas, oportebat enim quod magis elucerent meliora, etiam deteriora produci à potentia huius ipsius bonitatis summæ causæ, quæ Deus est. Et quando anima videberis tibi maximè cadauer baiulare? num quando inuitaberis & præmiis coronisq; dignaberis? tū certē amatrix eris Dei non corporis. consequeris autem præmia, quando vxor tibi contigerit illa Iudæ sponsa Thamar, quæ interpretatur palma victoriæ symbolum. argumento est, quod quando eam ducit Ir, mox & malus inuenitur & interficitur, ait enim; Dedit Iudas vxorē primogenito suo Ir, nomine Thamar, & subdit, fuitq; Ir malus coram domino, & interfecit eum Deus.] Mens enim quādo præmia virtutis accipit, mulctatur morte istius cadauerosi corporis. Viden' ut & serpētem inauditū execratur? voluptas enim est. & Ir absque causa manifesta interficit? est enim corpus, quod si consideres ô bone, inuenies Deum fecisse in anima quādam naturas reprehensibiles ex se obnoxiasq;, quāsdā vsque quaque bonas & laudabiles, itidem sicut in stirpibus animalibusq;, an non vides quod stirpium alias mites, vtilēs, salutariferas creauit opifex? alias siluestres, noxias, morbiferas simul & mortiferas? & animalia similiter: ut hūc ipsum serpētem de quo nunc loquimur, animal suapte natura letiferum & factum ad perniciem. hoc sic afficit hominē, ut voluptas animā, ideōq; serpenti voluptas assimilatur. ergo sicut voluptatem & corpus manifesta causa extulit, nihil potius aut prius habens quā ut eas laudaret. Nam si quis roget, cur Noë dicatur inuenisse gratiam corā domino Deo, priusquam aliquid boni fecisset, quantum quidem nos scire possumus, rectē respondebimus, liquere quod laudator sit creationis & generationis. Nam Noë interpretatur requies aut iustus. necesse est autem eum qui cessans à peccatis & iniquitatibus, requiescit in honestate & viuit cum iusticia, gratiam inuenire apud Deum, porrò inuenire gratiā, non id tantum significatum habet quod quidam vsurpant, pro placere

placere: sed & tale quid: Iustus quærens rerum naturam in hoc inuenit inuentum optimū, quod gratia Dei sint quæ sunt omnia, sibi enim creando gratificatus est nihil, quando illi nihil inde accessit. ideoque tantum gratiam profundere proprium est ei. Quærentibus igitur principium creaturæ rectè respōdebitur, bonitas & gratia Dei, quā largitus est humano generi: nā munus, beneficium, gratia Dei sunt omnia quæ mūdo cōtinentur, & mūdo ipse insuper. Melchisedec quoque regem pacis, hoc est Salem (sic enim interpretatur) sacerdotem sibi constituit Deus, non expresso eius aliquo merito, sed quia talem ipse fecerat, regem, pacatum, primum dignū suo sacerdotio. nominatur enim rex, rex autem aduersatur tyranno, quod ille ius & æquum, hic iniquitatem introducat in rempublicam. ergo tyrannica mem mandata mandata infesta tum animæ tum corpori ac noxia, magnasque molestias inferētia, vitiosas actiones, & voluptates quæ nascuntur ex affectibus. altera verò mens est rex quæ nō imperat tantū, sed paret etiam: quando præcepta eius talia sunt, ut anima his adiura ceu naus per totam vitam prosperè nauiget, gubernante illo bono peritōque gubernatore: qui non alius est quàm vera ratio. vocetur igitur tyrannus quidē, princeps bellæ rex verò, dux pacis Salem: offeratque animæ alimenta plena lætitiæ gaudiūque, panes enim & vinū offert, quæ Ammanitæ Moabitæque illi videnti præbere noluerant, quā ob causam arcētur à cōtione coctūque diuino. Ammanitæ enim è genitrice sensu litate nati, & Moabitæ ex intellectu genitore, figuræ duæ sunt per quas significatur qui res istas ab vniuersitate contentas possitant, scilicet intellectū sensumque, Deum autem nō cogitant. Non ingredientur, inquit Moses, contione domini, quia non occurrerunt nobis cum panibus & aqua, exentibus ex afflictionibus Aegypti.] ceterum Melchisedec pro aqua vinum offerat potētque ac cōfirmet animas, ut occupētur diuina ebrietate, quæ est omni sobrietate magis sobria, sacerdos enim est ratio sortis habens Entem ipsum, de quo sublimiter sentit & admodū magnificè: est enim sacerdos altissimi; nō quod alius sit non altissimus. nam Deus cū sit vnus, tum in cælo est supra, tū in terra infra, nec est vllus præter ipsum. sed vt nō submissè humiliterque verum celsius sublimiusque quàm de quauis materia sentiamur de Deo, adhibet appellationē altissimi. Quid porro boni fecerat Abraham, quādo iussus est migrare procul patria cognatæque; & habitare terrā quā Deus ipse dederit: ea verò est ciuitas bona

bona, ampla, felicissima. nā dona Dei magna pretiosaque sunt. verū tamen hæc quoque figura fuit nō contēnenda. interpretatur enim Abraham, pater sublimis, laudāus utroque nomine. Mens enim quādo non herili more animam terreat, sed paterno imperat, non indulgens ei suauia, sed vel inuitæ obtrudens vtilia: omisitque omnibus rebus humilibus & ad mortalia ducētibus, sublimis immoratur contemplationi mundi eiusque partium atque; etiam altius ascendēs numen ipsum scrutatur eiusque naturam propter immēsum amorē scientiæ: non potest manere in decretis pristinis, sed cupit migrare ad meliora: nōnullos autē Deus vel ante natiuitatē pulchrè fingit disponitque, destinans ad sortē optimā. an nō vides quid de Isaac loquatur Abrahamo, ne sperati quidem ex se patre talem progeniē, atque adeo ridenti promissionem, dicenti que: Itāne gignet homo centū annos natus, & Sarra nonagenaria pariet? sed annuit assēueratque; quæ dicit: protecto Sarra vxor pariet tibi filiū, & vocabis nomē eius Isaac: & ista tuam testamentū meum cū eo testamētum sempiternū.] Quid igitur est cur hic antequā nasceretur laudatus sit? Quædā bona representata iuuant, vt sanitas, sensuū integritas, opes si contingāt, gloria. liceat enim hæc quoque; abusuē bona dicere, quedam non solū cū adsunt, sed etiā promissa oraculo, qualis est lætitia, bonus affectus animæ. hæc enim non presens tantū lætificando vim suam exerit, sed etiā sperata hominem præoccupat: habet enim hæc prærogatiuā. alia bona priuatam vim habent. lætitia tū priuatim exultat, tum publicè. lætamur sanitate, libertate, honore, cæterisque bonis: vt propriè dicatur, nullū esse bonum non coniunctū cum lætitia: lætamur autē non præteritis solū bonis & præsentibus, sed & futuris quæ expectamus: vt quando speramus diuitias, imperiū, laudem, morborū finē, virium roborisque accessionē, scientiā successuram in locū ignorantia, gaudemus nō mediocriter. ergo quoniā lætitia non præsens solū, sed & sperata laxat exhilaratque animā, meritō Isaac prius quàm nasceretur, nomine donoque; magno donatus est. per hunc enim significatur animæ risus & gaudiū atque lætitia. Rursū Iacob & Esau, illum principē, ducem & dominū, hunc obsequētem & seruum, prius quàm vterū exirēt pronūciauit. Deus enim animatorum operū figulus egregiè nouit, quæ ipse facit, etiam antequā perficiat, vires quoque quibus vtetur in posterum, & in vniuersum quicquid actura passuræque sunt. Cū enim anima de futuro sollicita Rebecca petit oraculum, respondet Deus: Duæ gentes sunt

sunt in vtero tuo, & duo populi ex eo discedent; superabitq; alter alterū, & maior minori seruiet,] sic enim Deus cōparauit, vt id quod brutum est deteriusque potiori seruiat; quod verò ciuilitate rationeque præstat, libertate fruatur atque principatu, nec solum cum vtrūque absolutum est in anima, verum etiam cū res adhuc est ambigua. prorsus enim vel leuis quæpiã aura virtutis principatū & imperium, ne dum libertatē præ se fert, econtrā qualiscunq; indoles malitiæ, rationē vel nōdum adulta in seruitutem redigit. Præterea quid sibi voluit Iacob, cum Iosepho admovente duos filios suos, natu grãdiorem Manassē, minorem Ephraim. decussatis brachiis iuniori dextram imposuit, sinistra verò grandiori. moxq; Iosepho grauiter id factum ferente, & putante patrem errasse imponendis manibus, dicit: Non erraui fili, sed sciens prudensque facio quod facio, fiet hic quoque in populum, extollendus est hic quoque: sed frater eius iunior, maior futurus est.] Quid igitur dicendū? nisi quod due naturæ diuinitus in anima conditæ sunt, valde necessariæ, memoria, reminiscentiãque. Quarum altera quicquid sensibus recens impressum est retinet, ne falli possit per ignorantia. reminiscentiã verò vtrique præcedit obliuio, res surda cæcãque. hic quod antiquius est apparet deterius, id est memoria quàm reminiscentiã: vtcunque cohærent nec separantur facile, nam quæ primū in artes introducimur, comprehendere speculatione earum statim nō possumus. itaq; quicquid obliuiscimur initio, rursum reminiscimur: donec iterum atq; iterum reminiscendo atque obliuiscendo, denuò cōfirmetur memoria. atq; ita iunior hæc, vtpote serius nata, cōficitur ex reminiscentiã. Figuratē igitur Ephraim dicitur memoria. fertilitas enim interpretatur quia tunc animæ discendi cupidæ contingit sua portio, quando in memoria confirmantur eius contemplationes. at Manassē reminiscentiã dicitur, quasi translatus ex obliuione, qui autem obliuionem effugit, certè reminiscitur. itaq; rectissimè ille supplantator affectuum & mediator virtutum Iacob dextrã porrigit Ephraim: id est fertili memoriæ. secundas verò partes reminiscentiã tribuit, scilicet ipsi Manassæ. Sic & Moses ex his qui pascha sacrificant priores laudat maximè, quod traiectis fluminibus Aegypti perrexerunt, nec amplius ad ea reuersi sunt: posteriores verò habet pro deterioribus. nam hi cursum suum reterorsum flexerunt, & quasi obliu rerum agendarum, rursum accinxerunt, vt eas aggredierentur. at illi priores cursum tenuerunt

runt perpetuū. itaq; sacrificatibus pascha posterius assimilatur Manassē obliuionis filius: priorib' autē Ephraim fertilis. ideo & Beseleel nominatim Deus euocat, promittitq; daturū se illi sapientiam & scientiam, & constituturū se illum opificem architectumq; omnium quæ sunt in tabernaculo, hoc est animæ operum: quãuis nullum eius opus hætenus extaret laudabile. Dicendum igitur quòd hæc quoq; figuram Deus impressit animæ, ceu probato nomismati. eam figuram quænam sit cognoscemus, si nominis interpretationem diligenter excusserimus. Beseleel interpretatur, in vmbra Deus. vmbra verò Dei verbū eius est, quo tanquam instrumēto assumpto mundum creabat. hæc vmbra & quasi effigies exēplar est alterū. sicut enim Deus exemplū imaginis, quã vmbra nunc vocauit, sic hæc imago fit aliorum exemplum: quemadmodū in principio legis significauit propheta, dicēs: Et fecit Deus hominē ad imaginem Dei, quasi imago ipsa ad effigiem Dei facta sit, homo verò ad eam imaginem quæ iam vicem exemplaris accēperat. quis igitur accesserit character cōsideremus. Quæsiuerūt prisci, quomodo numen intelleximus: ex his qui optimè philosophari visū sunt, dixerunt, quòd ex mundo partibusq; eius & harū innatis viribus, Deū vt causam animaduertimus. nam sicut si quis videat domum affabrè factam instructamq; vestibulis, portibus, aulis virorum, mulierū conclauibus & id genus cæteris, cogitatione percipiet artificem: nec enim sine arte opificēq; putabit domū esse absolutã: quòd & de ciuitate aut nauigio, & de quo vīs minore maiorēve opere sentiendū est: ita sanè etiã quiuis ingressus ceu in maximã domum aut ciuitatē hunc mundum, conspiciat cælum in orbē volui continerēq; omnia: erraticas verò fixasq; stellas pariter moueri modulatē summãq; cum harmonia, ad vtilitatē rerum vniuersarum: terrã deinde medullium fortitam, aquam aëremq; latè vtrunq; fusum suisq; contentum terminis: ad hæc animalia tã mortalia quàm immortalia stirpium fructuūq; varias species: certè ratiocinabitur hæc non sine perfectissima arte condita, sed fuisse esseq; Deum huius vniuersitatis opificē. Qui ita colligūt, per vmbra Deum percipiunt, animaduertētes artificē per ipsius opera. Sed est & alius perfectior puriorq; intellectus, magis mysteriis initiatus, qui nō ex operibus causam cognoscit, quasi ex vmbra solidū corpus: sed emergēs supra creatã omnia, manifestè increatū cōreplatur, vt & ipsam per se cōprehendat, & vmbra eius: hoc est & verbum eius,

eius, & mundum hunc vniuersum, hic est Moses ille, qui sic loquitur: Ostēde mihi te ipsum, manifeste te videā, nolo mihi te ostēdas per calum, terrā, aquam, aērē, aut quidquā creatum: nec in vlla re alia tāquam in speculo contēpler tuā ideā, præter quā in te Deo. nā quæ in creaturis apparentiæ sunt dissipantur: quæ autē in increato, stabiles, firmæ sempiternæq; pmanēt. Quamobrem Mosē vocauit, & loquutus est ei Deus. Beseleelē item vocauit, sed nō similiter: verū illū cognitionē dei percipientē ex ipsa summa causa, hūc autem tanquā ex ymbra ex creaturis opificē ratiocinatione colligentē. Quapropter inuenies tabernaculū & vasa eius omnia prius à Mosē, deinde à Beseleelē deliniata paratāq;. Mosēs enim exemplariū est artifex, cæterū Beseleel imagines eorū exprimit. Nā Mosēs Deo monitore vitur, qui dicit: Iuxta exēplar quod ostendi tibi in monte omnia facies: Beseleel autē Mosē: & merito. Quia & Aaron, id est ratio, & Maria, hoc est sensus, insurgentes contra eū disertē audiunt. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione & in ymbra apparebit ei Deus, nō manifestē. Mosē verò qui fidelis est in tota domo mea, ore ad os loquetur, non per enigmata. Quoniam igitur duas naturas inuenimus creatas factas & elaboratas à Deo, alterā ex se ipsa noxiam, reprehensibilē, execrabilem, alterā vtilem laudabilēq;: illam notatā falso caractere, hanc verò probato, pulchram cōuenientēq; precessionem vna cū Mosē precabimur: vt nobis Deus aperiat suū thesaurū, sublime illud refertumq; diuina luce verbū, quod suprā vocauit cælū. in quibus autem mala recōduntur occludat. sunt enim ex bonorū etiā malorum thesauri apud Deū sicut habetur in magno canticō: Nōne ecce collecta sunt hæc apud me, & obsignata in thesauris meis, in die ultionis, quādo lapsus fuerit pes eorū. vident thesauros esse malorum? Et bonorum quidē vnus. Quoniam enim Deus vnus, etiā thesaurus bonorum vnus. multi verò malorum, quia & peccatores immēso numero. Sed hic quoq; considera eius qui est bonitatem, bonorū quidem thesaurum aperire cōtrā malorum claudit astringitq;. est enim Dei propriū bonum offerre & præuenire nos liberalitate: mala verò non facile immittere. Mosēs verò exaggerās etiā Dei liberalitatē & gratificandi studiū, non solum reliquo tēpore ait thesauros malorum obsignatos, sed & cum anima lapsa fuerit in via rectæ rationis, quādo merito pœna digna videri poterat. ait enim in die ultionis obsignatos malorū thesauros: docente diuino eloquio, quod

ne la

ne in peccātes quidem cōfestim Deus animaduertit, sed indulget tēpus ad pœnitentiam & errati curationem. Et dixit dominus Deus serpenti: Execratus tu inter omnes pecudes & omnes bestias terræ.] sicut lætitia iucundē nos afficiens, fausta ominatione digna est; ita execratione voluptas malus affectus, quæ turba terminos animæ, pro virtutis studio amorē affectionum in ea generās. ait autem Mosēs in execrationibus, execratū esse qui trāsmouet terminos proximi. terminū enim & legē Deus animæ præscripsit virtutē, scilicet arborē vitæ. hunc trāsmouit, qui fixit terminum malitiæ, scilicet arborē mortis. execrabilis ille quoq; qui cæcū errare facit in via. Facit & hoc voluptas impia. est enim sensus naturaliter cæcus, quia brutus, quoniā quicquid rationale est, habet oculos, ideo ratione sola res cōprehenduntur, sensu nō item. per sensum enim sola imaginamur corpora. hūc cæcū sensum voluptas fallit, quò minus res percipiat: siquidē vetat ne se ad mentem, à qua regi poterat, recipiat regaturq; ab ea, seducens illū ad sensibilia, illiciēsq; suis operibus vt cæcus sensus sequatur cæcum ducem, rem sensibilem. ibi mens eū ambos cæcos duces sequitur, impotēs sui abit in præcipitiū. alioqui consentaneū erat ordini naturali, vt rationem cōpotenti visus sequerentur ea quæ cæca sunt: sic enim leuius ferrētur noxiæ res. nunc in eā fraudem inducitur anima, vt cogatur vti cæcis ducibus, decepta persuasāq; mutare virtutē vitio, & suo labore malū sibi querere. prohibet autē & hanc permutationem sacra lex his verbis: Non mutabis bonū malo. his de causis voluptas fit execrabilis. nunc non alienū à proposito fuerit cōsiderare quæ sit hæc maledictio. execratum esse ait inter omnes pecudes. ergo pecuinum quiddā brutūmq; sensus est. certē vnusquisque sensus voluptatem execratur, vt inimicissimam & infensissimam. est enim re vera hostis sensui. id inde colligitur, quòd saturati voluptate immodica, nec videre, nec audire, nec olfacere, nec gustare, nec tãgere sincerē possumus, sed his omnibus obscure atque debilitate afficimur. id quod patimur ea iam cessante: alioquin inter ipsum vsum voluptatis, omnino priuamur vi sensuum, vt non magis agant in res sensibiles, quā si eis mulctati essemus. Et qui fieri potest, vt non merito sensus execretur voluptatem à qua sic mulctatur? quæ præ omnibus quoque bestiis est execrabilis, præ omnibus, inquam, affectibus animæ. His enim mens fauciatur & perditur. Cur igitur etiam aliis affectibus videtur deterior? Quia propemodum

e iij omnibus

omnibus est obnoxia, tanquam principium eorum fundamen-
 tumque. Nam & concupiscentia nascitur ex amore voluptatis, &
 dolor existit per eius priuationem. timor quoque tum fit cum ve-
 remur istius absentiam. itaque liquet omnes affectus apud volu-
 ptatem habere suum receptaculum: & fortasse nulli usquam essent,
 ni voluptate ceu fundamento nitentur. Super pectus & ven-
 trem tuum gradieris.] circa has enim partes stabulatur affectus
 hic, pectus ventremque; quando praesto est copia materiaeque volu-
 ptatis, circa ventrem & quae sub ventre sita sunt. quando autem hi-
 carer, circa pectus, ubi sedes irae est. amatores enim voluptatum
 si his destituantur, irascuntur & exacerbantur. Inspiciamus rem
 diligentius. Tripartitam esse animam nostram, habereque partes,
 vnam ratione praeditam, alteram ad iram natam, tertiam ad con-
 cupiscentiam. has partes nonnulli philosophi potius tantum-
 modo differre existimant, quidam locis etiam: hi rationali parti ca-
 put sedem attribuunt, reddentes causam, quod ibi sit rex, ubi sa-
 tellitium. satellites autem mentis sensus collocatos in capite. proin-
 de rex habitare ibi tanquam in arce probabiliter creditur. iidem
 iram locant in pectore: adiunguntque hac de causa a natura munitam
 hanc partem densis ac validis ossibus, non secus ac strenuum militem
 instructum thorace ac clypeo, ad repellendos aduersarios. postre-
 mus locus assignatur concupiscentiae, circa iecur & ventrem. hic
 enim vis haec habitat. appetitus ratione carens. Quando igitur
 quares o anima, quam regionem voluptas sortita sit, ne spectes ca-
 pitis locum, qui rationis est: non inuenies enim. resistit enim huic
 affectui ratio, nec potest vna cohabitare: quod hac vincete volu-
 ptas pessum eat: sicut ediuerso, dum voluptas vincit, exulat ratio.
 proinde illam quare in pectore ventremque; ubi partes brutae domici-
 lium habent, ira concupiscentiamque; nam in his locis inuenitur & iu-
 dicium nostrum, & affectus ipsi. non veretur tamen mens relictis
 suis septis dare se deteriori. id fit quando in anima bellum exori-
 tur, tunc necesse est in potestate aduersae partis deuenire ratio-
 nem paci non bello natam. itaque sacra lex gnara quantum possit
 vtriusque affectionis impetus, vel irae, vel concupiscentiae, com-
 pescit vtriusque, aurigam gubernatoremque; rationem his praeficiens. ac pri-
 mum de ira, curaturus eam & sanaturus legislator, loquitur sic:
 Et impones super rationale iudiciorum, doctrinam & veritatem:
 quae erunt in pectore Aaron, quando ingredietur sacrarium coram
 domino. id rationale est in nobis instrumentum vocis, hoc est ser-
 mo quo utimur. qui autem inconsiderate & improbatum emittitur,
 aut

aut cum iudicio probatumque; hic scriptura vult nos cogitare de
 sermone discreto. ait enim rationale, non inexamatum falsa-
 tumque; sed rationale iudiciorum, ac si dicas iudicatum examina-
 tumque; huius probati sermonis duas ait esse virtutes summas,
 doctrinam & veritatem, recte sane. nam praecipuus sermonis usus
 est, docere & manifestare aliquid, cum non possimus alioquin
 affectus animi exprimere, & quales sint, ostendere: quae res coe-
 git nos ad signa vocalia confugere, nomina verbaque; quae utique
 nota esse oportet, ut manifeste clarumque; percipiatur a proximo.
 secunda cura est ut verum enuntientur. quid enim prodest planam
 manifestamque; elocutionem facere, si alioqui falsa sit: nam hoc modo
 fieri non potest quin auditor decipiatur cum suo magno incom-
 do, ruditate, ignorantiamque; quid enim si monstrans puero a elemē-
 tum disertum clarumque; dicam id esse e: aut e monstrans dicam o? aut
 musicus rudimenta eius artis discenti harmoniam monstrans
 colorem dicat, aut colorem tonisticum dicat diatonicum: aut quae
 summa est chorda dicat mediam, aut quae coniuncta sunt, dicat dis-
 iuncta, aut hyperbolam dicat proslambanomenon? dicet for-
 tasse dilucide aperteque; at non verum: sed hac parte vitium admittet
 in sermone. quando autem vtrumque; doctrinam simul & veritatem
 adhibebit, sermonem faciet discretum utilem, usus ipse duabus eius
 virtutibus, quae forsitan solae sufficiunt. itaque propheta dicit ser-
 monem iudicatum, habentem suas virtutes, situm supra pectus,
 nimirum Aaronis, id est supra iram, ut sic regatur primum a ratio-
 ne, ne laedatur per suam imprudentiam: deinde a doctrina, a cuius
 consuetudine furor libenter abstinet. ideoque; iratorum non solum
 cogitationes, sed & verba, perturbatione confusionisque plena
 sunt. aequum igitur erat irae confusionem per doctrinam corrigi, &
 per veritatem insuper. nam & hoc irae proprium est, quod facile fal-
 litur falliturque; itaque; iracundorum sermo nemo verax est, utpote de-
 uictus ebrietate animae, non corporis. Haec remedia Deus huic
 parti parauit, sermonem cum doctrina veritateque; . nam haec tria
 vim unam obtinent, si sermoni iungatur doctrina & veritas, praes-
 entanea medicina irae, morbi animae grauissimi. Sed cuiusnam
 est gestamen istud rationale? non meum nec vulgaris alicuius
 mentis, sed sacerdotalis pure sacrificantis, qualis Aaronis erat.
 ac ne huius quidem semper: nam saepe mutatur; sed quando sine
 mutatione degit, quando ingredietur sacrarium, quando ratio simul
 intrat sanctamque; sententiam, quando his comitibus non destituitur,
 accidit tum plerumque; ut mens penetret in sacras sanctas purasque;
 e v opinia

opiniones, sed humanas, quales sunt de officiis, de benefactis, de legibus publicè receptis, de virtute quatenus homo potest eam assequi: atqui ne sic quidem dispositus aliquis idoneus est ad rationale gestandum in pectore cum suis virtutibus, sed solus qui ingreditur coram domino: hoc est, qui propter Deum facit omnia, nec ei præfert quicquam ipso inferius, inferioribus quoque rebus tribuens quod æquū est, nō tamen in eis immorās, sed recurrens ad cognitionem, sciētiam cultūque illius vnus, nam hominis sic dispositi vis irascibilis regetur & à ratione purgata purāque à brutis affectibus, & à doctrina sanante obscuritatē cōfusionemque, & à veritate retegēte mēdaciū. Ergo Aarō, vt alter Moses, exciso pectore, hoc est ira, nō sinit eam efferi impetu absque iudicio, veritus ne quādo sibi ipsi permissa, in equi morem exultans, totā proculset animā: sed curat refrēnāque primū ratione, vt sub auriga optimo discat non admodum habenas cōtemnere: deinde & rationis virtutibus, doctrina veritatēque: si enim sic erudiatur ira, vt & rationi cedat ac doctrina, & nō mētiri affluescat, tum seipsam liberabit ab effervescentia nimia, tum animā toram reddet placidam. Verūm hic vt dixi, nō carens hoc affectu, conatur eum sanare iam dictis salutaribus remediis. at Moses totā iram excidendam & resecandam censet ex anima, non moderationem affectuū, sed profusam priuationem amans. attestatur his meis verbis sanctissimū oraculum. Sumptum, inquit, Moses pectusculum separauit vt offerret coram domino, de ariete consecrationis: & obtigit Moses in portionem suam, valde pulchrē. illum enim virtutis Dei amatorem decebat cōsiderata tota anima pectus desumere et ea quod ad iracundiam pertinet, adimerēque id & abscidere, vt exacta parte bellaturīēte, de cætero anima in pace degeret. auferretur autē non à quouis animali, sed ab ariete consecrationis atque & vitulus imolatus fuerat, sed hoc præterito, venit ad arietem. est enim animal natura cornupetum, iracundū & assultorium. quapropter & fabri machinarij plerumque inter instrumenta oppugnationis vtuntur arietibus, sic & in nobis arietinum, assultorium, indomitū quiddam est, id quod contentioni appetit. contentio verò materia est iracundiæ: & ideo cōtentiofiores quique in dissertationibus, cæterisque colloquiis ad irā mouentur. hoc igitur litigatricis cōtentiofæque animæ superfluum germen iracundum merito propheta execrat: vt sterilis facta desinat noxias res parere, fiatque inde portio conueniens amato-

tori virtutis, non pectus aut ira, sed aurum priuatio. hanc enim optimam portionem Deus sapienti tribuit, posse affectiones excidere. viden' quomodo perfectus perfectam immunitatem ab affectibus semper meditatur? qui autem adhuc proficit Aaron, secundus ab illo, mediocriter, vt dixi, in eis se habet. nondum enim potest pectus & iram excidere. gestat tamen supra id aurigam cum agnatis rationis virtutibus rationale, in quo doctrina est & veritas. hanc differentiam manifestius etiam docebit nos his verbis, dum ait: Pectusculum enim superpositionis, & brachiū ablationis accepi à filiis Israël, de victimis quæ offeruntur pro salute vestra: & dedi hæc Aaroni eiusque filiis. Vides quod hi nō sunt contenti solo pectore, sed assumunt etiā brachium? Moses verò accipit id sine brachio. cur ita? quia hic cum sit perfectus, paruum & humile nihil sapit, ac ne mediocriter quidē vult indulgere affectibus, sed eos egregie omnes omnino excidit. at illi non admodum vehementer ruunt ad repugnandum eis, sed fœdus & inducias cum eis faciunt, conditiones offerendo, quatenus cohiberi per aurigam debeant ab impetu nimio: est autem brachium etiam signū laboris & afflictionis. talis verò debet esse curator ministrusque sanctorum, exercitiis ac labore occupatus. cæterum cui Deus perfecta bona abundanter largitus est, sine labore agit. hoc autem minor reperitur atque imperfectior, qui labore parat virtutem, quā sine labore & negotio Moses accepit à Deo. Nam & labor ipse minor & vilior est quàm quies: sicut & imperfectum quàm perfectum, & à doctore quaesitum, quàm id quod per nos ipsi discimus, hæc causa est cur pectus accipiat Aaron cum brachio. Moses sine brachio. vocat autem pectusculū superpositionis ideo, quia super vim iræ debet imponi & ei præsidere ratio, quæ aurigæ more duriceruicem cōtumacemque equū dirigat. brachiū autem non itidem superpositionis vocatur, sed ablationis. ob hanc causam: quia debet virtutis studium non sibi ipsi tribuere anima, sed auferre à se, & ad Deum auctorem referre: confitendo nō suis viribus nec potentia honestatē acquisitam, sed illius munere, qui amorē eius indidit. nec pectusculū autem nec brachium sumitur, nisi de victima pro salute, & merito id quidem. tūc enim anima seruetur, quando irā domat ratio, & ex labore non prouenit arrogātia, sed totum imputatur Dei beneficētia. Quod autē nō solum supra pectus, sed & supra ventrē ingrediatur voluptas, iā dixi, declarauique maximè propriū eius locū esse ventrem

ventrem. hic est enim voluptatū fermē omnium receptaculū
nam hoc repleto vehementes appetitus excitātur aliarū quoq;
voluptatum. rursus vacuato, quietiores illæ redduntur cōposi-
tioresq;: ideoq; dicit alibi: Quisquis super ventrem quadrupes
graditur, & multos habet pedes, impurus est. talis autē est ama-
tor voluptatis, semper super ventrē gradiēs, & eas quę inde na-
scuntur voluptates. cum répentē autē supra ventrem coniunxit
quadrupedem, nō immeritō. quatuor enim sunt affectus volū-
ptariorū, sicut egregius quidam liber docet. impūrus igitur, tū
qui vna voluptate fruitur, tum qui se volutat in omnibus qua-
tuor. his dictis vide iterū quo differat pfectus ab eo qui adhuc
proficit: certē vt iam ante cōpertū est, perfectus excidit totam
irā ē cōtentiosa anima, reddēs eam cicurē māsuetāmq;, pācatā
mitēmq; per omnia, tū verbo tum opere: qui autē proficit, non
valet quidē hūc affectū excidere: gestat enim pectus, sed erudit
eum rationis iudicio, habētis duas virtutes, doctrinā & verita-
tem. ita nūc quoq; inuenietur sapiēs quidē perfectē voluptates
abiiciens & excutiēs Moses. qui autē proficit, nō vniuersas: vt
qui necessarias simplicēsq; admittit, curiosas & superfluas ca-
uens, tanquā additamēta inutilia. nam de Mose sic scriptura lo-
quitur: Et ventrē atque pedes holocaustatis aqua abluit. Val-
de pulchrē. Totam enim animā dignam quę offeratur Deo, qā
nihil reprehensibile nec inuita nec vltro admittit, sapiēs sacrifi-
cat. qui autē ita est dispositus, totum ventrē eiūsq; voluptates,
cum aliis quę inde nascuntur, eluit & repurgat à sordibus, non
vnam aliquā partem, sed in tantū ista cōtemnit, vt vel necessa-
rios cibos potūsque; aspernetur: rerum diuinarū contemplationē
se sustinēs. Quapropter alibi de illo fertur testimoniū: per qua-
draginta dies panē nō comedit, nec aquā bibit, quādo in mōte
Dei oracula Dei legislatoris audiebat. Nec cōtentus ventri va-
ledixisse, pedes quoq; purgat à sordibus, hoc est fulcra volup-
tatis. sunt autem fulcra voluptatis, res quę gignunt eam. de profi-
ciente enim dicitur, quōd intestina ventris & pedes abluit, nō
totum ventrē. non sufficit enim ad repellēdam totā voluptatē:
satis est si aduersetur eius interanea, id est auctaria: quę volu-
ptarij dicūt esse quedā additamēta pcedentium voluptatum,
inuēta curiosa ministrorū gulę popinariorūmq;, & affectuum
irritamenta modum excedētium: quia ille vltro totam vētris
voluptatem ablegat: hic verō qui adhuc proficit, nō nisi moni-
tus. nā de sapiente sic scriptū est: Ventrē & pedes aqua lauat,
iniussus

iniussus & sua spē. de sacrificiis verō sic: intestina autem & pe-
des, nō lauerunt sed lauant: quod valde cautē dictū est. Oportet
enim perfectū quidem sua spē moueri ad virtutis opera: eum
verō qui etiānum meditatatur, rationem monitricē sequi: cuius
pceptis parere bonū est. Nec illud ignorandum, quōd Moses
totum ventrem, hoc est ventris repletionem reiiciens, ceteros
quoq; affectus propemodum ablegat: dum legislator per vnā
partem de vniuerso manifestē docet; & de eo quod cetera cōti-
net docens, eadem opera subindicat de his quę silentio prater-
rit, quādo quidem vētris repletionē cōprehēduntur reliqua, ceu
fundamēto aliorum affectuū. nullus enim eorū potest cōsistere,
nisi ventrē subnixus, quem basim omniū natura posuit. quapro-
pter post pcedentē Liæ bonā progeniem, quādo foetus ad ani-
mam pertinētes in Iuda, id est cōfessione deuierāt, Deus vt in
posterum corporis etiam profectibus prospiceret, Ballam Ra-
chelis ancillam voluit vel ante hærā suā parere. est autē Balla
irrigatio. sciebat enim qd nihil corporeum subsistere possit
absq; ventris rigatione: sed hic esse principatū regimēnq; toti
corporis, curāq; tantū hoc agētis, vt vita sit incolumis. sed cōfi-
derare oportet omnia verba subtilius, quādo nihil hic nō accu-
ratē dictū esse inuenies. Moses pectusculum aufert, ventrē verō
nō aufert, sed tantū lauat. cur ita? quia perfectus sapiens irascē-
di vim totā potest excidere, alienatus ab ira: ventrē execare ne-
quaquā potest. Nam necessario cibo potūq; vti natura cogitur
etiam si quis paucissimo cōtentus necessarium quoq; cōtem-
nat & meditetur in ediam, lauet igitur ventrē & repurget à cō-
dimentis impuris & superuacaneis. Hoc enim domū diuinit
oblatum virtutis auido satis est. & ideo de animæ adulteratæ
suspecta dicitur: quōd si relicto recto rationaliq; sermone, qui
maritus legitimus eius est, deprehensa fuerit cōsuetudinē ha-
bere cum affectu polluente animā, disrumperetur eius vēter, id
est inexplibilis & infariabilis erit vētris voluptatibus ac con-
cupiscētiis, nec vnquā eis expleri poterit propter suā imprudē-
tiam & institutionē pessimā: sed aliis super alias affluētibus.
eodem affectu laborabit perpetuō. nam nō paucos noui adeō
ventris cupiditatibus deditos, vt quāuis imminente aliquo ne-
gotio, reuocētur ad meracas cōpotationes aliāq; similia. malē
enim cōuenit corporeis molibus cum ingenuis animæ deside-
riis, sed corpora tanquā vasa ad mensurā facta, nihil admittūt
immodicum, quicquid superfluit eiicientia. at concupiscentia
BUN

nunquam expletur, semper indiga, nunquam non siticulosa. Et ideo ut consequens post diruptum ventrem additur femoris laxatio. nam affecta hoc pacto anima simul excidit recta ratio, cui est insita vis seminalis gignendi bonum aliquid. Quod si, inquit, polluta non fuerit, non læderur, & habebit liberorum liberorum, videlicet si ab affectibus impolluta pudicitiam seruauerit legitimo marito, qui sanam rectamque rationem significat: fecundam habebit animam & fructiferam, progenitiuam prudentiam, iustitiam & cuiuscunq; virtutis, ergo possumus deincti corpore non vti necessariis corpori? Est aliquis modus, vide quis. Is qui non sacris inicit, præcipit cuius à quo suum debitum exigit corpus, ut contentus sit necessariis. Ante omnia locus, inquit, sit tibi extra castra, castra vocans virtutem, in quibus militat anima. nec enim in vna sede morantur, prudentia, & corporis curandi necessitas. mox addit: Egrederis inde foras. quam obrem? quia non potest anima cohabitans cum prudentia, & contubernium habens cum sapientia, frui deliciis corporis, tunc enim diuinius alimentis nutritur, scilicet scientiis, propter quas carnem negligit. egressa enim sacratis virtuti ossibus, tum demum vertitur ad hoc corpus grauantes prementesque materias. quomodo igitur his vti dum? Paxillus, inquit, in zona tibi pendeat, quo cauum fodias. hoc est, præsto sit tibi ratio quæ affectum effodiat, astringens. affectus enim postulant nos accinctos esse, non vti cinctura laxiore. quapropter etiam de transitu per eos, qui pascha nominatur, præceptum extat, quo monemur lumbos accingere, siue astringere concupiscentias. hic igitur paxillus, hoc est ratio, comitetur affectum, obstaturus ne se effundat. Sic enim fiet, ut solis contentis necessariis, abstinemus à superfluis: ut vel in conuiujs atque parata rerum copia, quæ ad usum simul & luxum satis sit, rationem adhibeamus, quæ nos tanquam scutum protegat: ut neque vltimo modum cibos lani more ingurgitemus, neque nimio mero expleti, per ebrietatem in delirationem prolabamur. Nam ratio si pesceat refrenabitque procliuiorem talis affectionis impetum. ipse quidem sæpe hoc mihi vsu venisse memini. accedens enim ad in-disciplinata conuiuia, cenamque sumptuosas, nisi rationem mecum adduxissent, mancipabar rebus apparatus, abstractus à domini immanuetis, videlicet qui spectatu, auditu, odoratu gustuque voluptatem pariunt. Sed quoties accedo cum rationis delectu, iam non seruus fio sed dominus, & egregie vinco victoriam honestam animam in certamine constantiam temperantiamque, resistens opponensque

me omnibus cupiditatibus, quæ solent immoderatos pessundare. Fodies, inquit, paxillo, id est, put tibi est ingenium procliue ad cibum, potum, aut ea quæ sub ventre sunt, ratione aperies & distinguas, ut vbi discreueris, verum cognoscas. tunc enim scies in horum nullo inesse bonum, sed necessarium tantum & utile. Mox addit: Operies turpitudinem tuam, admodum recte. Adhuc enim & anima rationem ad omnia, qua operitur, obumbratur, occultaturque; omnis turpitudine carnis & affectuum, quicquid enim ratione caret, turpe est: sicut decorum, quicquid cum ratione coniunctum. itaque voluptatis amicus supra ventrem graditur: perfectus autem ventrem totum eluit: qui vero proficit, intestina. at qui adhuc in rudimentis hæret, foras exit, quando ad requisita ventris assignat. Recte quoque additur: Gradieris supra pectus & supra ventrem. Voluptas enim non est quiescentium & stantium, sed commotorum & perturbatione plenorum: & sicut flamma continue mouetur, ita cuiusdam flammæ more affectus hic in anima excitus, non sinit eam quiescere. ideo reclamatur his qui aiunt sedandi vim inesse in eo. quies enim ligno & cuius inanimato est propria, voluptas vero aliena ab hoc genere. tunc rationem enim & conuulsionem quandam appetit: & interdum non quietem sed continuum vehemensque exercitium postulat. Illud autem Terram comedas omnibus diebus vitæ tuæ] appositè dictum est. nam corporalis voluptatis alimenta terrena sunt, nec immerito. Duo sunt ex quibus constat, anima & corpus. hoc est terra factum, illa Dei fragmentum æthereum. Inspirauit enim in faciem eius spiritum vitæ, & factus est homo in animam viventem. pulchre igitur conuenit ut factum est terra corpus cognatis alatur cibis quos terra producit: at illa æthereæ naturæ portio, scilicet anima, habeat alimenta diuina æthereamque, nam scientiis nutritur, non cibo aut potu, quibus corpus indiget. Alii porro animam non rebus terrestribus sed celestibus, testabitur amplius sacra scriptura: Ecce ego pluo vobis panes de caelo, egredietur populus & colligat quæ sufficiunt in die: ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non. Videntur alimenta animæ non terrena & corruptibilia, sed verba quæ Deus pluit de sublimi puraque natura: quæ nunc calum nominauit. Egredietur sanè populus & omnis coetus animæ, incipiatque colligere scientiam, non aceruatim, sed quantum sufficit in die. sic enim fiet primum ut ne simul & semel exhauriatur immense opes gratiarum Dei, sed exundet torrentis in more. deinde ut quisque sumpta mensura

mensura quæ sufficiat, reliquorū dispensationē permittat Deo, qui verò vult omnia colligere, desperationē sibi parat & molestiam maximā. desperat enim, si nūc tantū, non etiā in posterū sperat Deum sibi pluiturū cōmoda: & infidelis est si non credit & nunc & semper gratiā copiosē dandam his qui digni sunt; & demens est, si putat se posse inuito Deo seruare quæ collegerit, paruo enim momento eum qui securitatem constantiāque mentis sibi arrogat per iactantiam, infirmum reddit incertūque custodem rerū quas seruare sibi videbatur, collige igitur o anima quæ sufficiunt & cōueniunt, vt neque plus satis exuberent, neque infra modum collecta inopiam afferant: vt iusta mensura vtendo, nihil iniquē facias. meditantem enim te migrationem ab affectibus & pascha immolantē oportet modicos profectus non nimios facere. Colligat, inquit, vnusquisque ex eo quātum sufficit ad vescendū. Ergo & in māna & in quolibet dono quod Deus largitur nostro generi, decet contentū esse certa mensura certōque numero, nec plura quā pro capacitate sumere per auaritiam. colligat potius anima quantū quotidie sufficit, & custodiam bonorū suorū munificentissimo Deo credat magis quā sibi. id cur ita censeam, dicere nunc non alienū a proposito fuerit. Per diē lux intelligitur. Lux autem animæ est eruditio. mulri igitur animæ lumina parauerūt sibi in noctē & tenebras, nō in diem & lucem: qualia sunt primā rudimenta disciplinarum omnia, & encyclopaedia quam vocant, ipsaq; philosophia propter delicias expetita & auctoritatem apud principes. at homociuilis diurnū parat in diem, & lucē in lucem, & honestatē propter ipsam solam nō propter quicquam aliud, ideōque additur. Vt tentem eos vtrum ambulent in lege mea, an nō.] hoc enim Dei lex iubet, virtutē propter ipsam colere. itaque studiosos virtutis tāquam nummos examinat recta ratio, vtrum vitium habeant, animæ bona referendo ad res externas; an proba moneta sint. conseruādo ea in sola anima. hi non terrenis cibis aluntur sed scientiis cælestibus: quod alijs etiam verbis docet sacra scriptura, cum dicit: Mane quoque ros iacuit per circuitū castrorū & ecce in superficie terræ in solitudine tanquā corianum albu in similitudinē pruinae super terrā. quod cū vidissent, dicebāt alius ad alium, quid est hoc? ignorabāt enim quid esset. quibus ait Moses: hic est panis quem dominus dedit ad vescendum: hic est sermo quem pracepit dominus.] Viden' cibū animæ qualis sit: verbum Dei cōtinuum, rori simile, per circuitū totam complectens;

plectens. & nullam partem eius expertē sui relinquens. hic sermo non vbiq; apparet, sed vbi desertū est vacuum vitii & affectibus: estque tenuis qui percipiatur & intelligatur, pellucidusque valde ac purus aspectus, & coriano similis, aiunt autē rei rusticæ periti, etiam si semen hoc cōcidatur minutissimē, singulas portiunculas & micæ satas germinare, nō secus quā corianū solidum. Huiusmodi est etiā sermo Dei: qui vel integer iuuare potest, vel quacunq; sui particula. Quid si *κρῖς*, id est pupillæ oculi, similis dicitur: sicut enim hæc quāuis minima particula, videt hos cælestes orbis, & immeasum mare, & aëris amplitudinem. præterea solis tam occidentis quā orientis terminos; pari modo sermo quoque diuinus cernit acutissimē, qui sufficit inspicendis rebus omnibus, per quæ videbūtur quacunq; digna spectatu: ideōque albu est māna. Quid enim fulgidius Dei sermone aut radiātius? cuius participatione & alię res caliginē ac tenebras excutiunt, quę appetunt lucē animarū: huic sermoni quiddam peculiare accedit. nā quādo animā ad se aduocat, gelu excitat in omnibus rebus terrenis, corporeis, ac sensibilibus. ideo dicitur, tanquam pruina super terrā. Quoties enim homo Deū videns, fugā meditatatur ab affectibus, congelantur vnde, hoc est impetus ac moles eorū & iactantia. cōcreuerunt enim vnde in medio mari, vt transiret affectū Israël videns Deum. Itaque percontatur se inuicem animæ, quæ admiserunt quidē iam sermonem, sed nō possunt dicere quidnā sit. Nam saepe perfusi dulcedine, saporem nescimus vnde illa proficiscitur; & suaves odores olfaciendo, quānam sint ignoramus. Sic & anima sæpe gaudens non potest indicare causam suæ lætitiæ: sed docetur ab initiatore vateque; Mose dicente: Hic est panis, cibus quē dedit Deus animabus, vt se pascant verbo ipsius atque sermone. Nam hic est panis datus nobis ad vescendum, videlicet verbum hoc. Dicitur autē etiā in Deuter. Et afflixit te pressitque fame, & cibauit te manna, quod tui patres ignorauerant, vt annuntiem tibi, quod nō solo pane viuet homo, sed omni verbo quod procedit ex ore Dei.] Afflictio ista propitiatio est. Nā per tales afflictiones nostris animabus ceu decimatis propicius redditur. Quoties enim spoliamur iucundis rebus, affligi videmur: reuera autem sentimus Deum propiciū. Infigit nobis etiam esuriem, non virtutis, sed vitiosam illā & affectibus obnoxia. Argumēto est, quod nutrit nos verbo suo generalissimo. Interpretatur enim māna; quid hoc est, scilicet rerū generalissimū. Verbum quoque Dei superius

perius est vniuerso mundo, antiquius generaliusq; creaturis omnibus. Eum sermonē partes ignorauerāt, non illi veri progeneratores nostri, sed lōgeuitate caui, qui solēt dicere, Da nobis duccem, & reuertamur ad Aegypti vitia. Audiatur igitur anima vocē Dei: quod nō solo pane viuet homo factus ad imaginem, sed omni verbo quod procedit ex ore Dei, hoc est, & toto verbo nutritur, & eius partibus, per os enim sermo significatur. Porro verbū pars sermonis est. Nutritur autē perfectionū quidem anima toto sermone: ceterū nos cōtenti essemus nutriri vel parte eius quāpiā. Et illi quidē optāt nutriri à sermone Dei: Iacob vero supra ipsum sermonē exerēs suū caput, ait se nutriri ab ipso Deo. Sic autē loquitur: Deus qui nutrit me ab adolescentia mea vsq; in presentē diem, angelus qui eruit me è cūctis malis, benedicat his pueris. Pulcherrimus loquēdi modus, nutritorē Deū, non sermonē eius, existimat. Ceterū angelū eius, qui est sermo, tanquā morborū medicum: idq; admodū naturaliter. Pronunciatur em̄ propheta, primaria quidē bona ex persona ipsius Qui est dari: secundaria verò per angelos & sermones eius. secundaria verò sunt, quæ ad morborū sanationē pertinet. Proinde sic opinor: sanitatē mēā quam nullus morbus præcessit in corpore, Deū per semet solū largiri: liberationem autem à morbo etiā per artem & medicinā: dum finit & à scientia & ab artifice non iuari in speciē, ipse sanans vel per hæc, vel citra horum operā. Ad eundem quoc; modū se habet anima, bona & alimenta largitur ei per seipsū: per angelos verò & sermones, quicquid ad sanādos morbos pertinet. Has autē preces fudit patriarcha, reprehendens Ioseph illum administratorē reipub. licæ ausum dicere: Enutria te ibi. Dixerat enim, properantes ascendite ad patrem meū, & nuntiate ei, Hæc dicit, & reliqua. Descende ad me, & nequaquā maneat, & enutria te ibi. Durabit enim fames per quinquenniū. Reprehendens igitur admonēnsq; eū qui sibi sapiens videbatur, inquit: O tu scito animæ cibum esse scientiā, quam non sermo sensibilis, sed Deus largitur, qui nutrit à iuuetute primòq; flore vsq; lucem extremam, ipse me replebit. Sed Iosepho idem accidit quod matri eius Racheli. nā & ipsa existimabat creaturam posse aliquid, quapropter dicit: Da mihi liberos. Sed supplantator similis sui dicit: Erras errore maximo. Nec enim ego pro Deo tibi sum, qui solus potest aperire vuluas animarum, & eis infeminare virtutes, vt grauidæ factæ res honestas pariant. Saltem sororem tuam Liam cōsidera, & comperiet

peries à nulla creatura semen eam excepisse aut geniturā, sed ab ipso Deo. Cū enim vidisset dominus Liā haberi odio, aperuit valuam eius: Rachel autē erat sterilis. Ac rursum vide hic virtutis exilitatē in opere. Deus vuluas aperit, benefacta in eis seminans. Vulua autem quæ virtutem excepit à Deo, non parit Deo: nullius enim indiget Qui est: sed mihi Iacobo parit filios, nam propter me seminavit Deus in virtute forsitan, nō propter seipsum. Igitur alius quidē maritus Liæ quiescens inuenitur, alius pater natorum ex Lia liberorū. maritus qui vuluam aperit: pater liberorum, qui hos gignere dicitur. Et inimicitias ponā inter te & inter mulierem.] Reuera voluptas inimica est sensui, quamuis sunt qui putent amicissimam. Sed sicut adulatorem nemo amicū dixerit: est enim adulatio vitium amicitie; sic & voluptatem si examines, inuenies adulterinam familiaritatem insinuantē se sensui, certē saturatis voluptate omnes sensus luxantur. annon cōsideras istos vini amatores ebrios, quomodo videntes nō videant, audientes non audiāt, impotes etiā reliquorum sensuum, Fathi scit enim tunc instrumentum sensitiuum, quemadmodū intenditur in sobriis, non iam surdos externē ictus excipiens, sed sonoros clarosq;, & ad mentem vsque penetrātes cum sonitu. Oportet enim vt hæc extremum ictum agnoscat, & characterem eius manifestū excipiat. Et obseruandum non dixisse, Inimicitias ponam tibi & mulieris sed inter te & mulierem. Cur? Quoniam in medio & tanquā confinio voluptatis sensusq; hoc bellū nascitur, id amborum medium, cibus & potus est, aptum ad quæcumq; sensibilia huiusmodi, facultatē voluptatis inducendæ habentia. his quoties se voluptas ingurgitat, præsentaneam sensui noxam afferunt. Ceterum illud, inter te & inter semen eius, ipsum quoque ratione physica dictū est. Nam omne semē est generationis principium; principium autem voluptatis, non affectus, sed bruta concitatio sensus quæ per mentem fit, nam à mente velut fonte quodam manant sensitiuæ potētia, præsertim iuxta doctrinā Moysis sanctissimi: qui ex Adamo factā narrat mulierem, ex mente sensum videlicet. ergo sicut voluptas se habet ad sensum, sic affectus ad mentem. unde sequitur vt quoniā illa duo inimica sunt inuicē, hæc quoq; sint hostilia: quod bellū nulli non liquet, itaq; superante mente, affectus non sustinens intelligibiles & incorporeas res, profligatur. contra quoties hic vincit malā victoriā, cedit mens, impositus sui suarūq; actionū omnium. Proinde alibi dicitur, quod

attollente manus Mose, præualebat Israël: demittente autē, præualebat Amalec. quibus verbis hoc docemur, quod mēs quādo attollit seipsā supra mortalia, & sublimis fertur, vim concipit vt Deum videat, quod est Israël. quādo verò nervos suos hæc remittit relaxatq; mox affectus præualeat, scilicet Amalec, qui interpretatur populus elingēs. reuera enim absumit totā animā & abligurit, ne semen quidē aut scintillam virtutis reliqua in ea faciens. quamobrē scriptum est: Principium gentiū Amalec. quoniam in miscellaneam gentiū conuenarum colluuiem cōfilio carentē affectus exercet dominationem atq; imperiū: per hunc omne bellum excitatur in anima. Ergo quibus mētibus Deus pacem largiri dignatur, in his pollicetur deleturū se sub cælo memoriam Amalecitarū. Quod autem dicitur: Ipse seruabit caput tuum, tu seruabis eius calcaneū.] In verbis barbarissimum habet, in sensu bene dictū est: quomodo? reliquum reddendum est de muliere. mulier autē ipse non est, sed ipsa. Quid igitur dicendū? à sermone de muliere transitionem fecit ad semen eius & principiū: principiū autem sensus, intellectus, isq; masculus, de quo debet dici ipse, flectendo de cætero vocē hanc similiter. Rectē igitur ad voluptatē inquit, ipse intellectus seruabit tuum caput, & principale decretum, tu verò gressus eius & vestigia placitāq; quibus insistit, quæ calcanei vocantur per similitudinē. Vox autem seruare duo significat: vnū, quasi custodire & reponere: alterū, ac si dicas obseruare vt per dolū interimas. necesse est autē mētem vel bonā vel malam esse. mala dici potest custos promāq; voluptatis: nā hac delectatur. bona verò inimica, expectās occasionē tollendā ē medio per insidias. ecōtra voluptas, insipientis plantā seruat: sapiētis autem basim destruere conatur & subtrahere, existimās hunc sibi moliri perniciem: insipientē verò modis omnibus ipsius saluti consultū cupere. nihilominus quāuis videatur supplātare deciperēq; probum virū, ipsa supplātabitur à Iacob exercitato luctis talibus. lucta, inquā, non corporis, sed qua luctatur anima cum aduersariis moribus, ipsā per affectus vitiaq; oppugnātibus, nec prius dimittet plantā affectus aduersarij, quā ille det manus, seq; supplantatū ac bis victū fateatur, & in iure primogenituræ, & in benedictione. Iuste, inquit, inditū est ei nomē Iacob. iā enim iterū me supplantauit. olim ius primogenituræ mihi ademit, nunc interceptit meam benedictionē. antiquius autem ius malus quidē putat corporis, bonus verò animæ. sicut reuera est, nō

tempore

pore sed potentia dignitatēq; potius, & verè prius. sicut & princeps in republica, principatū autē anima habet in hac copula. ergo primatū obtinuit is qui altero virtute potior fuerat, qui honor ipsi debebatur. nā & benedictionē accepit cum perfectis precibus. vanus autē est & suamet existimatione sapiēs qui dicit: meas benedictiones & ius meæ primogenituræ accepit. nō enim tua ō tu accipit, sed tuis cōtraria. nā quæ tua, seruitio digna sunt, at quæ illius, dominio. tibi verò etiā optanda apud sapientē seruitus, à quo monitus castigatūsq; ignorantia ac ruditate pestes animæ exuas. nā inter faustas apprecationes pater sic tibi dicit: Fratri tuo seruias, sed nō nunc. nec enim ferret te habenas detrectatē. sed vbi solueris iugū à ceruice tua: nimirū abiectis illis elatis spiritibus quos sumpsisti postquā te ipsum subiugasti affectuū vehiculo, aurigāte insipientia. nūc quidē seruus es molestorū herorū & intolerabiliū, qui non solent quenquā manumittere. quod si fugitiuus eos deserueris, excipiet te amator seruorū dominus cū certa spe futuræ libertatis, nec vnquā exhibebit heris priorib;: vtpote qui didicit apud Mosē præceptū decretūmq; necessariū: Nō trades domino suo seruū qui ad te cōfugerit: habitabit tecū in loco quicūq; ei placuerit. Sed tātisper dū tibi nō libet aufugere, & maus taliū dominorum habenas perferēdo indignū te seruiture sapiētis facere, satis declaras mores tuos illiberales seruilēsq; cū dicis, ius meæ primogenituræ, & meas benedictiones. sunt em̄ hæ voces de lapso- rum in summā ignorantia: quia soli Deo cōpetit hæc vox Meum. eius enim solius possessio est hæc rerū vniuersitas, attestate vel ipso cum dicit: Dona mea, munera mea. Obserua dona differre à muneribus. illa enim magnitudinē perfectorū bonorum præ se ferūt, quæ Deus perfectis donat gratuita. hæc intra paruū modū cōtrahuntur, quorū participes sūt generosi exercitatores proficiētes adhuc. ideo Abrahā quoq; secutus Dei voluntatē, res suas à deo sibi cōcessas retinet: recusat autē equos regis Sodomorum, tanquā mercedes meretricū. Moses quoq; res maximas & controuersias tractare dignatur, minores causas demandat cognocēdas iudicibus secundariis: cæterū qui audent dicere suū esse aliquid, sempiterna seruitute notabitur, sicut ille qui dicit: Contētus sum hero meo, vxore mea, meisq; pueris. non cupio liber euadere. Rectē quod seipse in seruitutē asserit. Qui enim potest esse nō seruus dicēdo: meus herus intellectus est dominus sui & in potestate propria: meus sensus sufficit ad

f iij discerni

discernenda corpora: mea sunt quæ ex his progignunt, ex intellectu intelligibilia, è sensu sensibilia. in me situm est vel sentire vel intelligere. Sed nõ satis est ipsum suo pte damnari testimonio, quin & Dei percellit sententia, iussus certam æternamq; seruitutem sustinere, aure perforata in super. ne sermones vitæ percipiat. utq; in perpetuum intellectui sensibilibusq; seruiat, malis dominis & inclementibus. Mulieri quoq; dixit: Multiplicabis multiplicabo dolores tuos & gemitus tuos.] Mulieris, hoc est sensus, proprius affectus est tristitia, quæ dolorè nominat. circa idem enim subiectum versant delectatio & tristitia. delectamur autem per sensus, proinde necessario per eisdem contristamur. sed bona purgataq; mens minimè tristatur: quia talis sensus nõ admodum impetunt. in insipientem autem affectus superfluunt, quod nõ habeat in anima remediũ, quo pestes à sensibus rebusbq; sensibilibus proueniẽtes arceat. sicut enim aliter pulsatur athleta quàm seruus: hic non reluctans sed præbens se flagris submittensq; : athleta verò resistens, repugnans, & illatos ictus repellens: & aliter raditur homo, aliter pellis: hæc enim nihil aliud quàm pati cernitur: homo verò & ipse vicissim agit non nihil, eo gestu se præbendo quo radat facilius: ita irrationalis quidam homo incipientium more cedit alteri, & perfert tristitias tanquam heras intolerabiles, ne obtueri quidem in aduersas sustinens, ut qui nequit masculas ingenuasq; cogitationes sibi contrahere. quo fit ut multitudo immensa dolorum ei per sensus ingeratur. contra vir scientia præditus in modum athletæ poterit, robuste, fortiterq; gradum inferens contra cuncta tristitia magnos fert spiritus, ne vulneretur ab eis, sed repellat singula. Et ut puto posset iuueniliter exclamare contra dolorum illud ex tragedia: Cõbure carnem hanc, cõcrema, repleto te Meo cruore. nã prius vel sidera Terram subibunt, terra vel scandet polum, quàm mollis à me extorqueatur vox tibi. Sicut enim sensibus Deus omnia tristitia cumulatè apposuit: ita probæ animæ vberimã bonarum rerum copiam elargitus est. Quapropter de perfecto illo Abrahamã ad hunc modum loquitur: Per memetipsum iuravi, dicit dominus: quia fecisti verbum hoc, & nõ peperisti filio tuo dilecto propter me, omnino benedicẽs benedicam te, & multiplicans multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in maris littore.] Rectè iure iurando confirmavit pollicita, idq; tali quale Deum decebat, vides enim quod nõ per alium Deus iurat: nihil enim illo præstantius, sed per seipsum qui

qui est omnium optimus. Non defuerunt tamen qui negarẽt conuenire Deo iurandum. id enim ad confirmandam fidem assumitur: at Deus solus fidelis est. & si quis amicus dei, sicut Moyses dicitur fidelis in tora domo fuisse. & alioquin ipsa Dei verba iuramenta sunt legesq; diuinæ & iura sacratissima, quod autem vim maximam habeat argumẽto est, quod effectu nõ caret quicquid ille dixerit: id quod iuratum est proprium. unde consequitur, omnes Dei sermones esse iuramenta per effectus suos confirmata. Aiunt sane iurandum testimonium esse Dei de re de qua ambigitur, quod si Deus iurat, sibi ipse fert testimonium, quæ res absurda videtur. aliud enim oportet esse qui testis est, aliud cui perhibetur testimonium. Quid igitur dicendum? Primo nõ pugnare cum aequitate quod Deus sibi ipse testis est. Quis enim alius potest ei testis esse idoneus? deinde, quod ipse sibi est quicquid habetur in pretio, cognatus, familiaris, amicus, virtus, felicitas, beatitudo, scientia, intelligentia, principium, finis, totum, vniuersum, iudex, sententia, consilium, lex, actio, principatus. & alioquin etiã modo hæc verba Per me ipsum iuravi, accipiamus ut debemus, nullum erit à nugacitate sophistica periculum. videndum ergo nõ dicat tale aliquid, nulla quatuus sublimis creatura potest firmè constantèq; de Deo credere, nulli enim ostendit suam naturam, sed voluit omnibus generibus esse inuisibilem. Quis enim potest de vniuersorum causa certo definire, sit ne incorporea, carnis qualitate, an non careat, aut certe ad essentiam, qualitatem, motum eius, atq; habitudinem? sed solus de seipso asseuerabit, quandoquidem solus verè suam naturam pernouit. solus igitur deus idoneus est qui primò de seipso certo pronuntiet, deinde de suis etiã operibus. itaq; merito iuravit per seipsum, fidem sibi ipse astruens, quod nullus alius poterat. ideo celsendi sunt impij, qui se aiunt per Deum iurare. nemo enim per eum iurat ut oportet: quia nemo potest naturam eius cognoscere: imò bonum est si vel nomen eius noscimus, hoc est verbum, quo interpretate innouit. Hoc enim nobis imperfectis Deus est, sapientibus autem perfectisq; ille primus. Certè Moyses admiratus illius ingeniti summam excellentiam, dicit: Et per nomen eius iurabis, nõ per illum ipsum. satis enim est per genitum fidem astrui, & testimonium habere à verbo Dei. Cæterum Deus ipse sibi fides sit, testimoniumq; certissimum. Quod autem legitur, quia fecisti verbum hoc, pietatem significat. Rectum est enim omnia propter Deum facere: quæ propter nec dilecto filio parcimus, virtuti videlicet, felicitatem hanc cedentes ipsi auctori, dignum existimantes ut progenies nostra Dei possessio

fiat potius quàm vilius creat iræ. Pulchrè & illud dictum: *Benedicens benedicam.*] Multa enim benedicenda quidam faciunt, sed nō in hoc vt benedicatur. nā & malus officia quædam facit, se l nō officiosè. & ebriosus furēnsq; interdū sobria loquitur facitq; sed nō mente sobria. & pueri admodū infantuli non ex rationali habitudine (nōdum enim rationē à natura didicerunt) multa tamē tum dicunt tum faciunt quæ ratione præditi. Vult autē legislator sapientē non per occasionē & facile fortuitō q; rationālē videri, sed ex habitudine dispositionēq; rationali. ergo quasi nō satis sit infortunato sensui abundare multis doloribus. additur, & gemitibus. Est autē gemitus dolor intensus atq; vehemēs. nā sæpe tristamur nō gementes: sed quoties ingemiscimus, valde molestè inūdamur obruimurq; doloribus. Est autē duplex gemitus: alter eorum qui cupiētes appetētēsq; iniquitatem non sunt eius compotes: & hic malus est. alter poenitentium & grauitè ferentium anteaactam vitam, dicentiūmq; ō nos miseros, quārum temporis exegimus laborantes morbo insipientiæ, & occupati studiis iniustitiæ. Qui gemitus nunquā accidit nisi defuncto in anima rege Aegypti, hoc est impia voluptariāq; consuetudine. Nam post multos dies illos mortuum est rex Aegyptiorum: moxq; post mortuam malitiam ingemiscit vicem suam videns Deum. Ingemuerunt enim filij Israël corporeis & Aegyptiacis operibus. Quandoquidem quā dī viuūt & regnat in nobis consuetudo amica voluptatum, persuadet animæ vt peccatis suis delectetur ac gaudeat: quæ mox mortuo rege tali gemit, & exclamat ad dominum, supplicās ne muret iterum, neve ad absolutam perfectionem non perueniat. Multis enim animabus poenitentiam experētibus non cōcessit Deus. sed tāquam æstu refluxo abreptæ sunt retrorsum: quemadmodum & Lot vxor in saxum versa est propter adamatā Sodomā, & quia ad ingeniū, in qualia Deus anima dūerterat, reuertē fuit. Cæterū in presenti contextu subiungitur: *Ascendisse clamorem populi ad Deum: quod gratiæ diuinę testimoniū est.* nihil enim ille potētia sua supplicationem ad se attraxisset, nunquam hæc ascendisset: hoc est nō extulisset se incipiendo in altū crescere, fugiēdoq; humilitatē rerum terrenarum. Ideo dicit in sequentibus: *Ecce clamor filiorū Israël venit ad me.*] Egregiū significat peruenisse ad Deum preces supplicum: quæ nō peruenissent, nisi bonus esset qui eas euocat. atq; etiam vltro inuita quæsdā animas. *Veniam ad te & benedicam te. Videte quāta summa*

summæ illius causæ gratia non expectantis nostram procrastinationem, sed insigni beneficio præoccupantis animā. nam hæc Dei vox oraculum est. nā si mentē subierit cogitatio de Deo, cōfestim accepta benedictione sanatur ab omnibus infirmitatibus. at sentiēdi vis semper dolet gemitq; & cū doloribus tristitiisq; parit sēsū: sicut ipsa scriptura dicit: *In doloribus paries filios.* ex visu enim visio nascitur, ex auditu auditio, ex gustu gustatio, & in vniuersum ex vi sentiēdi ipsa sensus actio: sed nō sine magna molestia in insipientē vnūquodq; horum fit. nam hic molestè videt, audit, gustat, olfacit, & quocūq; sensu vtitur. Ecōtrā virtutē inuenies cum ingēti gaudio gestare vterū: & bonum partum cum risu ac animi irāquillitate parere, & scetum hinc vtriq; parēti hilaritatē afferre. nam quod sapiens gaudēs & nō dolēs gignat, his verbis testatur diuinū eloquiū: *Et dixit Deus ad Abrahā: Sarra vxor tua non vocabitur posthac Sara, sed Sarra nomē eius erit. Benedicam ei, & dabo tibi ex ea filium.* mox addit: *Et procidit Abraham in faciem suam, & risit sic cogitās: Num cētenario nascetur filius? & Sarra exactis annis nonaginta num pariet?* Hic certè apparet quā gaudeat rideatq; quia geniturus est fortunatum illum Isaac, testante inibi propheta: *Desierant Sarra fieri muliebria, risitq; intra se cogitans: Nunquam hætenus cōtiguit mihi tāta felicitas. Sed dominus meus, Dei verbum, senior est: quem posse hoc necesse est, & decet nos pollicēti credere.* Quin & partus ipse risus est ac gaudium: sic enim Isaac intrerpretatur. *Doleat igitur sensus, virt' cōtrā perpetuò gaudeat.* Postquā enim nata est felicitas, mater sibi placens dicit: *Risum fecit mihi dominus, nā quicumq; rē audierit, mihi gratulabitur.* Itaq; quotquot estis initiati, expāsis aurib' accipite mysteria sacratissima. *Risus est gaudiū. Fecit perinde valet ac genuit.* ex quibus verbis colligitur hæc sentētia Isaacū genuit dominus. nā ipse est perfectæ naturæ genitor, semen iaciens in animas, & felicitatem generās. Et ad virum tuum, inquit, conuersio tua.] Duo sunt viri sensuum: alter legitimus, alte adulter. nam viri more visibile mouet visum, vox auditū, sapor gustū: idē de cæteris quoq; intelligitur. per hæc brutus sensus cōuersus attractusq; venit in potestatē alienam. sic pulchritudo visum in seruitutem suā redigit, sic suavis sapor gustū, sic reliqua sensibilia suū quodq; sensum. Cōsidera liguritorē quomodo seruit condimentis coquorū atq; cupediariorū: eum qui propensus est ad cantū, quomodo deuinciatur à cithara tibiāq;

vel à docto cātore. at sensus qui se vertit ad intellectum virum suum legitimum, ingentē utilitatē ex eo percipit. Videam⁹ igitur deinceps quid & de ipso intellectu narretur, moto præter rectā rationem. Ad Adā autē dixit Deus: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de arbore de qua præceperā tibi ne comederes, maledicta terra in operibus tuis.] Nihil inutilius quàm audiri sensum ab intellectu, & nō eōtrā potius. Debet enim semper præesse melior, subesse deterior. At intellectus sensu est melior. Ergo sicut auriga regere, & iumenta habens quæ placet flectere currus procedit: illis verò cōtumaciter frenum inordētib⁹, & auriga trāuersus fertur, & iumenta interdū impetu suo rapiuntur in cœnum, cursu prorsus aberrare: & sicut nauis recte nauigat, donec gubernator elauum tenens eam dirigit: periclitatur verò quando vento resiante mare totum occupatur à fluctibus: ad eundē modum quando animæ auriga gubernatorq; intellectus imperium totius animalis tenet, tāquam magistratus in ciuitate, vita prosperatur: quando verò brutus sensus primatum occupat, confusio vehemens sequitur, haud fecus quàm dominis oppressis à suis seruitiis. tūc enim, si vera fatēda sunt, intellectus accensus deflagrat, sensibus flammam nutriētibus, & sensibilia in eam congerentibus. Quale incendium per sensus excitarum Moses quoque indicat verbis his: Et mulieres amplius etiam accenderunt ignem in Moab.] Hæc vox interpretatur Ex patre. Pater noster intellectus est. Tunc, inquit, dicent ænigmata: venite in Efebon, vt ædificetur & exornetur ciuitas Seon. Quoniam ignis exiuit ex Efebon, flāma ē ciuitate Seon: & deuorauit vsque Moab, & deleuit columnas Arnon. Væ tibi Moab, perit Chamos. Venditi sunt filij eorum vt seruiret: & filia eorum captiua adducta sunt regi Amorrhœorum Seon, & semen eorum peribit ab Efebon vsque Debon, & mulieres amplius etiam accenderunt ignem in Moab.] Efebon interpretatur cogitationes. Hæ autem sunt ænigmata, plena obscuritate. Considera cogitationem medici: vacuabo ægrotum, nutriam, remediis curabo diætāque, secabo, vram cauteribus, sed sæpe natura & absque his sanauit, & cum his interemit, vt medici cogitationes nihil aliud quàm somnia sint inuentæ, plena obscuritatis & ænigmatum. Rursum agricola dicit: Semina iaciam, plantabo, crescent plantæ, ferent fructus, qui nō solum ad vsum proficient necessarium, sed ad copiā etiam sufficientem. Post has cogitationes aut flāma repētina, aut procella, aut imber cōtinuus,

tinuus corrumpit omnia. Interdū fructus respōderunt operæ, sed nihil inuerunt eum qui sic cogitauerat, morte præuentū, & frustra sibi fructus laboris pollicitum. Proinde optimū fuerit Deo credere, non incertis cogitationibus coniecturisque fallacibus. Abraham ille Deo credidit, & iustus reputatus est. Moses item præest populo, cum testimonio quòd sit fidelis in tota domo. Quòd si credemus propriis cogitationibus, ædificabimus exornabim⁹q; ciuitatē corrumpentis veritatem intellectus. Seon enim interpretatur corrumpens. Quāobrem experrectus qui somniauerat, inuenit quòd omnes motus processūq; insipientis sint mera insomnia nihil veritatis habentia, nam ipse intellectus somnium esse conuincitur: quia certissimū est Deo credere, & fallitur qui credit vanis cogitationibus. irrationalis autē impetus exiens proficiscitur vtroq; & ad cogitationes, & ad intellectum qui corrumpit veritatem. Ideo dicit scriptura: Ignis exiuit ex Efebon, flamma ē ciuitate Seon.] alienum enim à ratione credere vel cogitationibus probabilibus, vel intellectui corrumpenti veritatem, deuorat tamen etiam vsque Moab, id est vsque intellectum: quem enim alium quàm miserum intellectum falsa opinio decipit? Deuorat, depascitque atque etiam deglurit columnas quæ sunt in eo, hoc est, particulares concupiscentias, quæ tāquam in columna impressæ insculptæq; sunt. Arnon autem sunt hæ columnæ, quod interpretatur lux eorum, quoniam vnaquæq; res in cogitatione illustratur. mox incipit deplorare arrogantem suiq; amantem intellectum. Væ tibi Moab ciuitas.] Si enim attendis ænigmata, quæ tibi insidiantur verisimili specie, amisisti veritatem. populus Chamos, hoc est populus tuus & potentia, inuentus est cæcus & orbatus luminibus. Chamos enim interpretatur, quasi palpatis: quod visu carentis est proprium. horum filij quidē sunt particulares cogitationes exules: sententiæ verò tanquam filie, quæ captiua adducuntur regi Amorrhœorū, hoc est doctori loquentium: quia Amorrhœi interpretantur loquentes, qui garrulum populum significāt. horum imperator sophista est, callidus ad inueniendū sermonū artificium: cuius loquacitate decipiuntur qui transcendant veritatis terminū. Seon igitur corrumpens rectam veritatis regulā interiturus est vnā cum suo semine: & Efebon ænigmata illa sophistica vsq; Debon, quod intelligitur iudicatio: valde accommodatē, nā verisimilima probabiliq; nō habet veritatis scientia, sed iudiciū & cōtrouersiam, cōtentionemq; litigiosam

giosam ac pernicacē, & reliqua his similia. nec satis erāt intel-
lectui suę propriæ pestes intelligibiles, sed & mulieres ampli
etiam accenderunt ignē, scilicet sensus, excitato in eū incendio
maximo. animaduerte quale sit quod dicitur. plerunque noctu
cessantibus omnibus sensibus, de multis variisq; rebus cogita-
tiones incōsistentes nobis incidunt, dum anima haud quiescēt
à motu perpetuo infinitas mutationes recipit. ad eam corrupē-
dam sufficiebāt vel quæ ex ipsa gignuntur, nunc etiā sensuum
turba inuexit in eam morborū ingētem multitudinē, ex rebus
visibilibus, ex vocibus, ex saporibus, ex vaporibus qui odorati
percipiuntur, quæ flamma ab his rebus excitata magis animi
populat, quàm ea quę in ipsa innascitur absq; ministerio instru-
mentorū sensitiuorū. Ex his mulieribus vna est vxor Petephrae
qui culinæ Pharaonis præerat: is quomodo vxorē habeat cū sit
eunuchus dispiciendū. nā si verba legis tractentur allegoricē,
offeret se hic dubitationis species. Eunuchus em̄ iste & coquo-
rū præfectus, videlicet mēs quæ nō simplicibus tantū, sed etiā
superfluis vititur voluptatibus. eunuchus vocatur sterilis sapie-
tiæ, cum sit eunuchus non alterius quàm dissipatoris bonorum
Pharaonis. quādoquidem diuersa ratione optāda res videri po-
test eunuchum fieri, si queat anima nostra euitato vitio affecta
dediscere. Quapropter & Ioseph figura tēperantiæ, voluptatis
dicenti, Dormi mecum, & cū sis homo, humano more fruiere vi-
delicis, cōtradicit his verbis: Peccare in Deū amatore virtutis
si voluptatis amator fierē. Malum est hoc opus. Et hætenus qu-
dem velitatur, mox strenuē repugnat, quādo in domum suā in-
gressa anima, viribus collectis indicit bellum rebus corporeis,
& sua propria vt ad animam attinentia operatur opera, non in
ædibus Iosephi. nec in Petephrae, sed domi. Nec additur curio-
domi, vt allegoriā perspicias, eā agere sua negotia. hæc domus
est anima, ad quam ille recurrit relictis rebus externis, vt quæ
internæ dicuntur ibi fiant. cōtinentis autē opera an nō per De-
voluntatē existunt? nulla enim aderat alia cogitatio ex his quæ
solent versari in anima. nec tamē desinit voluptas iugum casse-
re, sed apprehenso pallio iterat illud suum Dormi mecum. proci-
gitur autem vita cibo potuq;, sicut corpus vestimētis. Sic igitur
illa loquitur: Cur recusas voluptatem, sine qua nō potes viuere?
ecce teneo quæ illam faciunt, & pernego te posse subsistere, nisi
vtaris rebus talibus. sed quid ad hæc respondet vir tēperans?
seruiedū est, inquit, affectui propter eius causam materiā, extra
affectum

affectum me proripiam. Relicto enim in manu eius pallio fu-
git, & egressus est foras.] Dicat aliquis, & quis intro egreditur?
Nōne multi? an non sunt quidam qui fugiendo sacrilegiū fu-
rati sunt ex priuatis ædibus? qui tēperates manibus à patre, pul-
sarunt alios? hi egrediuntur quidē vnum peccatū, sed ingrediun-
tur aliud. atqui oportet vt perfectē temperans peccata fugiat o-
mnia, maiora minoraq;, & in nullo profus deprehendatur. Sed
Ioseph vt homo iuuenis, qui non posset cum Aegyptio corpore,
scilicet voluptate, cōtendendo sperare victoriā, mauult fugere.
Phinees autē sacerdos Zelo Dei correptus, non fuga sibi salutē
quæsiuit, sed arrepto siromaste, hoc est ratione cum Zelo cōiun-
cta, non desistit prius quàm transfigat Madianitidē, scilicet na-
turam occultantē se in diuino choro: idq; per vuluam ipsius, ne
vnquam possit inde oriri stirps aut semē malitia. Quapropter
excisa insipientia, duplex accipit anima præmium, pacē atq; sa-
cerdotiū, cognata germanaq; bona. Talis igitur mulier audien-
da nō est: loquor de sensu illo scelerato. quoniā & obstetricibus
bene fecit Deus, quòd mādato dissipatoris Pharaonis neglecto,
masculos in vita cōseruabant: quos ille interemptos volebat, a-
mator totius sexus sceminei: summā autem illam causam ne-
sciens, dicendo: Non noui eū. Sed alia mulier est audienda, qua-
lis Sarra fuit, id est princeps virtus: cui sapiēs ille Abrahā parer
monenti quæ monere debebat. nam antea cum his nōdum per-
fectus, necdum mutato nomine astrologiæ daret operam: sciēs
eum non posse gignere ex virtute perfecta, cōsulit vt querat so-
bolem ex ancilla. hoc est ex encyclopædia, videlicet Agar, quæ
vox inquilinam significat. Qui enim meditatur in virtute per-
fecta domiciliū habere, priusquàm inter ciues eius ascribatur,
inquilinū agit in disciplinis encyclicis, vt his adiutus ad perfe-
ctam virtutē sinatur euadere. deinde cum vxor viderit eum per-
fectum iamq; ad gignēdum idoneum, quāuis ille gratus erga
disciplinas per quas virtuti cōmendatus fuerat, graue putat eis
remittere nuntiū, oraculo diuino mitigabitur, dicente: Omnia
quæcunque monuerit Sarra, audi vocē eius.] Vnicuiq; nostrum
lex esto, quicquid virtuti placet. nam si omnia quæcunq; monet
virtus audire voluerimus, felices erimus. Illud autem: Et come-
disti de arbore de qua præceperam tibi ne comederes:] perin-
de est ac si diceret: cōsensisti malitiæ quam debueras totis viri-
bus repellere, propterea maledicta, nō tu, sed terra in operibus
tuis. Quæ causa? Serpens ille voluptas, elatio bruta animæ. hæc

ex seipsa maledicta, soli vtiq; malo accidit, ceterum bono nemini. At Adam intellectus est constitutus in medio, qui iam melior inuenitur, iam deterior: quatenus enim intellectus est, nec boni nec mali naturam habet; sed virtute vitioq; in melius deteriorve mutari solet. merito igitur non ipse maledictus suo pro ingenio, ut qui nec vitium est, nec vitiosa actio: sed terra maledicta est in eius operibus. nam actiones totius animæ, quam terram vocauit, reprehensibiles culpabilesq; sunt, ut quisq; agit singulas. & ideo adiungit: In doloribus comedes ex ea.] hoc est frueris animam cum molestia. Laboriose enim quiuis malus per omnem vitam anima sua vitur, nullam habens causam lacerationis, ad quam gignenda nata est iustitia prudentiaq; ceteraq; sodales harum virtutes. Ergo spinas & tribulos producet tibi.] Quid enim aliud nascitur in anima insipientis, nisi affectus pungentes eam vulnerantesq; quos figurate spinas vocauit, in quos brutus impetus primos incurrit, & in eorum ordinem receptus, res animam populatur ac corrumpit incendio. Sic enim loquitur scriptura: Quod si egressus ignis inuenerit spinas, & latius vagatus exusserit aream, aut spicas, aut capum, luet is qui ignem accendit.] Videntur quod ignis egressus, scilicet brutus impetus, non accedit spinas, sed inuenit. Cum enim pronus sit ad querendos affectus, quæ desiderabat inuenit. & his inuentis exurit ista tria: virtutem perfectam, profectum, & bonam indolem. Virtutem comparauit aream. sicut enim huc fructus comportatur, sic res honestæ in sapientis animam. spicis autem profectum: quia vtriusq; imperfectum, tendens ad finem suum. denique capro bonam indolem, quod hæc capax sit virtutis seminum. singulares autem vocauit tribulos: quia terni sunt, annumeratis causis eorum & effectibus, ut voluptas, volupe, delectari: concupiscentia, concupiscentium ipsum concupiscere: molestia, molestum, ipsum molestari: timor, terribile, ipsum timere. Et comedes herbam agri in sudore vultus tui.] Herbam vocat panem per synonymiam, rem eandem herba bruti cibus est: brutus vero malus, cui execta est recta ratio. bruti quoque sensus sunt, quamuis partes animæ at mens cupida sensibilia, per brutos sensus ea non sine labore ac sudore appetit. Est enim perquam erummosa molestaq; insipientis vita, consuetantis abligumentisq; quicquid voluptatem parit, & effectus quoscunq; malitiæ. Et quousq; tandem? Donec reuertaris in terram ex qua sumptus es.] Nunc vero an non in terrenis inconsistentibusq; ceteris, ex quo reliquit cælestem sapienciam? Considerandum est igitur quomodo reuertatur. fortasse quod dicitur,

dicit, tale quiddam est: quod insipiens mens auersatur quidem semper rectam rationem: desumpta est autem non est sublimi natura, sed de humiliore, terrenaq; materia. Est autem eadem siue maneat siue moueatur, & eadem appetit. Ideo addit: Terra es & in terram reuerteris.] Quod idem est cum antedictis: Præterea significat hoc quoque: Principium tuum & finis vnum idemque est. Inchoatus es ex corruptibilibus terræ corporibus, finies rursus in illa, peracta interim vitæ via, non publica, sed aspera, sentibus tribulisq; ad pungendum lacerandumq; natis obstita.

PHILONIS IVDÆI de Cherubim & flammeo gladio, & de Cain: Qui primus ex homine procreatus est.

Expulit Adamum, & collocauit ante paradysum voluptatis: & constituit Cherubim & flammeum gladium versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.] Nunc dicit expulsam, quem modo emissam dixerat, non temere ponens hæc vocabula, sed sciens quam apposite ad res propriasq; disponat ea. Qui emittitur, redire non vetatur: quem autem Deus expellit, is æterno damnatur exilio. Nam ei qui nondum valde tenetur à malitia, datur reditus tanquam in patriam, ad virtutem unde exciderat. eum vero qui vehementer obnoxius morbo insanabili premitur, necesse est ferre sua mala, in omne æuū sine fine damnatum in loca impiorum, ut sustineat merum continuūq; infortunium. Quandoquidem & Agar, per quam indifferens disciplina encyclicas ducens choreas intelligitur, videmus bis quidem exisse à principe virtute Sarra, sed semel tantum reuersam per eandem viam, quæ primum quidem ultro profuga non expulsa, reducitur, occurrente angelo, id est Dei verbo, in domum herilem. Iterum autem omnino expellitur, reditura nunquam. Causa autem & prioris fugæ, & posterioris æterni exilij reddenda est. Priusquam nomina mutarentur, hoc est priusquam heriles animæ in meliorem figuram transform

formarentur, dum Abram erat adhuc pater sublimis, circa caelestes orbis occupatus sideralemque scientiam, quæ est præstantissima pars mathematicæ ad naturæ contemplationem pertinentens: Sarra verò principatus meus (sic enim hoc nomen interpretatur) nondum generalis virtus euaserat: genus autem omne est incorruptile: sed iuxta particulares specialesque; istas censebatur, ut prudentiam quæ in me est, item fortitudinem, temperantiam, iustitiã: quæ sunt corruptiles sicut ego ipse qui sum earum domicilium. Tunc Agar, illa inquam indifferens disciplina encyclica, etiam si retricum istud vitæ genus, quam virtutis sectatores degunt, conetur effugere: reuertitur tamen ad relictos dominos, nondum valentes ad generale illud incorruptibileque; fastigium virtutis pertingere: cuius vel medium tenere satis est, priusquam ad summum euaditur. At cum Abraham ex naturæ scrutatore factus sapiens & amator Dei, nomine quoque; murato præ se fert patrem electum soni: sic enim interpretatur. nam clare sonat sermo, cuius pater est intellectus compositus virtutis: Sara verò principatu meo fit Sarra, quæ vox significat principem: quod perinde est atque fieri est speciali corruptibileque; virtutem generalem & incorruptibilem: exoritur verò & Isaac ille felicitatis filius: desinentibusque; muliebribus, & emortuis affectibus, succedit gaudium: puer quoque; non pueriles sed diuinos lusus sectatur non absque virtute: tunc expelluntur illa rudimenta disciplinarum, quæ nomine Agaris signantur, expellitur simul sophista filius, cui nomen Ismael. exulabit autem in æternum, in ipso Deo confirmante exilij sententiam, dum iubet sapientem obedire dictis Sarra. Diserte enim dicit: Eripe ancillam cum filio. Virtuti autem parere decet, præsertim auctori talis sententiæ: quia perfectissimæ naturæ à mediocribus habitibus plurimum differunt: & sapiëntia alienissima est à sophistica. nam hæc circa paraturam credibilium versatur, quibus falsas opiniones & perniciosas astruat: Sapiëntia verò per meditationem veritatis, cum vtilibus cogitationibus adfert rectæ rationis scientiam. Quid igitur mirum si Adami quoque; intellectum occupatum imprudentia morbo insanabili, omnino Deus expulit e virtutum regione nunquam rediturum: quando & omnem sophistam, & matrem eius disciplinam istorum rudimentorum profligat & expellit à sapiente & sapientia, quibus Abraham & Sarram facit nomina. Tunc & flammeus gladius & Cherubim contra paradisum collocantur. Dicitur autem contra esse, vel quod inimicum & infestum est,

vel

vel quod iudicandum, ut reus coram iudice: vel quod cognatum, quando collationis causa & diligentioris considerationis aliud ponitur contra aliud, sicut pictores fictoresque; tabulas statuasque; ad exemplaria conferunt. exemplum contrariorum infestorum est in Caim, quando dicitur; Exiit à facie Dei, & habitauit in terra Naid contra Edem. Interpretatur autem Naid comotio, Edem deliciae, illud malicie concutientis animam signum hoc virtutis priuationem affectuum afferentis & delicias, non illum pruritum voluptatis affectionis brutissimæ, sed magna cum facilitate gaudium tranquillum expersque; laborum. Necessè est autem ut ab imaginatione dei digressa cogitatio, cui bonum commodumque; erat fulciri, nauis in solo iactata more, ventis inter se conflictantibus, vltro citroque; feratur, patriam domumque; nocta agitationem: quod quidem maxime pugnat cum firmitate animæ, quæ conciliat gaudium, Edem nominatum. Oppositionis autem quæ fit propter iudicium, exemplum habetur de muliere suspecta adulterij. Statuet, inquit, sacerdos mulierem contra dominum, & retereget caput eius. Hæc quid sibi velint explicabimus. Quod fieri debet, sepe fit non ut debet: & quod non est officium, interdum fit officiosè. Quale est cum depositum redditur, non bono animo, sed aut in detrimentum accipientis, aut insidiosè: ut comparata semel fide occasio captetur abnegandi maius depositum: tunc officium non officiosè fit. Ediuerso quoties egrotum non dicit vera medicus, purgaturus eum aut secturus aut vsturus propter ipsius utilitatem, ne forte metu doloris fugiat medicinam, aut ob imbecillitatem linquatur animo: ite quoties sapiens mendacio fallit hostem propter salutem suam patriæ: veritus ne si vera prodatur, vires addat aduersariis, inofficiosam rem facit officiosè. Ideoque; præcipit Moses: Iuste iusta exequere. Quasi etiam iniuste profertur iusta sententia, si bonus animus non adsit iudici. Ergo quoties quicquid dicimus aut facimus liquet omnibus, animus autem non dicimus quæ dicimus & facimus quæ facimus ignotus est, nec compositum habetur sitne sanus purusque; an pollutus mortuus variis: quod nemo natus queat occultas cogitationes perspicere, sed solus Deus, attestante Mose dicenteque; Occulta domino Deo, aperta creaturis, nota esse: præcipitur sacræ diuinæque; rationi, ut animam contra Deum statuatur reuelato capite, hoc est reiecto præcipuo decreto animi, quod quasi caput cæterorum sit, nudatamque; sententiam cum qua consueuimus, ut in conspectu acerrimo Dei iudicis incorrupti examinata, aut coarguatur fastuosæ simulationis tanquam nummus improbus: aut immunis ab

g

omni

omni malitia diluat obiectas calūnias, freta teste qui solus potest nudam animā inspicere. Contrarium igitur quod iudiciale dicimus, tale est. Illud verò quod attinet ad similia & quodammodo familiaria, de sapientissimo illo Abrahā dicitur: Adhuc, inquit, stabat cōtra dominum. moxq; argumētum familiaritatis subiungitur: quòd accedēs alloquitur eum. Nā alieno abscedere semoueriq;, familiari veiò propius accedere cōuenit. stare autē immutabilēmq; obtinere mentem, propē ad diuinā potētiā accedit: quia in Deum immutabilitas, in creaturam mutabilitas naturaliter cōpetit. Si quis igitur natiuā suam procliuatē amore scientiæ refrenās, cogit eam stare. Deo iā propinquus agnoscat felicitatē suā. Cæterum Cherubim & igneo gladio cōtra paradysum habitatio cōuenienter assignatur, nō tanquam hostibus locū oppugnaturis, sed tanquā familiarissimis amicissimisq;: ut ex aspectu cōtemplationēq; mutua nunquam intermissa, innascatur vtriusq; potentiis desiderium mutuum, aspirante his volucrem cælestēmq; cupidinem Deo benignissimo. Quid autem per illa Cherubim & versatilem gladium igneum subindicetur, iam cōsideremus. Quid si hic totius cæli circunferentiam cogitari vult? nam cælestes orbis habent motus inter se cōtrarios: quorum alter dextrorsum fert fixa sidera, alter sinistrorsum erratica. sed extimus ille orbis fixarū stellarum vnus est, qui ab oriente ad occidentē voluitur: interiores autē septē, erraticarum videlicet, quorum cursus simul coactus & voluntarius, duos motus habet inter se cōtrarios, coactus quidē qualis fixorum siderum, quæ quotidie videmus ab oriente in occidentē rendere: proprius autē à vespertinis cæli partibus ad matutinas: qui variat tēpora circuitus, & ad idem signū reditus septē siderum, quod quedā ex his decurrant pariter, sol, lucifer, & quæ stilbōtem nominant. Tres enim hi parī celeritate sunt. Quædā verò impariter, sic tamē vt certam proportionem respectūmq; seruent & inter se inuicem, & ad illa tria reliqua, atq; ita intelligitur alterū ē duobus Cherubim extrema illa vniuersi cæli circunferētia, in qua eodem semper modo diuinas reuera choreas fixæ stellæ agitant, nunquā deserentes ordinem, quem pater cōditōr; tenere eas in mūdo voluit. Alterū verò interior orbis, quem ab initio septisidum fecit opifex distinctū in septē certis proportionibus inter se respondentibus circulos, quibus suus cuique planeta insertus est: quibus tamen opifex nō commisit habenas, veritus ne malē regerent, sed vniuersas à seipso pendere voluit.

voluit, ratus sic maximē concinnum motum fore. Quicquid enim cum Deo sit, merito laudandū est: sicut quicquid sine Deo, viruperandum. Hic vnus modus est quo Cherubim intelliguntur allegoricē. Cæterum de gladio versatili & igneo sic intelligendum, ita significari motū eorum & vniuersi cæli perpetuū. Quid autem si & aliter hæc accipiatur? vt duo Cherubim significant vtrunque hemispherium, aiunt enim ea habere obuertas in se inuicem facies, arcam propiciatoriā vtrinque spectantia: quādoquidem & hemisphæria ex aduerso spectant se inuicem, prona in terram sitā in vniuersi meditullio, per quod etiā difeſcuntur. at illa sola omnium mundi partiū firmiter stās, appositisimē à priscis *israē*, seu *vesta* nominata est: vt circū aliquid stabiliter fixū vtriusq; semiorbis cōcinnissima fieret circūuolutio. igneus verò gladius solē significet: nam cum sit gladius flāmeus, nihil est eo currēte velocius, adeò vt vna die circū totum mundū rotetur. Quin & doctius quiddā audisse memini à mea anima, quæ nonnunquam diuino spiritu correpta, solet ne sibi quidem nata prodere oracula: quod, si reminisci potero, dicam. Dicebat autē mihi: secundum vnicū illum verum deū esse duas supremas primariāsque potestates, bonitatem & potētiā: & bonitate quidem vniuersa esse conditā: potētia verò, creaturas omnes gubernari. Tertium verò conciliatorē amborū medium esse sermonē siue rationem. Hoc enim sermone Deū & bonum esse & principem. itaq; harum duarum potestatum, principat⁹ bonitatisq;, hæc Cherubim esse symbola: sermonis autem flammæ gladiū. velocissimus enim & calidus sermo est, præsertim Causæ illius summæ: quia & tēpore præuenit omnia, & ante omnia intelligitur, & elucet in rebus omnibus. Proinde vtriusque Cherubim ō mens formam excipe non adulterinā, vt de causæ summæ bonitate ac principatu euidēter edocta, fructum felicem capias. mox enim cognosces immortalium illarū potētiarum cōiunctionem cōtemperationēq;: quatenus deus bonus est, elucēte nihilominus maiestate: quatenus princeps, eminēte hic quoque bonitate: vt virtutes quæ inde nascuntur acquiras, humanitatem pietatemq;: neq; prosperitate insolescēs, memor illius maiestatis regiæ: neq; in aduertitatibus desperans, affulgente spe meliorū, per bonitatem magni benigniq; dei. Igneus autem ideo gladius dicitur, quia requiritur hic vnā cū actionibus sermo feruens & igneus, qui nunquā moueri desinit, prope-rans semper expetendo bona, fugiendōq; contraria. An non vi-

des quod & sapiens ille Abraham quado incepit iuxta Deum metiri omnia, nihil creaturæ tribuens, accipit ad ignei gladii similitudinē ignem & gladium. refecare ac exurere quicquid mortale habebat cupiens, ut expedita cogitatione sublimis ad Deum equitaret? At Balaam ille, id est vanus populus, inducitur inermis desertorq; militiae imperitus belli quo anima sibi parat scientiam, sic enim alloquitur asinam, hoc est brutum vitæ propositum, cui omnis insipiens insidet; Si gladium haberem, iam te transfixissem. Gratia maxima conditori, qui sciens imprudentiæ rabiem, non dedit tanquam furenti gladium, verborum facultatem, ne quoscunq; obuios magna clade conficeret. Sed qualis Balaam, talis vnusquisq; non perpuratus, semper inaniter culpatur, negotiatoriam putat, aut rusticam, aut aliam quamvis facultatem victus paradisi; donec fausta omnia contingunt, gaudens vegetatione harenscq; iumento, nec putans bonum commodumq; interquiescere; quin & morientes ut desinat & imponat modum suis cupiditatibus, propter futuri temporis incertitudinem, inuidios appellat, negans eos morere bono animo. Vbi vero accidit inconsulta infelicitas, eosdem ipsos ut bonos vates miratur, quibus nemo melius futura coniciat; culpam autem calamitatis auertit in artes ianoxias, agriculturam, negotiationem, aliaue studia, in quibus lucri causa versatus fuerat. Illæ vero quamvis vocis instrumentis careant, re ipsa erumpunt in clamorem longe clariorem, quam qui per linguam fit, dicentes: An non, ô sycophanta nos sumus illæ, quibus tanquam iumentis infidebas elata ceruice? nosne contumacia nostra in presentem calamitatem te coniecimus? Vide resistenter ex aduerso Dei sermonem armatum, qui solet bonum malumq; definire, non vides? quid igitur nunc nos culpas, quas prius dum res ex sententia succedebant, non accusasti? eramus enim eadem, ac ne tantillum quidem mutata sumus, tu vero corrupto iudicio sine ratione turbaris atque trepidas. si enim ab initio persuasum habuisses, quod non studia quæcunq; bonorum malorumq; causa sint, sed qui est ad clavum gubernator rerum omnium sermo Dei, facilius hos casus ferres, nosq; calumniari desineres, nec ascriberes nobis quæ non sunt in nostra potestate. Ille si inimicitias depositis, & tristibus tuis cogitationibus dispulsis, pacatam vitam tibi promiserit, hilaris gaudensq; manum nobis iniiciet quæ semper nostri simus similes. Cæterum non neq; fauore tuo inflamur, neq; iram tuam magnificimus. Sumus enim nobis conscia, & nec bonorum nec malorum causa, sicut

tu suspicaris, sumus, nisi forte mari quoq; vel prosperas navigationes imputas vel forruita naufragia, & non potius veterum diuersitatibus, nunc molliter, nunc vehementissimo impetu spiritantium. Cum enim omnis aqua suapte natura quieta sit, quoties secundus ventus à puppi aspirat, omni rudente modo, plenis velis naues in portum inferuntur: quoties autem repetere aduersus à proa incubuit, multam iactationem ac strepitum excitat, interdum etiam subuertit nauigium: & tamen innoxio mari crimen hoc ingeritur, cum satis appareat remissione vehementiamq; ventorum aut fluctus aut tranquillitatem fieri. Atq; ita iam satis declaratum existimo, quod natura quæ rationem auxiliatricem validissimam homini addidit, eum qui hac potest uti, felicem merito reddidit, ut verè rationalem: eum vero qui non potest, brutum atq; miserimum. Adam vero cognouit uxorem suam, quæ concepit & peperit Caim illum, dicens: Possedi hominem per Deum, & apposuit parere Abel fratrem eius. Quorum virtuti legislator testimoniū reddidit, eos non inducit uxores suas cognoscere, ut Abraham, Isaac, Iacob, Moysen, & si quis eorum similis. Quoniam enim diximus per mulierem figuratè sensum intelligi, alienatione autem à sensu & à corpore comparatur scientia, à sapientia amatoribus sensum potius improbari quam eligi ostendetur: & fortasse non immerito. quæ enim cum his conuenerunt in matrimonium, verbo sunt uxores, re autem virtutes. Sarra princeps & dux. Rebeca constantia in honestis. Lia fatigata propter continuatam exercitationem, quam deuitat auersaturq; omnis insipiens. Sephora vero Moysi coniunx, à terra sursum in cælum currens, & diuinas illic felicesq; naturas considerans, vocatur autem auicula. Cæterum ut virtutum conceptus partusq; edisseramus, superstitioni discedant obturatis auribus. diuina enim mysteria tradim⁹ his, qui talibus sacris digne initiati sunt, hoc est, qui veram & minimè fucatam pietatem colunt cum modestia, illos autem haudquaquam ad hæc sacra admittimus qui tenentur morbo insanabili, fastu verborum, & nominum copia, & præstigiis ethnicis, his tantum rebus sanctitatem mentientes non aliis. Exordiemur autem hæc mysteria sic. Vir cum muliere, homo masculus cum homine foemina liberorum procreandorum causa iunguntur naturaliter, cum virtutibus vero quæ multa perfecta pariunt, non est fas mortalem virum congregi: quæ tamē nisi à copiam alio genitricem excipiant, ex se ipsis nunquam erunt grauida. Quis igitur his honesta indit se-

mina, nisi omnium pater, ingenitus Deus, ipse gignens uniuersa
 hic igitur seminat, moxque genitum suum proprium quod semina-
 uit, elargitur. nihil enim sibi ipsi gignit, cum nulla re opus habeat:
 sed omnia in usum accipientium. nunc adducam horum testem
 idoneum Moysen illum sanctissimum. Sarram enim inducit tunc
 pregnantem: quando Deus eam solitariam inspicit. parere autem
 hanc non ei qui ipsam inspexit, se studio sapientiae, qui nomi-
 natur Abraham. id apertius docet in Lia, dicens uulvam eius apertam
 a Deo: quod viri est proprium. at illa post conceptionem peperit, non
 Deo qui solus ipse sibi sufficit: sed Iacob illi qui laborem propter
 honestatem suscipit. atque ita fit ut virtus a summa illa Causa con-
 cipiat semina, pariat autem unicuique a suis amatoribus, quae sibi
 ex omni procorum numero se legerit. Rursum sapientissimo Isaac
 Deum rogante, ex rogato perseverantia qua vocatur Rebeca con-
 cipit: at absque supplicatione & precibus volucrum illam sublimemque
 virtutem Sephoram Moyses assumens, inuenit ex nullo mortali gra-
 uidam. haec o mystica purgati aures, tanquam verum sacramenta animis
 vestris percipite, non effugienda apud quenquam profanum: recedite
 haec intra vos & tanquam thesaurum seruate, in quo non aurum argen-
 tumque res corruptibiles sitae sunt, sed verarum possessionum pul-
 cherrima, nimirum de causa illa summa, de virtute, deque foetu ex
 ambobus nato scientia, quae si in aliquem inchoatum incidere, virgete
 eum precibus, ne forte vos celet aliquod recitius mysterium, donec
 illud extorqueatis. Ego enim quavis apud amicum Dei Moysen
 magnis initiatus mysteriis, tamen quia rursus Ieremia propheta
 conspecto, cognoui eum non solum tenere mysteria, sed posse do-
 cere quoque, non grauat sum scholam eius frequentare. ille vero
 utpote diuino plenus spiritu, oraculum quoddam edidit ex perso-
 na Dei sic ad placidissimam virtutem loquens: Nonne tanquam do-
 mum me nominasti, & patrem, & virum virginis tuae? manife-
 stissime doces, quod Deus & domus sit, incorporearum idearum incor-
 poreus locus: & uniuersorum pater, ut quae ea genuit: & sapientiae vir,
 semper felicitatis in usum mortaliu iacens in bona terra virginem.
 Decet enim impollutam, intactam puramque: & verum virginem naturam
 cum Deo colloqui, longe diuerso modo quam apud nos fit. homo
 enim quando liberos sibi quaerit, ex virginibus reddit mulieres.
 at Deus quando incipit cum anima habere consuetudinem, eam qua
 modo mulier fuerat, restituit in virginis pristinae: quando qui-
 dem sublatis degeneribus & minimis virilibus cupiditatibus qui-
 bus effeminata fuerat, generosas & integras virtutes in earum
 locum

locum substituit. Sarram igitur non ante consuescet, quam illi desinat
 omnia muliebria, ita ut reuertatur in pristinum castarum virgi-
 num ordinem. fieri tamen potest ut & virginis anima lasciuis af-
 festibus polluta deturpetur: ideo firmum certumque manet oracu-
 lum, quod dicit Deum virum non virginis, haec enim mutabilis &
 mortalis est, sed virginis, scilicet ideae, quae semper est sui si-
 milis. cum enim generatio & corruptio naturae ordine cadat in
 res mortales, ille archetypae potentiae istarum rerum fictrices par-
 ticularium, immortalitatem sua sorte adeptae sunt. Et non decebit
 Deum qui est ingenitus & immutabilis, virtutum immortalium sem-
 per virginum ideas seminare in virginem transformatam ex muliere?
 Cur igitur o anima cum debeas in Dei domo virginis serua-
 re, & scientiam complecti, his neglectis sensum complecteris effemi-
 nantem te & polluentem: itaque paries partium totum vitiosum ac perni-
 ciosum, illum fratricidam execratum Caim, possessionem non possi-
 dendam. vocat enim Caim possessio. Ceterum mirari posset aliquis
 narrationis modum, quo saepe in multis legislator utitur praeter
 vulgaram consuetudinem. Postquam enim dixit de terrigenis, narra-
 rus de primo nato ex hominibus, de quo hactenus nihil omnino
 dixerat: quasi iam saepe eum nominasset, ac non nunc primum infere-
 ret eius nomen suis verbis, peperit Caim illum, inquit. Quenam o
 scriptor, de quo antea nihil vel paruum vel magnum significasti?
 atqui non ignoras convenientem dispositionem nominum. certe proce-
 dente sermone, de eadem persona dicturus es: cognouit Adae Eua
 uxorem suam, & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth. An non igitur
 multo magis oportebat loquendo de primogenito qui erat prin-
 cipium successivae generationis hominum, primo sexum recens nati
 declarasse quod erat masculus: deinde proprium nomen adiungere, puta
 Caim, aut quodcumque: quoniam igitur non quasi nesciens quomodo
 nomina ponenda sunt, in mentione Caim videtur discessisse a con-
 suetudine, considerandum quae ob causam sic nominauerit natos
 a primis parentibus, obiter magis quam modo quo solemus nar-
 rare impositionem nominum. est autem, quantum equidem conicere
 possum, causa haec. Reliquum vulgus hominum nomina imponit
 rebus diuersa ab ipsis rebus: ut aliud ipse sit, aliud sonet earum
 vocabula: apud Moysen vero nominum impositiones manifestissi-
 me res ipsas indicant, ut res necessario in nomen abeat sine vlla
 differentia. Quod dico discas clarius ex subiecto exemplo. Quando
 intellectus (vocetur hic Adae) incidens in sensum per quem viuere
 videtur animalia (vocetur haec Eua) cupidine victus congrederi:
 g iij illa

illa verò cōcipit tanquā casibus & venatur naturaliter externa sensibilia, per oculos colorē, per aures vocē, per nares vaporem, saporē per gustus instrumenta, per totum corpus quæ tanguntur: tunc prægnās facta mox parturit, paritq; maximū animæ malum arrogantia. arrogat enim sibi ceu proprias possessiones, quicquid vidit, quicquid audiuit, quicquid gustavit, quicquid olfecit, quicquid tetigit, credens se horum omnium inuētricem & artificē: id autē ei nō absq; ratione accidit. erat enim fortasse aliquñ tēpus quādo intellectui nihil erat cū censu negotij, neq; habebat sensum, multū remotus à rebus istis gregalibus & vnā versari solitis, ipse similis solitariis animalibus in secessu degētib; tūc sanē cū seorsum censeret, nō tãgebāt corp⁹, vt qui careret instrumēto quo externa captaret, sed erat cæcus & impotens, nō sicut vulgò nomināt cū vident orbatū oculis: hic em̄ vno sensu priuatus, reliquis abūdē fruitor: ille autē omnibus sensitiuis potētis mutilatus, reuera impotens erat dimidio animæ multatus, egenus viriū quæ natæ sunt ad apprehendenda corpora. misera portio separata à sua cognata, carens sensitiuis instrumentis quibus vice scipionis vacillans sustentaretur. quapropter multis tenebris pressos habēs oculos, nihil cernere poterat. carebat enim sensu per quē res dignosceret. Volēs igitur Deus nō solūm incorporarū rerū, sed & solidorū corporum cōprehensionē ei præbere, expleuit totā animā, iam ante factæ portioni attexēs alterā, quē nominauit appellatiuē quidē mulierē, propriē verò Euā. sensum subindicās. quæ vt primūm nata est, per singulas sui partes ceu per quēdā foramina magnā vim lucis infudit, quæ intellectū subintraret: atq; ita caligine depulsa effecit, vt clarē manifestēq; videret naturas corporum tanquā dominus. ille verò quasi post noctē solis splendore perfusus fulgido, aut è profundo somno excitus, aut quasi cæcus repētē visu recepto, intuebat omnes simul creaturas, cælū, terrā, aquā, aërem, stirpes, animātes, habitus earum, qualitates, vires, sexus, affectus, motus, actiones, efficacias, mutationes, corruptiones, & quædā videbat, quædā audiebat, quædā gustabat, quædā tãgebāt: ad alia procliuior, scilicet voluptatē afferētia, ab aliis alienior, vt dolorē inducētibus. Ergo cū circūspexisset circa se omnia, cōtemplatus seipsum suāmq; potentiam, ausus est gloriari sicut aliquādo Alexāder rex Macedo. nam & illum aiunt, cū vellet ex Europa bellū inferre Asię, opportuno inter vtranq; loco stantē, lustratis aspectu circa se omnibus dixisse, &

hæc

hæc & hæc mea sunt, puerili plebeiāq; leuitate animi, nō p̄ maiestate regia. sed longē antea intellectus sensitiuā vim nactus, & per eam potit⁹ omnibus ideis corporis, repletus irrationali fastu intumuit, vt omnia se possidere crederet, alios nihil omnino. Hūc in nobis morē exprimēs Moses, addidit Cain possessionē interpretari, stultitiæ vel poti⁹ impietatis plenū. Cū enim debuisset Dei possessionē omnia credere, suā existimare maluit, ne sui quidem satis cōpos, imò ne suam quidem sciens essentiam. Attamē cōfidit sensibus tanquā idoneis ad captanda externa sensibilia. Dicat igitur quomodo oculis, aurib⁹, aliōve sensu nō errare poterit. at qui necesse est his singulos nostrum labi falliq; cōtinuē, etiāsi nobis cōtingant horum instrumenta absolutissima. Naturales enim noxas & errorē inuitis sese ingerentē omnino effugere difficile, atq; ad eò impossibile, cū infinita falsas opiniones excitantia sint & in nobis & circa nos & extra nos, passim in vniuerso mortali genere occurrentia. Ergo insanit cū suam possessionē existimat omnia, quanquā sibi erecta ceruice placet. Sicut Iacob opinor valde risit Labanē addictum qualitatibus, ipse magis cōtemplator naturæ expertis qualitatū, quando ille ausus est dicere. Filię meæ & filij mei & pecora mea, & omnia quæcunq; vides, mea sunt, & filiarum mearum. Nā istæ ad singulas voces illud meum accinens, non definit de seipso loqui magnificē. Itāne filias (sunt hæc artes scientiæque animę) tuas ais esse filias? Dic quomodo? an non primū ab intellectu eas edoctus habes? deinde sic natus es vt eas sicut cætera possis amittere, vel propter aliarum curarum magnitudinem oblitus, vel propter diuturnas molestāsque infirmitates corporis, vel propter destinatum senibus morbum incurabilē, ipsum senium, vel propter infinita alia, quorum iniri nō potest numerus. Quid filios (hi sunt particulares ratiocinationes animæ) cū tuos ais, sobriusne es an insanis cum tali opinione? certè atra bilis, deliratio, mentis alienatio, cōiecturæ incertæ, & imaginationes rerum fallaces, inanēsque quædam cogitationes somniorum similes, quibus velimus nolimus distrahimur, ad hæc coalitus animę morbus obliuio, multāque præterea, non sinunt te esse firmum rerum dominum, & declarāt omnia esse alterius, nō tua. Quid de pecoribus? quæ sunt sensus. brutū enim quiddam & pecuinum sensus est: hæccine audes tua dicere? amabò cū secus vides, secius audis plerūque, interdum falsos succos dulces esse iudicans, & cōtrā dulces amaros, & per

g v

omnes

omnes sensus sapius falleris quàm restè iudicas, nō erubescis; sed tāquam nunquam errares vlla vi aut actione animæ, superbia factūq; intumescis? Quòd si mutatus ad meliorem vt decem mentem redieris, dices à Deo possideri omnia nō à te, cogitationes, scientias, artes, cōtemplationes, particulares ratiocinationes, sensus, operationes animæ quas vel cū his operatur vel sine his. Quòd si perges absq; pedagogo magistrōq; viuere, per totam ætatē ferēs graues dominas, arrogātiās, cōcupiscentias, voluptates, iniustitias, imprudētias, falsas opinionēs. Dicit em̄: Si respōdeat seruus. Cōtentus sum domino meo & vxore mea cōmunibūsq; liberis, nolo esse posthac liber: adductus ad trībital Dei, iudicāte ipso ferētēq; sentētiā, habebit quod postulauit, perforata primū auricula, ne exaudiat Dei verba de libertate animæ. Est enim hominis reiecti velut è sacro certamine reprobatiq; & planè puerilis cogitationis, iactare amorē dñi, & intellectū habere pro hero atq; benefactore, iactare itē amorem sensus, eūmq; inter præcipua sua bona possessionēsq; censere, natōsq; inde pueros: ex intellectu cogitationes, ratiocinationes, cōiecturas, cōsilia: ex sensu, visum, auditū, gustū, odoratum, tactūmq; & cōmūnem sentiēdi vim. Necessè tamē est his adductū nullo teneri libertatis desiderio, nam per horū fugam ab alienationēmq; potitur immunitate, rursus alius quidam præter charitatis affectū etiam insanīā præ se ferens sic loquit: Quòd si quis rapuerit, tanquā de propriis certabo, & per vim recipiā. Persequēdo enim, inquit, cōprehendā, diuidā spolia, explebo animā meam, & interficiam gladio meo, & præualebit manus mea. Hūc libēter sic cōpellarē: Nescis fatue, q̄ quisquis natus putat se persecutorē, alium persecutorē habet, morbus enim, senectus, mors, aliāq; turba volētium nolētūmq; malorum vnumquēq; nostrū exagitat, circūagitat atq; persequitur: & q̄ se putat prehēdisse tenerēq; cōprehēsus tenetur. Nec deest qui prædam sperās, & eius portiones sibi pollicēs, præda fit ipse redactus in alienā potestātē, esuriem pro saturitate, & seruitutem pro dominatione admittēs in suā animā, & interēptus dū alium vult interficere, & prorsus omnia passus quæ intētabat aliis, erat em̄ iste reuera omnis rationis & naturæ aduersari, omnia quæ sunt agētis vsurpās sibi, patiēdi prorsus immemor, quasi extra omnē alē positus. Sic enim insensibilis loquitur. Persequēdo cōprehendam. Quis igitur posset esse infestior animæ hostis, quàm qui per iactātiā quæ Dei sunt sibi vsurpat: certè Deo

Deo propriū est facere, nec fas est id vlli creaturæ ascribere, proprium autē creaturæ pati. quod quisquis vt peculiare necessariūmq; præceperit animo, facile feret casus vel grauissimos, cōtrā si alienum à se putarit, oppressus mole intolerabili, Sisyphiam pœnā sustinebit, ne caput quidē valens attollere, sed ab omni occurrēte aduersitate obtorto collo abreptus, præbēsq; se cuiq; obnoxiiū, ppter degeneres effœminatōsq; affectus animæ. Debuerat enim sufferre atq; resistere, & obfirmare mentē cōmunitam septāq; suis potentissimis virtutibus, fortitudine ac tolerātiā. Quēadmodum igitur tōderi duplex est, alterū genus præbens se & accōmodans, alterū tantū sustinēs: pecus em̄ aut tergus aut velus nihil ipsum agēs, sed patiēs solūmodo tondēt ab alio: homo verò adiutans tōforem gestūq; se accōmodans, & agens simul atq; patiens: ita tūdi quoq; aliter verberoni seruo accidit vapulātū meritō, aut ingenuo propter maleficiū in rota extenso, aut inanimæ rei cupiā: tūduntur em̄ lapides, ligna, aurum, argentū, aliāq; materiæ, quas fabri in suis officinis aut cōcidūt aut dilatāt in laminas. Aliter aut athletę pugilatu certāti, aut pācratio amore coronarū & victoriæ: hic em̄ illatas plagas vtraq; manu discutit, & ceruice huc illuc reducta ictus cuitat: nōnunquā erectus in summos pedū digitos & attollēs se, aut cōtra submittes atq; cōtrahēs: eludit frustratūq; aduersariū, quasi cū vmbra pugnantē: mancipiū verò aut ferrū nihil agēs inuicem, iniuriā omnē sustinet ad voluntatē alterius. talē igitur affectum nūquā in corpus admittamus, multò minus in animā: sed potius illū cōtrariū, quādoquidē mortalē pati necesse est: ne tanquā effœminati, fracti dissolutiq; ante tēpus deficiamus per imbecillitatem virtutū animæ, sed robusti neruos mētis, possimus impēdentiā mala leuiora reddere. Quoniā igitur satis declaratū est, neminē mortalē habere vllius rei stabile certūmq; dominium: quos autē vulgus dominos vocat, opinione magis quàm reuera esse dominos: & necessum est vt subditū ac seruū, ita rectorem in hoc vniuerso esse ac dominū: reuera princeps ac imperator vnus Deus habēdus est, quē decet hæc vox: Omnes res meæ sunt. Videamus nunc quàm magnificē diuinēq; de his scriptura loquatur: Omnia, inquit, mea sunt. Hæc autē sunt dona, munera, oblationes, quas, inquit, mihi offeretis semper in meis festis diebus. Valde apertē docens, q̄ in rebus alię mediocri gratia dignæ sunt, quæ vocatur munera: aliæ maiore, quæ vocantur dona propriæ: aliæ sunt eius generis, vt nō solūm fructus

ctus proferat virtutum, verum etiam totae refertae sint aptis ad
 vescendum fructibus, quibus solis anima cōtemplatrix alitur.
 Hæc quicunq; didicit, potestq; conseruare in mēte atque custo-
 dire, irreprehēibile pulcherrimūq; sacrificium offeret Deo,
 scilicet fidem, idq; nō in festis istis mortalium: habet enim sua
 festa, decreto nixus summè necessario philosophiæ sodalibus:
 est autē hoc: Solus Deus verè festum agit, solus enim gaudet, læ-
 ratur, hilaritate pacēq; fruitur ab omni bello semotissima. Præ-
 terea timoris expers, nihil cum malis habēs cōmercij, nemini
 cedit, nō dolet, nō lassatur, plenus felicitate sincerissima, ipse
 natura perfectissima, imò ipse fastigiū est extremāq; linea fe-
 licitatis ac perfectio, nō egens alio per quem fiat melior, sed vl-
 tro omnibus particularia bona ceu ē fonte impartiens. Nā quæ
 in mundo sunt bona, nō essent talia, ni ad archetypi illius verè
 boni, ingenti, beati incorruptilisq; similitudinē facta fuissent.
 & ideo sabbatum, quod interpretatur quies. Dei esse Moses di-
 cit in multis legis locis, nō hominum, attingens philosophiā
 necessariam. Quod enim in rebus quiescit, si vera fateri oportet,
 nihil præter Deum est. Requiem autem nō otium voco: est
 enim suo opte ingenio actiua causa illa omnium, nunquā desi-
 nens à faciendis rebus pulcherrimis: sed operationē illam quæ
 sine labore fatigationēq; fit cum facilitate maxima. Solē enim
 & lunam & vniuersum cælum mundūq; cum non sint sui iu-
 ris & in potestate propria, & moueātur feranturq; cōtinuē, fas
 est dicere laborare: cuius laboris argumentum liquidissimum
 extat in annuis horarum siue tēporum quatuor vocibus. Nam
 & ea quæ in cælo sunt amplissima suos motus variāt, iam septē-
 trionales, iam austrinos, iā alios atq; alios cursus facientia: aër
 quoq; frigus æstum & omnimodā admittens tēperiem, ex suis
 affectionibus laborare deprehēditur: quoniā generalissima mu-
 tationis causa est fatigatio. Stultum autē esset de terrestribus
 aquaticisq; prolixius agere, memorādo vniuersales particula-
 resq; horum mutationes. hæc enim verisimile est multò magis
 quàm sublimia illa imbecillitati obnoxia, vt quæ multum vlti-
 mæ istius terrenæ essentia habeāt. Ergo quæ mutātur pro-
 pter fatigationē mutari solēt. Deus autē mutari vertiq; nō po-
 test. naturam habet infatigabilem. quod verò non debilitatur,
 etiam si faciat omnia, id in æternum nō desinit quiescere. Itaq;
 soli Deo maxime proprium est reqescere. Demōstrauit autē etiā
 festum agere ipsi cōuenire. Solius igitur summæ Causæ & fe-
 sta sunt

sta sunt & sabbata, hominum autem nullius omnino. I si libet
 contemplare celebritates nostras canratissimas. omittatur quæ
 apud barbaras simul & Græcas nationes per occasionē figmen-
 torum fabulorum aliæ aliàs institutæ sunt, in nullum alium
 finem quàm vanitatem pomposam fastuosamq; vix enim tota
 ætas hominis suffecerit ad diligenter excutiendas inconsisten-
 tias quæ insunt singulis. de præstantioribus tantum pauca pro
 ratione tēporis libet dicere. In omni festo nostro & celebritate
 quæ miramur sunt hæc: securitas, remissio, quies ab inferendis
 iniuriis, ebrietas, potatio, comessatio, delitiæ, oblectamenta, pa-
 rentes ianua, pernoctationes, indecetes voluptates, quotidianæ
 nuptiæ, insolentia, exercitium intemperatiæ, insipientiæ medi-
 tatio, studia turpitudinis, honestatis perniciēs, nocturnæ excita-
 tiones ad cupiditates inexplebiles, somnus diurnus, quando vi-
 gilandi tempus est, naturæ ordinis peruersio. tunc virtus rideatur
 vt noxia, vitium tãquam vile rapitur. tunc in contemptu sunt
 quæ oportet facere: quæ verò non oportet, in pretio. tunc musi-
 ca, philosophia, & omnis eruditio, diuinæ animæ diuina reuera-
 simulacra tenent silentium. at istæ artes que suis lenociniis ven-
 tri & his quæ sub ventre sunt voluptatem conciliant, ostentant
 suam faciendiam. hæc sunt festa istorū qui se felices dicunt. quorū
 turpitudine quandiu intra priuatos parietes locaq; profana cōti-
 netur, minus peccare mihi videntur: vbi verò torrentis in mo-
 rem populās omnia, vel sacratissima tēpla irrumpit, quicquid
 in his sanctum est sternit cōtinuò, faciens profana sacrificia, vi-
 ctimas absq; litatione, preces irritas, profana item mysteria si-
 mul & orgia, pietatem sanctitatēq; fucaram & adulterinam,
 castitatem impurā, veritatē falsatā, cultū Dei superstitiosum.
 adhæc corpora quidem abluuntur lauacris & purificationibus:
 affectiones verò animæ quibus vita sordidatur, nec volunt nec
 curant eluere. Et vt cādidi templi subeant dant operam, dili-
 genter emacularis amicti vestibus: mētem verò maculosam in
 ipsa sacraria penitissima inferre nō verentur. Item si quam pe-
 cudem animaduertāt parum integro corpore, eiiciūt extra pu-
 rificatum aspersione tēpli spatium, nec patiuntur adduci ad al-
 taria, quamuis inuita & per vim mulctata sint parte aliqua cor-
 poris: ipsi cōsauciati animas morbis grauibus, quos eis infixit
 impotens malitia, vel potius mutilati castratq; membris præ-
 cipuis, prudentia, fortitudine, iustitia, aliisq; quarum humana
 natura capax est virtutibus, & admisis spōte noxis, tamen au-
 dent

dent sacris operari, rati oculum Dei tantum externa inspectare adiutum luce solari, non etiam occulta æquè atq; aperta cōspicere, ut qui intra semet lucē habeat. eius enim Qui est oculus luce aliena nō eget ut res percipiat: sed cū ipse sit splendor archetypus, infinitos emittit radios, quorum nullus est sensibilis, omnes autē intelligibiles. & ideo sol⁹ intelligibilis deus eis videtur, ex genitis verò nemo. Quod enim genitū, id sensibile: intelligibilis verò natura sensu nō percipitur. ergo quoniā inuisibiliter subit has nostras animas, paremus ibi locū ita ut decet futurum Dei habitaculū, quod nisi fecerimus, clā migrabit in aliam domū, quæ videbitur ædificata melius. si enim quoties reges excipiendi sunt, magnificentius excolimus ædes proprias, nihil negligendo quod ad ornatum pertineat, sed omnia benignè ac liberaliter adhibemus ut hospitium quàm iucundissimum respōdeat dignitati hospitis: regi regū & huius vniuersi mundi rectori Deo, comitatis atq; humanitatis causa dignato suam creaturā inuisere, & à summo cælo ad terrā ut generi humano beneficia sua conferret degressio, qualem tandem domū oportet instrui? Absit enim ut lapideam ligneamve, quod vel dictu nefas est. Nam etiam si tota terra aurū, aut siquid auro pretiosius, repēte fieret, mōxq; per opificū artes in porticus, vestibula, aulas, areas, ædesq; sacras impēderetur, ne scabellum quidem eius pedibus posset fieri. dignū tamen eo domicilium anima est, modo sit idonea. Ergo quia domum in terris animā inuisibile inuisibilis Dei dicimus, rectè legitimèq; loquimur. quæ ut fiat firma & ornatissima, fundamenta eius iaciantur, generosa indoles & institutio, quibus virtutes honestèq; actiones superstruantur. Eius ædificij prima ornamenta sunt præ exercitamentorum ad encyclopædiam pertinētium tractatio. Nam bonam indolem sequitur sedulitas & memoria: institutionem verò discendi facilitas & attentio, quasi quædā radices arboris à qua mites fructus in futurum expectātur, sine quibus absolui mētem est impossibile. Cæterum ex virtutibus earūmq; actionibus munimentū firmum atq; securū accedit edificio, ut quicquid animam ab honestate dimouere alienarèq; conatur, nihil contra tantam munitionem valeat efficere. à disciplinis autem encyclicis pendet totus ornatu animæ, quæ sunt quasi quædam dealbationes, picturæ, tabellæ, marmoratæ incrustationes, quibus non parietes solū, sed & pauimenta ornantur, & id genus alia, nihil ad firmitatem conferentia, sed tantum ad delectationem

stationem inhabitantium. Eodem modo & encyclopædia totā animalem domū illustrat ornamentis variis. grāmatica quidem dum poëtarū scrutatur carmina, & prisconū gesta cōflectatur in historiis. geometria verò pro portione æqualitatē afferens: & quicquid in nobis enorme, immodicū, incōcinnū est, per thithmos, mensuras modulòsq; musicæ ciuilibis recurans. Rhetorica autē verborum grauitatē examinās, & quibusvis rebus elocutionem accommodans, pronūtiationemq; ac vim mouēdoiū affectuum: præterea laudationes cæterāsq; voluptates quas facūda sonorāq; lingua excitare solet adhibens. Tali domo instructa apud mortale genus, bene sperandū est terrestribus omnibus, expectē idūmq; fore ut in eā descendāt diuinæ potētiae. illæ verò cælitus leges iurāq; ferentes aduenient, ut eam cōsecrent dedicentq; iuxta iussū atq; voluntatē patris ipsarū. Deinde cōmunicata in mensa victūq; cum animabus virtutū amatricibus, semināt in eis felicē progeniē: sicut & sapiētī illi Abrahā gratiā hospitij retulerūt perfectissimā, Isaac filiū. nihil enim purificatā mentem maiore afficit lætitia, quàm q̄ dominam habet, quem agnoscit regē rerū omniū. Nā seruire Deo, maxima est gloria, nō modo libertate maior, sed & diuitiis, & principatu, & omnibus rebus quas mortales mirātur pretiosior. Eius autē qui Est potentiā verè testatur oraculū illud: Et terrā nō addices in perpetuum: mea enim est vniuersa: quoniā aduenā & inquilini vos estis corā me. An nō manifestissimè docet, ius possessionis omnium rerū pertinere ad Deū, vsum verò solū ad creaturā? Nihil, inquit, in perpetuū cuiquam creaturæ venditur, quandoquidem vnus est dominus, totius creaturæ possessor proprius ac perpetuus. ut edas enim cōcessit Deus creaturas omnes omnibus, ut qui nullū indiuiduū perfectū fecit, quod non utiq; opus habeat alio: ut p̄pter ea quæ cupit, accedat necessariò ad illud quod exhibere potest, & illud vicissim ad hoc, & utriūq; ad alterum. sic enim futurū erat per huiusmodi cōmercia, ut in lyre morē quæ cōstat è tonis dissimilibus, in cōmunē cōueniēt cōsonātiā, dum mutuū dant & accipiūt, atq; ita omnia permutantur omnibus ad vniuersi mūdi cōplemētum. Cōuenit enim animatis cū inanimis, brutis cū rationalib⁹, stirpib⁹ cū hominib⁹, feris cū pecudibus, immāfuetis cū cicuribus, masculo cum fœmella, & vicissim cū mare fœminæ: & ut cōpendio dicā, terrenis cum aquatilibus, his cū aëriuagis, volucris cū prædictis generibus. ad hæc terra amat cælum, hoc vicissim terram, aër

aquam

aquam, aqua v̄tūm: mediæ naturæ se inuicē & extremas, extremæ medias & se inuicē: hyems certē æstatē, æstas hyemem, verūtr̄q; sicut hoc ipsum a more autumnū profequitur, ita vt singula singulis cara sint, & (vt verbo dicā) cōmnia omnibus, p̄pter v̄tūm mutuū, vt vniuersum hoc cuius partes ista sunt, absolutū opus existat, dignum mundi opifice. sic igitur his cōpositis sibi omnium vindicauit dominium: v̄sum fructum verò distribuit suis subditis, vt seipsis vterētur, & alij aliis inuicē, vt imur enim & nobisipsis, & omnibus quæ circa nos sunt, Equidem constitutus ex anima & corpore, qui mētē, rationem, sensum habere videor, nihil horum meum peculiare inuenio. vbi enim erat meum corpus antequā nascerer? quō discessurum post obitum? vbi sunt quæ aliquid vidētur ætatum differētiæ? vbi infans, puellus, puer, ephebus, adolescētulus, vestitus prima lanugine, iuuenis, perfectus vir? Vnde venit anima, quō discessura? quā diu nobiscum habitatura? quænam eius essentia? possumusne dicere, quando eā accepimus? ante natiuitatē? sed tum nōdum eramus, post mortem, sed tum nō erimus. Concretæne sunt corporib? at sic deuoluemur ad rediuiuas natiuitates, an nō sunt certē nunc cūm viuimus imperata facimus magis quā imperamus, & noscitur magis quā noscimus. nouit em̄ nos ipsa nobis incognita, & mādāta dat quæ exequi necessum est quasi famulos dominæ: & vbi nos relinquere voluerit ac migrare ad suū illū principē, desertum destituet hoc in quo viuimus domicilium: & retinere si voluerimus, elabetur. Habet enim naturam tenuium partium vt nullam ansam præbeat corpori. Quid intellectus qui in me habitat, fallax coniector, erroneus æstimator, delirans, stultescens, demens interdum in excessu & arrabili & longo senio? At sermo mihi peculiaris est, aut vocis instrumētus? Nōne ad quemvis morbum lingua deficit? nōne vel eloquētissimum os obturatur? Nōne multi expectatōne mali alicuius attoniti nequeunt hiscere? Atqui ne sensus quidē dominus comperior, & bonum si nō seruus, ab eo per vim tractus, ad colores, ad figuras, ad voces, ad odores, ad sapes, ad cetera corpora. Per quæ omnia liquere satis puto, nos alienis vti possessionibus, nec gloriam possidendo, nec diuitias, nec honores, nec imperia, nec aliud quicquā vel corpori vel animæ proprium, imō ne vitam quidem, v̄sum fructum habemus solū: quod si cognosceremus, curaremus tanquam res Dei, præcogitantes morē esse domini recipere sua quādoque; ipsi v̄sum fuerit.

fuerit. Sic enim adēptas ferremus leuius. Nunc pleriq; omnes dum existimāt hęc sua esse ac propria, priuari copiam eorum & egentes mox opprimuntur mœstitia. Est igitur non solū verum, sed etiam ad consolationem vtilissimum, credere mundū hunc & quācumque cōtinet, esse creatoris ita possessiones sicut opera. sed hęc quoque opera sua elargitur dominus, quod his opus non habeat, qui autem his vtitur, non possidet ea: quia herus vnus omnium & dominus est, qui rectissime dicit: Mea est vniuersa terra: ac si diceret: omnis creatura mea est: vos autem aduenē & inquilini corā me. Collati enim omnes mortales alij ad alios, indigenæ censentur & patricij, æquo iure vtentes & paribus muniis. Quod si ad Deum cōferantur, pro inquilinis erūt & aduenis. nam vnusquisq; nostrum tanquam in nouam ciuitatem venit in mundum hunc, cuius ante natiuitatem ius non habuerat: postquam autem venit, inquilinus est, donec assignatū sibi vitæ tempus exantlauerit. Simulq; introducit dogma sapientissimum, quod solus dominus Deus ciuis est. omnis autem creatura inquilina & aduena. qui verò dicuntur ciues, per abusum nominis magis quā verē sic appellantur. donum autem gratuitum sufficit sapientibus viris ad solum ciuem Deum collatis. quōd in aduenarum & inquilinorum ordinē recepti sunt: quoniam insipientium nemo aduena aut inquilinus in Dei ciuitate inuenitur, sed omnes inde exulant: sicut pro sententia superioris pronunciatū est: Venditione, inquit, non vendetur terra: nec addidit à quo non vendetur, vt hoc ipsum quod filetur, ad sciētiam proficiat initiato physiologiæ mysteriis. Inuenies igitur, si omnes cōsideres, eos quoq; vendere magis quā donare, qui gratis largiri dicuntur: & quos putamus gratuito accipere, eos reuera emere. Nam qui dando captant laudem aut honorē, dum quærunt reddi sibi gratiam, specioso donationis nomine venditionem prætexunt: quando & veditores suarum rerum solent accipere pretium. Qui verò admittētes dona, cogitāt reddere, & prima quaq; occasione reddunt, idem quod emptores faciunt. Nam illi vt accipere norunt, ita & reddere. At Deus non venditor est, æquū pretium rebus suis statuēs, sed donator omnium, perennes gratiarum fontes profundens, nullā permutationem cupiens. Nam nec ipse indiget, nec quisquam natus potest accepta rependere. Ergo quandoquidem omnium confessione omnia Dei possessio sunt, quod tum rationibus verissimis tum testimoniis certissimis euincitur: attestantur enim

h oracula

oracula quæ Moses in sacras literas retulit: improbandus est intellectus, qui quod ex coitu cum sensu natum est, suam pecuniariam possessionem ratus, vocavit Caim, dixitque: Possedi hominem per Deum.] Hic quoque falsus, at quâ obrem falsus? Quia Deus causa est non instrumentum. At quod nascitur, per instrumentum quidem, sed utique ex causa producitur. Nam ut gignatur aliquid, multa oportet concurrere: à quo, ex quo, per quod, propter quod: à quo, causa est: ex quo, materia: per quod, instrumentum: propter quod, finis. Agedum enim, si quis roget, domus & vrbs quævis ut condatur, quodnam res oportet præsto esse, nōne opificem, lapides lignaque, & instrumenta: quid igitur aliud est opifex quàm causa à quo? quid lapides lignaque, quàm materia ex qua fit ædificiū? quid instrumenta, nisi per quæ? iam propter quid nisi tectum & securitatem, quæ causa finalis est. transiunt nunc à priuatis ædificiis ad illam domū siue urbem maximā, id est mundum, & hanc quoque similiter considera, inuenies autorem eius Deum, à quo factus est; materiam verò quatuor elementa ex quibus temperatus est: instrumentum porro verbum Dei per quod est conditus: cæterum finalem causam cur condideretur, benignitatem ipsius opificis. sic decernunt amatores veritatis, & studiosi veræ sanæque scientiæ. illi verò qui aiunt se per Deum acquisuisse aliquid, eum qui autor est, instrumentum esse putant: id verò quod instrumentum est, putant esse autorem, scilicet intellectum humanū. eadem sanè ratione rectè Ioseph quoque coarguitur, dicens per Deum contingere somniorum intelligentiam, debuerat enim dixisse à Deo ut autore, explanationem obscurorum, discussionemque conuenientem fieri, nos enim instrumenta sumus operationum particularium, qui iam intendimur, iam remittimur, artifex verò qui pulsatur vires tum corporis tum animæ, à quo mouentur omnia. eos igitur qui rerum differentias non possunt discernere, ut indoctos, debemus denuò docere: eos verò qui contentiosè confundunt significatorum ordinem, tanquam litium cupidos, fugere. cæterum eos qui singulas voces examinando suum cuique locum conuenientem sciunt attribuire, laudare decet ut exercètes se in vera sincerâque philosophia. proinde Moses populum timentem ne forte ab illo pessimo persecutore deleretur ad internecionem sic alloquitur: Stare & videre salutem à domino, quam faciet vobis: docens quòd non per Deum, sed à Deo ut autore salutem consequimur.

PHILO

PHILONIS IVDÆI

De sacrificiis Abelis & Caimi.



ET apposuit parere fratrem eius.] Appositio vnus, subtractio est alterius, sicut particularū in arithmetica, sic ratiocinationum in anima. proinde si Abel apponi dicitur, Caim subtrahendus est. Ne autem verborum nouitas multis obscuritatem afferat, philosophiā quæ hic subest diligenter quantum potero conabor excutere. Duae opiniones esse constat contrarias inter se, pugnantésque: altera menti nos permittit ascribere omnia, ut auctori cogitandi, sentiendi, mouēdi, sistendi: altera Deum sequitur, cuius sumus opifeciū. prioris illius figura est Caim, qui interpretatur possessio, eò quod sibi videatur possidere omnia: posterioris verò Abel. referatur enim ad Deum. ambas igitur opiniones partitur vna anima: quas mox natas discerni separarique necessum est: quandoquidem tam infensas inter se habitare vnā non est possibile. Ergo quandiu anima pium illud dogma, scilicet Abelem non peperit, amator sui Caim cohabitabat cum ea. postquam autē illa confessionē summæ illius causæ peperit, mentē quæ sibi sapiens videtur nō magni faciebat amplius. id euidentius apparebit in eo quod tolerantię Rebecce redditū est oraculo. hæc enim vbi duas inter se pugnantes naturas boni malique cōcepit, & de vtraque multam diūque cogitauit monitu prudētiæ, tandem subsultantes animaduertēs, & iā ceu velitates præludentesque futuro pralio, supplex Deum rogabat, dignaretur docere quid hoc mali esset, quòdve huius remedium. Qui sic respōdit: Duae gentes in utero tuo sunt. nā accidens hoc natiuitatē boni malique significat. Verū & duo populi è vêtre tuo discedēt. Hoc remedium est, ut discedant separēturque ab inuicē, nec amplius simul habitent. ergo postquā Deus bonum dogma Abelem apposuit animæ subtraxit ei opinionē absurdam, scilicet Caim. nam & Abraham relictis mortalibus apponitur ad Dei populū, fructus immortalitate, & factus similis angelis. nam angeli exercitus Dei sunt incorporeæ felicésque animæ. Iacob quoque ille virtutis

h ij

meditator

meditatot eodem modo apponitur ad melius, quando reliquit deterius. at Isaac seipso præceptore scientiã adeptus relinquit quidẽ & ipse quicquid corporale at textũ fuerat eius animæ: apponitur autẽ & confors fit, nõ vt priores, quos dixi, populo, sed generi, sicut Moses ait. genus enim vnum est illud summũ, populus autem multitudo nominatur. quotquot igitur per cognitionem disciplinarum proficiendo perfecti sunt, apponũtur ad sortẽ pluriũ. nec enim paruus numerus est eorũ qui ex auditu & doctrina discunt, quos nominauit populũ. qui verò humana doctrina relicta, ingenium Deo doctõri excolẽdum cõmiserunt, sine labore scientiã affecuti, migrat ad incorruptibile genus & perfectissimum, accipiẽtes sortẽ meliorẽ quã in natiuitate: in quorum Isaac cõsetur sodalitiõ. significat autẽ & aliũ ralem intellectum immortalem. Sũt etiã aliqui quos Deus alius promouet, & euolãtes super omnes species omniãq; genera propẽ seipsum colloquat, sicut Mosi quoq; dicit: Tu verò hic sta mecum. itaq; moriturus nõ deficit nec apponit sicut priores: vt pote nec appositionẽ nec subtractionẽ admittẽs, sed ex verbi illius causalis autoritate migrat, per quod vniuersus mũdus est cõditus: vt discas q; sapientem illum eodem quo mundum honore Deus dignatus est, per verbum quo cõdidit omnia, perfectum virũ ad se traducẽdo à terrestribus. **Quin** & cum in terrenis eo vtebatur negotiis, nõ principis aut regis cõmunẽ aliquã virtutem indidit ei, per quam is exercet potestatem in affectus animæ: sed Deum eum cõstituit, totam corporis regionem ducẽmq; eius intellectũ subiiciens ei iubẽsq; seruire: inquit em, Do te Deum Pharaoni. in Deũ aut nec subtractio cadit nec appositio, cum sit plenus & semper sibi ipsi par. idẽõq; nemo sepulchrum eius scire dicitur. quis enim est idoneus vt cogitatione cõprehẽdat migrationẽ perfectæ animæ ad eũ qui est? equidem opinor ne ipsam quidem, cui migrare cõtigit, scisse quãto meliora fortiretur, quippe quæ tũc correpta erat numine. nã Deus cum alicui benefacit, nõ vtitur eius cõsilio: sed inexpectatã beneficia solet porrigere liberaliter. Tale quiddam est apponere Deum natiuitatem boni ad perfectã mentem. id bonum sanctitas est, cuius nomen Abel. Et factus est Abel pastor pecorum, Caim autem operabatur terrã.] Cur quamuis maiorem natu Caim dixerat, nunc trãspõnit ordinẽ, iunioris prius mentionẽ faciẽs in ostẽdendo vitæ proposito: erat enim probabile, grandiorẽ prius aggressum agriculturã, ac tunc demum iuniorẽ suscepisse

suscipisse curã pecorum. at Moses nõ verisimilia credibiliãq; sed merã veritatem cõsectatur: & qñ cũ Deo colloquens liberẽ negat se verbis pollere, hoc fortasse dicit, non esse sibi studium verborũ probabilium: idq; accidisse sibi heri & nudiustertius, ex quo Deus incepit cum ipso colloqui tãquã cum famulo. Nã qui in huius vitæ tempestatẽ iactationẽmq; inciderunt, necesse habent rapi huc illuc, nullam firmam tenẽtes scientiam, sed pẽdentes à verisimilibus ac probabilibus. Dei verò cultorẽ decet adhærere veritati, & verborum cõiecturalium fabulositatibus extremũ vale dicere. **Quæ** igitur est in præsentĩ quẽstione veritas? virtutem à vitio antiquitate quidem superari, viribus autẽ ac dignitate præpollere. ergo quãdo de amborũ natiuitate agitur, Caim procurrat prior: quãdo verò cõferuntur & examinantur vtriusq; studia, Abel præcedat. nam à prima statim natiuitate & ab ipsis fasciis, vsq; dum iuuenilis ætatis affectuũ flãma deferueat extinguatũq;, anima collactaneas habet, imprudentiam, intẽperantiam, iniustitiam, metum, ignauiam, aliãsq; cognatas pestes, quarum singulæ educãtur augentũq; à nutrice & victus ratione, per mores atq; leges pietati quidem infestas, superstitionẽ verò impietatis germanam adstruẽtes inducẽtesq;. vbi verò quis pubertatẽ ingressus est, & affectuum concurrentium morbus se remisit, tanquã ventis cessantibus, incipit in tranquillitate degere, vix tandem cõstabilitus in virtutis firmitudine, quæ cõtinuò sibi succedentem quassationẽ, grauissimum animẽ morbum mitigauit. atq; ita vitium iuxta temporis prærogatiuam fit antiquius. iuxta dignitatem verò, honorẽ atq; gloriã, virtus est potior: cuius rei legislator ipse testis fide dignus est. cum enim iuduxisset Esau illum cui nomen est ab imprudentia. antiquiorẽ, natu minori, nõmẽ habẽti ab honesto exercitio tribuit prærogatiuã generis. at ille nõ prius eam statuit accipere, quã, sicut in certamine, aduersarius deuictus manus porrigat, præmia coronãmq; cedẽs ei qui bellum sine induciis caduceatoribusq; gerit cũ affectibus. Cõcessit enim, inquit ius primogenituræ Iacobo, nimirum falsus, q; quæ vim habent primatus & virtutis sunt præmia, nullius mali sunt, sed amatoris sapientiæ: sicut tibia lyrãq; & cætera instrumẽta musica solius sunt musici. de hoc aut dogmate extat etiã lex scripta admodum pulchrẽ atq; vtiliter. Si habuerit vxores duas, vnã dilectam, & alterã exosam, genuerintq; ei liberos tam exosa quã dilecta: & fuerit filius exosæ primogenitus: quacunq; die volue

rit substantiam inter filios diuidere, non poterit filium dilectum
facere primogenitum, & præferre filio exosæ: sed filium exosæ
agnoscet primogenitum, dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta
duplicia. iste est enim principiū liberorum eius, & huic ius pri-
mogenitorum debetur.] Cognosce ô anima, & disce quænam sit
ista exosæ, & quisnam iste filius exosæ, môxq; scies qd alteri ne-
mini, sed huic soli debetur ius primogenitorum. Nam duæ cū
singulis nobis cohabitant vxores, inimicæ intestaq; sibi inuicē,
animalem domum replētes æmulationis cōtentionibus. Harū
alteram diligimus, quam putamus mansuetam, mitē, amicis-
simam nobis & familiarissimam: hæc vocatur voluptas. Alterā
verò odimus, rati efferam, immitem, immansuetamq; & nobis
infensissimam: hæc virtus nominatur. sed illius formosæ & mo-
dis omnib⁹ expetitæ voluptatis magna mysteria quis ignorat
mortalium? eorum verò thesaurorum qui penes virtutem sunt
bonitatem magnitudinēq; quis eloqui pro dignitate valeat
norunt qui sunt eorum iam participes, discēt etiam quibus na-
tura est propitia, vocati ad cōuiuium, in quo non venter exple-
tur voluptatibus corpus incassantibus: sed in quo mens pasta
& choreas ductans cum virtutibus, gaudens libēnsque hilari-
tate perfruitur. propterea quod dudū dixi, vera bona ex seipsis
naturaliter vocem mittere etiam si sileant, nunc omitto, nec lo-
quar de eis prolixius. nā nec sol nec luna opus habēt interpre-
te, qui nos doceat, ab altero interdū, ab altera noctu mundum
vniuersum illustrari: sed ipso splendore fidem vel absque teste
faciunt oculis, certioribus quàm sunt aures rerum iudicibus.
Quid autem in virtute nos maximè offendat difficultatis spe-
cie, nūc liberè proloquar. nam hoc imaginationem quandam
primo cōgressu nobis incurrit, cum metu difficultatis cōiunctā
sed assuetudo rem ostendit esse iucundam, cuius vtilitatem ra-
tio mox indicat. cæterum labor, inter præcipua bona numeran-
dus, bellum cum voluptate gerit perpetuum. nunc enim, si ve-
rum dicendum est, omnis felicitas, omnisq; virtutis principiū
hominib⁹ Deus declarauit, sine quo nihil honestum apud mor-
tales esse inuenies. nā sicut sine luce videre non possumus: quia
nec colores nec oculi ad vidēdum sufficiunt: hanc enim ceu vin-
culum natura præparauit, quo coaptaretur colori oculus: nam
in tenebris neuter suam vim exerit. Eodem modo animæ ocu-
lus, nullam virtutis actionē potest atrectare, nisi à labore ceu
luce adiutus. hic enim inter mentem & bonum quod mens de-
siderat

siderat medius, illud vna ex parte, hanc ex altera trahens ad se,
vtraq; manu amicitiam cōcordiamq; conciliat, atque ita bona
perfecta efficit. opta tibi bonum quodlibet, inueniēs eius pos-
sessionem labore parari confirmariq; pietas quoq; & sanctitas
bona sunt, sed nisi Deum colamus non possunt nobis continge-
re. cultus autem hic cum pertinaci labore coniunctus est, pru-
dentia, fortitudo, iustitia, pulchre omnes & inter perfecta bona
censendæ, non facile obueniunt. Atq; vtinam vel assidua cura
parari possint. Non possunt instrumenta animæ ferre familiari-
ratē cum virtute & Deo, ceu quandam intensam vehemētēq;
harmoniam: proinde remissa laxatāq; sepius, tanquam à sum-
mis artibus descendunt ad medijs. Superest tamen magnus la-
bor vel in medijs. considera studiosos omnes artium quas alij
encyclias, alij liberales nominant: considera agricolas & qui
victum quacunq; ratione querunt: hi nec interdū nec noctu
curis sunt vacui: sed semper & vbiq;, vt vulgus loquitur, mani-
bus pedib⁹q; & omnibus viribus laborare nō desinunt, ad cō-
ut immoriantur plerunq; suis negotiis. Sed sicut qui animam
conātur reddere sibi propitiam, necessariò colunt virtutes ani-
mæ: ita qui cupiunt frui prospera valetudine corporis, curare
debent sanitatē & id genus vires eius ceteras: quas certe curant
irrequieris laboribus, qui solliciti sunt de potentijs ex quibus
cōtemperati sunt. Vides igitur omnia bona è labore, tanquam
radice pullulare, quæ negligere haud vnquam sustineas: alioqui
nō senties te cum eo cumulum bonorum negligere. Nam re-
ctor cali mūdīq; & habet & præbet bona quibuscunq; vult ma-
gna cum facilitate: & qui tantam mundi molem sine labore iā
olim absoluit, ne nunc quidem in eodem statu eam continere
desinit: quippe cui non defatigari maximè conuenit. Mortali
autem nemini adipisci bona sine labore datum est: vt sic quoq;
eminētē Dei felicitatem prædicemus. equidem existimo la-
boris cibiq; eandem esse vim. Nam sicut à cibo tota vita pēdet
vnā cū suis actionibus & affectionibus, ita etiā à labore pendet
quicquid in rebus bonū est. ergo quemadmodum qui vitā sibi
prorogare cupiunt, alimēta nō negligunt: ita quotquot quæ bo-
na sunt cōcupiscunt, laborē magnificiāt. sicut enim cibus se ha-
bet ad vitā, sic labor ad honestatē: qui cū sit vnicus, caue illum
posthabeas, vt per eū potiariis bonis simul omnib⁹. atq; ita quā-
uis ætate iunior, habebis grandior, & iure primogenitorū di-
gnior, qd si vsq; proficiens ad finē peruenieris, nō solum quæ pri-
mogen

mogenito debentur, sed vniuersam suam substantiã pater tibi largietur. sicut Iacob illi supplantãti bases affectuum, qui accepta beneficia confitendo dicit: Misertus est mei Deus, & adsum mihi omnia, dogma nobis erudiẽdis proferẽs. omnia enim in Dei miseratione sita sunt. id quod ex institutione Abraham aut sui didicit, qui sapientissimo Isaac dedit sua bona omnia, nihil ex his reliquũ faciens spuris nec recta stirpe prognatis, sed et vna alteraq; cõcubina cogitationibus: quibus vt paruis paruã dona dat. nam bona eius, scilicet perfectæ virtutes, solius legitimi perfectiq; filij possessio sunt. medijs verò generis, officia vel imperfectis cõueniunt, qui vsque ad liberales disciplinas progressi sunt, quæ ad Agar & Cheturã pertinet: quarũ illa inquilinam, hæc suffitum significat. nam qui soli encyclopædiæ operam, inquilinus nõ ciuis est sapiẽtiæ, tanquã sua uolentiam quandã aspirans animæ per hæc cõtemplationẽ. atqui cibus nõ odoribus ei ad sanitatẽ opus est. odoratus verò minister gustui, tanquam rei prægustator, à natura datus dicitur rerum architecta omnium. atqui præpositorũ maior quàm subiectorum semper ratio habenda est, & indigenarum sciẽtiarum potius quàm inquilinarũ. His auditis intellectus auersatus voluptatem adigit se virtuti, vbi pulchritudinem eius nõ fucaram, sed genuinã & quæ sanctitatem deceat animaduertit: ac tum demum fit pastor pecorum, videlicet brutarum viriũ animæ, atq; etiam auriga gubernatõrque, non sinens eas ferri errabundas nullo ordine, carẽtes duce ac præposito: ne quasi in orbitate quadam destituta tutoribus & auxilio priuatæ, nõ aberrent solũ, sed & pereant. ergo exercitator ille sui, conueniens virtuti opus aggressus est, cũ sustinuit pascere Labanis pecora, intẽti in colores formãsq; & inanima vtique corpora, ac ne hæc quidẽ omnia, sed residuum id autem quid est: duplex brutorum genus est. alterum destitutum ratione iudicandi, quales dementes vocamus: alterũ in totum ratione priuatum: quales brutæ animatẽs sunt. illos igitur irracionales impetus, vires, inquam, rationis expertes, filij Labanis iter trium dierum secedendo curant, quæ figura est virtutis per omnem vitã derelictæ. Tripartitum enim tempus est, diuisum in præteritum, præsens atque futurum. Alio modo dicitur irrationalia, quæ nõ recta modò, sed omni prorsus ratione carent, quo in numero sunt pecora: quæ exercitator ille cura sua dignabitur, sic cogitans, ea peccare non malicioso animo, sed per ignorantiam ex praua institutione contractã. Ergo

ignor

ignorantia leue malum quod inuitis, obrepit, facilẽ habet remedium, disciplinã videlicet. Calliditas autem morbus animæ voluntarius, agrẽ vel potius nunquã sanatur & repellitur. itaq; à sapientissimo patre docti filij, etiam si in dissipatorem bonorum Pharaonem inciderint, qui videtur rex animalis noscẽtis discrimina, nihil perculũ apparatus regio, fatẽtur se pastores pecorum: nec tãtũ se, verũ patres quoque suos. atqui alius vix principatum potẽtiãmq; ita iactaret, vt hi viri vitã pastoriciã. Si quis tamen rem pro dignitate valeat expẽdere, maius regno est hoc negotium, posse tãquam ciuitatem aut regionẽ, corpus sensusq; & ventris ventriq; subiectarum partiũ voluptates, cæterõsq; affectus, & linguã aliãq; ex quibus cõstamus, nunc moderari cõstanter atq; fortiter, nunc æquanimiter in viam ducere. oportet enim sicut aurigam subiugalibus nũc remittere habenas, nunc in terga retrahere, quoties plus satis efferuntur impetu & rectorem parum audiunt. proinde admiror Moysen legis ferum, qui præclaram existimans artem pastorum, ipse tractauit hoc negotium. Præfuit enim Iothoris gregibus dicã an dogmatibus, abducens ea à vulgaribus reipubl. studiis in solitudinem in qua nulla sit iniuria. ducebat enim pecora in desertum. vnde sequitur vt omnis pastor pecorum abominatio sit Aegyptiis. Rectam enim rationem gubernare solitam ac præcipere odit omnis amator affectuum: sicut deterrim⁹ quisq; puer odit præceptores ac pædagogos, & omnem bonum monitorẽ castigatõrẽmq;. At Moyses ait se abominationes Aegypti sacrificatũ Deo, scilicet virtutes immaculatas decentissimãsq; hostias, quas abominatur omnis insipiens. Itaq; meritò Abel qui quicquid optimum est refert ad Deum, pastor vocatur: Caim autem qui ad seipsum & intellectum proprium, terrẽ operarius. Quid verò sit terram operari, in præcedentibus libris declarauimus. Et factũ est post aliquod dies, obtulit Caim de fructu terræ donum domino. Duplex seipsum amantis crimen. Vnum quòd post aliquod dies, non cõtinuò gratias egit Deo: alterum quòd de fructu obtulit, nõ de primo fructu, quas vocamus primitias deriuatiuo nomine. vtriusq; rei causam scrutemur, prius eam quæ præcedit ordine. oportet eos qui boni aliquid faciunt prouolare ante alios, & incunctãter amoliri impedimenta omnia. Est autem optimum opus summi illius primariiq; boni placatio sine cessatione dilationẽque. ideo præceptum extat: Si voveris votum, nõ cunctaberis id reddere. Votum igitur est petitio

h v

boni

boni alicuius à Deo:mandatum autem, vt voti cōpos coronam
 offerat Deo, non sibi, idq; sine mora si fieri potest. in hac re qui
 peccant, alij per beneficiorum obliuionem gratiarum actione
 se priuant, qua nihil pretiosius. alij verò per nimiam arrogatiam
 se ipsos autores honorum suorum existimant, non illum verum
 autorem rerum omnium. Tertij leuius peccant quàm proxi-
 mi, grauius tamè quàm primi. hi sua bona referunt quidem ad
 autorem Deum, sed aiunt se suo meritò ea consequi. esse enim
 se prudentes, fortes, tēperantes, iustos, & ideo dignos censendos
 diuina gratia. Horum singulis resistit sacra scriptura, ac primo
 illum qui abolita memoria indulget obliuioni his verbis allo-
 quitur: Heus tu, caue ne edendo saturatus, & extructas pulchras
 aules inhabitans, auctusq; gregibus pecorum & armētis boum,
 argentōq; & auro ac ceteris bonis tibi affluentibus, ex alteris
 corde obliuiscarisq; domini Dei tui. Quando igitur non obli-
 uisceris tu? Quando non obliuisceris tui ipsius. memor enim
 propriæ conditionis quàm sis prorsus nihili, memineris & in-
 mensæ Dei præcellentia qua vniuersa supereminet. Illum verò
 qui seipsum causam suorum honorum putat, sic castigat scriptura:
 Caue dicas, inquit, robur meum, aut fortitudo manus meæ: pa-
 rauit mihi hanc potētiam, sed memor memineris domini Dei
 tui, qui dedit tibi vires ad parendam potētiam, at ille seipsum
 dignū credens accepto beneficio, patiatur se admoneri hoc ora-
 culo: Nō propter iustitiam tuā, nec propter sanctitatē cordis
 tui, intras in terrā hāc vt eam sorte possideas: sed primū pro-
 pter iniquitatē harum gentiū inferēte iis Deo perniciē: deinde
 vt confirmetur testamentū illud quod iurauit nostris patribus.
 testamentum autem Dei figuratè dicitur eius gratia. nec est fas
 vt ille quicquā imperfectū largiatur. itaq; integra absolutaque
 sunt dona Ingeniti omnia. integra autem in rebus virtus est, &
 huius actiones. ergo si de medio sustulerimus obliuionē, ingra-
 titudinem, amorē sui, & horū iratrem arrogatiam, nō amplius
 cunctando amittemus germanū cultum Dei, sed præcurremus
 creaturas ceteras, & priusquā salutēmus vllā rem mortalem, cō-
 pellabimus dominum, parati eius imperata exequi. nā & Abra-
 hā pperans celeriter & cum magna alacritate accurrens iubet
 virtutem Sarrā festinare & fermētare tres mensuras similæ, fa-
 cerēq; subcinericios, quādo Deus ipse comitatus duabus supre-
 mis potētis, principatu bonitatēq; ipse vnus ille medi⁹ tripli-
 cem imaginationē operabat in visua anima, quarum singulas
 metir

metiri haud licet (incircūscriptus enim Deus, & incircunscriptę
 eius potētis) sed ipsæ metiuntur omnia. bonitas eius mensura
 bonorū est: potētia, mensura subditorū. ipse verò imperator mē-
 sura est omnium rerum corporearū incorporearūq; ideo hæ
 potētia: regulę præceptiq; rationem obtinentes erga ceteras,
 metiuntur & appendunt reliqua omnia. has tres mensuras bo-
 num est fermentari quodāmodo cōmisceriq; in anima, vt per-
 suasa esse summum Deum, q̄ super potētias suas eminent, & vel
 sine illis vel in illis apparet, recipiat characteres potētia: eius
 beneficētiaq; & inietur perfectissimis mysteriis, quę vt diui-
 na nemini proloquatur facilē: sed seruans ea recōdita, & tenens
 silentium, fruatur eis in abscondito. scriptura enim subcinericio
 rum quos encryphas vocat meminit, quia cēlari debet sacer ac
 mysticus sermo de Ingenito eiusq; potētis: quādoquidem di-
 uinorum orgiorum depositum seruare nō cuiusuis est. nā incō-
 tinentis animæ fluentia per os linguāq; emanantia, inundat au-
 res omnium. harū quæ capaciores lacunas habent, libenter ser-
 uant quod infunditur. aliæ verò propter angustias foraminum
 rigari nequeunt. quod autē superebullit effusum in parum ca-
 pacia. passim diffluit: vt quę prius cēlabatur fluitent in superfi-
 cie, & in modum vilis cœnis res pretiosissimæ pessum abeant.
 quamobrē placet mihi cōsiliū eorum qui ante magna myste-
 ria initiāt minoribus. Coxerūt enim pastam suā quā extule-
 rant ex Eegypto, vt fierēt azyimi subcinericij, id est ferum cru-
 dūmq; affectum subegerunt, tanquā cibum coquendo maturan-
 dō; modum autē coquendi & mutandi in melius, qui per diui-
 nam quandā morā fit, non prodiderunt sermone, sed in occultis
 suis reposuerūt. nō elati initiatione, sed sine iactatione submit-
 tentes se humiliatēsq;. Accingamus igitur & expediamus nos
 ad agendas omnipotēti gratias, reddendūmq; illi sine mora ho-
 norē debitum. præceptum est enim transeuntibus ab affectu ad
 virtutum meditationē, vt accincti lūbos pascha celebrent, expe-
 diti ad ministrandum: & induti calceamēta, quibus carneā mo-
 lem ratione cōtineant, stentq; recti firmatis pedibus: & discipli-
 nam habentes virgā in manibus, ad dirigēda citra errorem o-
 mnia vitæ negoria: postremò iubentur properando cibū edere,
 quia pascha. creaturæ mortalis trāsitus ad Deū dicitur: & valde
 cōuenienter. nullum enim bonū est, quod nō dei sit & diuinum.
 id igitur celeriter quere o anima, quē ad modum ille meditor
 Iacob: qui rogatus à patre, Quid hoc est quod cito inuenisti filie
 quāsi

quasi dogma responder: Quod dedit dominus Deus coram me
 quippe qui longa experientia doctus norat, quod quicquid inna-
 tum est animæ, longo usu confirmatur: sicut fit cum artes earumque
 præcepta traduntur discipulis. Non possunt enim præceptores,
 quemadmodum qui in vas infundunt, implere mentem eorum
 qui introducuntur. Sed quando fons sapientiæ Deus scientias tra-
 dit humano generi, sine mora hoc facit & ex tempore. tum vero
 homines discipuli facti eius qui solus est sapiens, summa celeri-
 tate quod querebant, inveniunt. est autem præcipua virtus discipu-
 lorum, dare operam ut perfectum doctorem ipsi quoque perfecte imi-
 tentur. atqui præceptor ille omni tempore celerior est, quia ne tum
 quidem ab eo adiutus est cum creabar omnia, & ipsum etiam si-
 mul cum modo exitit. adhuc enim loquente Deo facta sunt om-
 nia, nec intercessit ulla mora temporis. imò si licet verius do-
 gma attingere, dictum & factum idem est. verbo certe etiam apud
 mortales nihil est mobilius. præcedentem enim mentis conceptum
 celeritate assequitur nominum verborumque volubilitas. ergo si-
 cut rivorum perenniū fluentia cursu irrequieto feruntur, sequen-
 tibus aquis præcedentes impelluntur: ita sermonis semel ce-
 pti exundantia, mentem omnium quæ nobis insunt mobilissimam,
 & volucris naturis parem, currendo assequitur. igitur sicut In-
 genitus ille prævenit omnia genita: ita Ingeniti sermo sermo-
 nem creaturæ præcurrit, nubila etiam præteruolans, sicut ipse li-
 berè loquitur, dicens: Ecce videbis quod apprehendet te sermo
 meus. quasi nihil sit quod Dei sermonem possit effugere, quod si
 sermo prævenit, multo magis ipse qui loquitur, sicut alibi testa-
 tur, dicens sic: Ego steti ibi prius quam tu. quo significat se substi-
 tisse ante omne quod factum est: qui & hic & illic est, & aliubi &
 ubique, implens quam late patent omnia, & nihil relinquens ipso
 vacuum. non enim dicit, Ego steti & illic, sed nunc quoque tibi præ-
 sens sto illic eodem tempore, non motu ambulatorio, ut alterum
 locum occupans relinquat alterum, sed mouendo me tenore eo-
 dem. faciunt igitur suum officium obediētes filii, qui naturam pa-
 tris imitando, incunctatè cum omni festinatione quod bonum
 est agunt, qui nihil pulchrius facere possunt, quam quod hono-
 rant Deum sine dilatione. at dissipator Pharaon, non valens imagi-
 natione percipere virtutes carētes tempore, nimirum orbatus
 animæ oculis, quibus solis naturæ comprehenduntur incorporeæ,
 ne iuvari quidem ex tempore sustinuit: sed cum inanimatis opi-
 nionibus, ranis inquam premeretur, sonum strepitumque inanè
 &

& omni re vacuum emittentibus, dicente Mose: Præscribe tem-
 pus quo pro te tuisque famulis precer ut ranæ tollantur è medio,
 cum debuisset in tanta necessitate constitutus dicere: iam nunc
 precare: maluit differre dicens. Cras: ut per omnia retineret im-
 pietatis teneritudinem. Idem accidit omnibus ferme dubitato-
 ribus, etiam si non exprimatur eis confessio. nam quotiescunque ali-
 quid eis accidit præter animi sententiam, homines qui ne an-
 tea quidem firmiter servatori crediderant, ad creaturas auxiliij
 gratia confugiunt, medicos, herbas, pharmacorum compositiones,
 diætam accuratam, ceteraque omnia mortalium auxilia. Qui-
 bus si quis dicat: confugite o miseri ad illum unicum medicum
 morborum animæ, omittis istis quæ à corruptibili creatura peri-
 ris falsi nominis auxiliis: rident & cauillantur reclamantes: In-
 craftinum ista: quasi ne presentaneam quidem malorum depul-
 sionem petitori à Deo supplices. sed quando nihil humanæ opis
 proficit, & vel Pæonia remedia officiant: tum demum penitus
 destituti consilio, nullum aliunde sperantes auxilium, infelices
 volentes nolentes, vix serò ad Deum qui solus servare potest se
 recipiunt. ille non ignarus parum valere quæ extorta sunt, non
 omnibus pariter est facilis, sed his in quos bene collocatur be-
 neficium. Ergo omnis cogitatio quæ sua putat esse omnia, Deo
 se præferens (hoc enim ex his verbis *POST ALIQUOT DIES*
 intelligitur) sciat se impietatis ream apud sacras literas. Hacten-
 us satis dictum sit de primo Caimi crimine. secundum tale fuit.
 Cur de fructibus, & non de primis fructibus offert primitias: for-
 tasse hanc ob causam, ut primatum creaturæ det, secundarium ho-
 norem reddat numini. Sicut enim sunt quidam qui animæ præ-
 ferunt corpus, servum dominæ, eodem modo sunt qui creaturam
 magis honorant quam creatorem, contra mandatū legislatoris,
 iubentis primitias de primis fructibus terræ inferri in domum
 Dei, & non converti in usum proprium. iustum enim est motus
 animæ primos vel sua vi vel ordine, Deo dedicari auctorem eum
 confitendo. Qui primi sunt ordine, sunt illi qui statim à natiui-
 tate nobis obuenerunt, cibus, incrementum, visus, auditus, gustus,
 odoratus, tactus, sermo, intellectus, partes animæ, partes corpo-
 ris, vires harum, in uniuersum motus & habitus qui secundum
 naturam sunt. quos autem sua dignitate vique primos dixi, sunt be-
 nefacta, virtutes, virtutum actiones. ex his igitur iustum est offer-
 ri primitias. primitiæ verò sunt, sermo ex sincero animo emissus
 cum gratiarum actione. is diuiditur in suas sectiones, sicut lyra
 diuid

diuiditur, & cætera instrumenta musica. in his enim soni & singuli per se apti sunt, & ad alium cōcentum maximè accōmodati sicut & in grammatica ex elementis ea quæ vocantur vocalia quæ tum per se sonant, tum aliis coniuncta integrā vocem efficiunt. cæterum natura quæ multas potentias in nobis vel sensitiuas vel intellectiuas fabricauit, & cuique peculiare aliquod opus assignauit: ac rursus omnes eas coaptauit per proportionem concinnitate qua respondent inter se inuicē, iure felix prædicari potest & ob vniuersas & ob singulas. quapropter cum offeres sacrificium de primis fructibus, ita diuide sicut docet sacra scriptura: primum ut sint virentes, inde tosti, deinde comminuti, postremò comminuti, virentes recentēsque ideo: quia homines illos antiquum fabulosumque tempus amātes, celerem autem & nulli tempori obnoxiam Dei potentiam non intelligentes docet: admonens ut noua, recentia pubentiāque sumant bono animo, ne priscis innutriti fabulositatibus quæ multis ætatibus ad decipiendos mortales sunt ceu per manus traditæ, imbuetur falsis opinionibus: sed à Deo nunquam senescente semper iuvene noua recentiaque bona copiosè accipiendo, discant credere non esse quicquam vetus apud eum, aut omnino præteritum sed subsistens absque tempore nascensque: quapropter etiā alibi in loco scriptura inquit: A facie cani surges, & honorabis faciem senioris. quasi plurimum interfit inter vtrunque. Casum enim dicit tempus illud otiosum, à quo surgere migrareque oportet eos qui declinant opinionem istam innumeros fallere, quæ tempus habeat naturam faciendi aliquid. Senioremem autem eum qui honore, præmio dignitatēque præfertur cæteris, cuius præbatio amico Dei Mosi committitur. Quos tu nosti, inquit, hi sunt. nempe quod hic nihil iuuenile admitteret, seniora & summa honore digna dogmata amare solitus. Prodest tamen si non paradam perfectam virtutem, certè ad curā rei publicæ. nosse opiniones priscas & Ogygias, audireque antiquitatis pulcherrimas facinoras, quæ historici, & omne genus poetarum prodiderunt ætati suæ ad posteritatis memoriam. Sed quando ex improbitate nil tale sperantibus, repentina lux affulserat sapientiæ quæ per se quisque discit, quæ patentem animæ oculum penetrans ex auditoribus reddit spectatores scientiæ, celerissimè sensum, visum præ tardissimo auditu in mentem inferens: tunc frustra fuerit sermonibus aures exercere, ideo dicitur: Comederis vetera vetera veterum: sed & vetera ex persona iuuenū efferetis: qui

cana propter tempus disciplinæ recusandæ non sint, dum & scriptis sapientum dānus operam, & narrationibus priscarum rerum sententiarumque libenter intersumus, & scitari non grauamur de superioribus ætatibus, quando nihil ignorare est res iucundissima. Cum autem Deus in animam indit noua germina per se docilis sapientiæ, quæ ex præceptoribus didicimus contrahenda circumscribendaque sunt, subducentia se vtrò & essentia. scholarem enim Dei, siue familiarem, siue discipulum, seu quocumque alio libet hūc appellare nomine. impossibile est tolerare præceptiunculas mortalium. Sit præterea nouæ animæ maturitas testa, hoc est tanquam aurum sermone efficaci examinata. examinatæ autem probatæque signum est soliditas: sicut enim vitentium spicarum fructus torretur ut deponat molliciem, quod fieri non potest absque ignis ministerio: eodem modo nouum conatum tendentium ad maturitatem virtutis operetur potente irrefragabili sermone duratum solidumque reddere. solet enim sermo in anima speculationes non solum ad maturitatem coquere ne sint fluidæ, sed & irrationalium affectionum impetum labefacere. saltem meditatorem Iacob coquentem aspice, quādo Esau mox deficere inuenitur. fundamentum enim seipsum amatum, vitium & affectus est: quo sulti si id sibi subduci viderint, non immerito nerues roburque amittunt. Sit autem is sermo non confusus, sed in sua frustra diuisus. nam sic concisa *Χίρρα* vocantur. in omnibus enim rebus ordo melior est quàm perturbatio, præsertim in sermone currente velocissimè. diuidendus est igitur in præcipua capita ut vocant, & addendus suus apparatus singulis, exemplum bonorum sagittariorum imitatio, qui scopo aliquo sibi proposito, conatur omnia tela in eum defigere. scopo enim summariū illud capitulū, telis eius apparatus assimilatur. atque ita sermo, quo nihil præstātius discimus, aptè cōcinneque conrexitur. etenim bractæas auri cōcidit legislator in fila, ad cōtexenda quedam sua opera firmitus. Ad eundem modum sermo quouis auro pretiosior, ex variegationibus innumerisque ideis laudabiliter absoluitur, quādo vique ad exigua capitula cōcisus formā alicuius inuēti accipit, additis demonstrationibus, tanquam aptè contextis staminibus. siquidē pari modo præcipitur ut holocaustoma detracto tergore membratim concidatur, ut primum anima absque tegminibus quæ ei vanæ falsæque opiniones circūdāt, nuda appareat: deinde diuisiones cōuenientes recipiat. integrū enim quiddam & vni-

virtus est, quæ in species suas diuiditur, prudentiã, temperatiã, iustitiam, fortitudinẽ: vt cognitis singularum differẽtiis vtrõ eam colamus, & per partes & integram. Cõsideremus aut̃ quomodo animã assuefaciamus, ne solidis & indigestis imaginationibus turbata decipiatur: sed vt diuisiones rerũ faciendo singulas introspeciat & scrutetur cum omni diligẽtia. assumemus etiam sermonem qui non inordinato impetu ruẽdo obscuritatem faciat, sed partitus in sua capita, singulorũq; horũ demõstrationes, tanquam animal ex perfectis mẽbris cõpactum pulchrẽ congruat. oportet autem, si volumus vsũ harum rerum in nobis confirmari, exercere has meditariq; assidue: quia non perseverare in cõceptis sciẽtiis, perinde est ac si gustato cibo potũq; nõ detur ad satietatẽ edere. ergo post concisa pulchrẽ conuenit comminuta facere, hoc est post diuisionem immorari in inuẽtis terendo tẽpus diutius. nam exercitatio continua scientiam cõfirmat, sicut ignorantia in exercitatio. innumeri igitur dum grauantur in certamen descendere, genuinã vim perdidērunt: quos non sunt imitati qui animã alebant prophetia significata manne nomine. Nam hi molebant conterebantq; eam faciendo subcinericios, volentes singuli cœlestem illum virtutis sermonẽ comminuere quo firmitus hæreret in animo. ergo vbi uirẽtia ad maturitatẽ, tosta ignito irrefragibilĩq; sermone, concisa diuisãq; in rerum partes, deniq; cõmunita per tractationẽ meditationẽq; inuentorum approbaueris, ex sententia Dei sacrificiũ primi fructus offeres, optimi & ante alios prognati ex anima. attamẽ etiam si ipsi tardemus, ille nõ cõtractatur idoneos vel ante oblationẽ sibi assumere. Assumam, inquit, vos mihi populũ, & ero Deus vester, & vos eritis mihi populus: ego sum dominus. Hæc sunt Caimi crimina, post aliquot dies offerẽtis sacrificium. ceterũ Abel obtulit ei nec eadẽ, nec eodem modo, sed pro inanimis animata, pro iunioribus & secundariis grandiora & primaria, pro deterioribus integra atq; pinguiora. nã de primogenitis gregis sui, & de adipib⁹ eorũ sacrificasse dicitur, iuxta præceptum sacratissimum. est autem tale. Et erit, inquit, cum introduxerit te Deus Chananæorũ in terrã eorum, sicut iurauit patribus tuis: dabo tibi eam, & sumes omne quod aperit vuluam generis masculini de armẽtis & gregibus tuis, vt offeras domino. omne aperiẽs vuluã asini, permutabis ouem si autem nõ permutaueris, redimes ipsum.] Quod aperit vuluam, donum Abelis est primogenitũ, quod quãdo & quomodo offerend

offerendum sit quære. certẽ aptissimum tempus est, quando inducit te Deus in fluctuantem sermonem, terram Chananæorũ, nõ quomodocunq; sed quemadmodum iurauit ipse: non vt fluctuationem huc illuc iactatus, & nusquam consistens sustineas, sed vt ab ea desistens in serenitate ac tranquillitate degas, & ad virtutem tãquam in stationem tutissimam, aut portum delatus stabilis firmiter. Dum autem dicit, Deum iurare, dispiciendum an verẽ hoc ei cõueniens pronuncietur: quoniam plurimis videtur non esse proprium. Iusurandum enim intelligitur testimoniũ Dei de re ambigua. Deo autẽ nihil est incertum aut dubium, qui etiã alios in cognitionẽ veritatis dignatur introducere. ipsi certẽ nullo teste opus est. nec enim est alius Deus huic honore par. ne quid dicam de teste, quod in quãtum testimoniũ exhibet, maior est eo cui datur testimoniũ. aliter enim opis indiget, alter opem fert. at quod opẽ fert, fide dignius est eo quod hac indiget, sed nihil est præstãtius summo illo rerum autore, quia ne conferendum quidem quicquam, imò neq; paulò deterius, sed toto genere demissum infra Deũ inuenitur quicquid est. & homines vt fides ipsis habeatur ad iusurandum conueniunt. Deus vel simpliciter loquẽs fide dignus est. itaq; verba eius, quantum ad certitudinem, nil à iuramento differunt. ita fit vt sententiã nostrã fides ex iureiurando accedat, ipsi verò iuramento ex Deo. non enim propter hoc Deo creditur, sed hoc per Deum confirmatur. cur igitur vati nostro visum est iurantem eum introducere? vt infirmitatem creaturæ coargueret, & conuictam consolaretur. non potest enim anima nostra semper in promptu habere præcipuam illam de Deo sententiam, nõ esse eum homini similem, vt trãscendamus quicquid prædicatur de homine: sed quia maxima ex parte affines sumus rerum mortalium, & præter eas nil cogitare possumus, neque proprios morbos egredi: sed induti rebus mortalibus tanquam cochleæ, eisq; harum in morem inuoluti, eadẽ de illo beato immortalĩq; quas de nobis opiniones habemus, verbis quidẽ negantes Deũ humana forma præditum, re autem ab impietate quorundam, qui affectus ei tribuunt non alieni, vt cunq; tergiuersamur: idẽ manus, pedes, introitum, exitum, odium, alienationem, auersationem, irã ei affingimus, affectus nihil ad autorẽ illum summum pertinentes: in quibus & iusurandum est, quo subleuatur nostra infirmitas. Si dederit tibi Deus quævis, ait Moses ponẽs terminos. illo enim non dante nõ habebis. quoniam omnia in
i eius

eius potestate sunt, externa bona, corpus, sensus; ratio, intellectus
& omnium actiones atque essentia: nec tu solus, sed & mundus hic,
à quo quicquid auelles & separabis, hoc alienum inuenies. etenim
terram, aquam, aërem, cælum, stellas animalium stirpiumque
mortalium tum immortalium ideas omnes ut res suas possidet.
itaque quicquid ex his adduxeris pro victima, Deo suas res
offeres non tuas. Et vide quam pius, qui de his, quæ acceperat
sumpsit: non totum offert quantum sibi donatum est. plurimas
enim res nobis natura convenientes humano generi donauit,
quarum expertus est ipsa omnium: ut generationem ipsa ingenua,
alimentum quo ipsa non indiget, corpus instrumentale quod ipsa
non potest assumere, incessum, visum, auditum, cibos nunc ingerere,
nunc digestos egerere, vaporum discernere diuersitates,
verba promere, ridere: insunt nobis & alia permulta ad usus
quotidianos necessaria. Verum hæc aliquis indifferentia dixerit,
quæ verò ex consensu bona sunt, inesse naturæ. age igitur exami-
nemus ea quoque quæ ut vera bona admiramur, quæ omnia optamus
nobis obuenire suo tempore, & adepti videmur felicissimi.
Quis ignorat quod carere senio mortemque habetur inter huma-
na bona præstantissimum, quæ neutra ad naturam pertinent,
quamuis expertem mortis & senis? Et quid mirum si ingenium
illud bonis vni non dignatur, quando & creatura ipsa, secundum
idearum in quas diuiditur differentias, dissimiles virtutes ex-
perit: itaque nulla inter viros & mulieres emulatio est de his que
sunt alterutrius propria: sed mulieres non abstinentes studiis viri-
libus, viraginum subibunt infamiam: viri verò androgynorum,
si tractent exercitia muliebria. Quid quod nonnullas virtutes na-
tura ita discreuit, ut nulla cura possint communicari? & ideo se-
minare gigneremque propria viri virtus est, non adest mulieri,
sicut fecunditas pariendi, muliebri bonum, non cadit in viri
naturam, itaque ne illa quidem quæ insunt hominibus, de Deo di-
cuntur proprie, sed per quendam abusum nominum quo infir-
mitati nostræ succurritur. quamobrem auferat anima, quicquid
est genitum, mortale, mutabile, profanum, quando de Deo inge-
nito, incorruptibili, immutabili, sancto soloque beato cogitas, ce-
terum omne masculinum aperiens vuluam sacrificari domino,
valde naturæ est consentaneum. sicut enim mulieribus ad parien-
dos fetus peculiarè partem natura dedit vuluam: ita ad gene-
rationem actionum assignauit in anima vim, per quam intel-
lectus multa concipiat, parturiant, denique pariat etiam. cõmentum
autem

autem quæ pariuntur, partim masculina partim feminea sunt, si-
cut animalia femineus fetus animæ malitia est & affectio, qui-
bus effeminamur in omnibus studiis. masculus autem, virtus &
immunitas ab affectibus, quæ duo nos confirmant & excitant. ex
his quicquid ad virile conturbatum pertinet Deo consecrandum:
quicquid ad conclave muliebri, nobis attribuendum: & ideo præ-
cipitur, Omne aperiens vuluam masculinum domino. addit etiam:
Omne aperiens vuluam de armentis & gregibus tuis. Postquam
dixit de principalis animæ partis fetus, incipit docere de bru-
tae partis progenie. hæc ad sensus pertinet, quos confert propheta
cum armentis & gregibus, cicuribus mansuetisque, ut qui sub pa-
storum cura degunt, quæ enim libera sinuntur, destituta cicura-
tore effertur, at quæ præfectos habent caprarios, bubulcos, pa-
stores, iuxta quodque genus animantium, ea mansuescunt necessa-
rio. proinde & sensuum genus suapte natura vel mansuetum vel
immansuetum est. immansuetum quidem quando contempto regi-
mine intellectus ceu bubulci, fertur sine ratione ad sensibilia.
mansuetum verò, quando obsequenter cedens præstantiori animæ
parti rationi, ab ea gubernatur & regitur. quicquid igitur videt,
audit, & in vniuersum sentit, iuxta intellectus monita, totum ma-
sculum atque perfectum est, quia bene se habet singula. Quicquid
autem sine præfecto: corpus nostrum, tanquam ciuitatem magistra-
tu carentem perducit ad interitum. Rursum ex sensibus aliquos in-
tellectum sequentes, qui necessario potiores sunt, ad Deum refer-
re oportet: contumaces verò imputandi nobis sunt, qui temere
impetu eorum rapimur. Nec tantum à iam dictis, sed & à fer-
mento toto præceptum est particulam desumere. Et erit quando
come letis de fructibus terre, auferetis particulam separatam do-
mino. De primitiis fermenti panum vestrorum, particulam au-
feretis ei, sicut partem de area, sic separabitis id. Fermentum istud
proprie, si verum fatendum est, nos ipsi sumus, congestis & com-
mixtis plurimis essentis, ut ex his absoluere mur. frigidum enim
cum calido, & aridum cum humido, potestates contrarias com-
mixtas & cõtemperatas animalium opifex in vnum redigens,
vnumquemque nostrum fecit ex ea congerie, quæ intelligitur fer-
menti nomine: cuius primariæ duæ partes anima & corpus, pri-
mitiæ Deo consecrandæ sunt. sunt autem primitiæ, sancti & ad
virtutem pertinentes motus partis vtriusque, ideo conferuntur
cum area, ergo sicut in area triticum hordeumque & id genus alia
seorsum separatur, aristæ verò & paleæ & huiusmodi quisquiliæ
i ij dissip

disipantur aliò: ita etiam apud nos alia sunt optima, vtilia, v. r. os cibos præbentia, per quæ recta vita perficitur, quæ quidem offerenda Deo sunt: alia verò parum diuina relinquenda velut reiectamenta mortali generi, ab his tamen auferendæ particulæ. sunt item potentia totæ puræ à malitia, quas diuidendo mutilare nefas est, similes nò diuidendis victimis, scilicet holocaustatis: quarum manifestum exemplum Isaac, qui more victimæ duci iussus est, nulla corruptibili affectione oblæsus. alibi quoque dicitur: Munera mea, dona mea, sacrificia mea seruabitis offerenda mihi in diebus festis, nihil adimedo neq; diuidendo, sed plena integra perfectaque adducendo. Festum enim animæ est perfecte lætari virtutibus. est autem perfecta lætitia expers morborum humano generi accidētium. tali festo solus sapiens fruitur, prætereà nemo. nam anima quæ nullum affectum aut vitiū gustarit inuenitur rarissimè. Reddita igitur ratione de partibus animæ, tum rectrice cū subdita, quidve sit in vtraq; masculinū aut foemininum, cōsequenter docet de corpore. Sciens enim certò quòd absq; labore & cura non est possibile adipisci progeniem masculam, dicit deinceps: Omne aperiens vuluam asini, permutabis oue: ac si dicat omnem laborem permutabis profectu. Laborem enim asinus significat animal patiens: profectum verò ouis, sicut vox Græca πρόβατον indicat. submouemur autem, his ne segnes simus in studiis artium cæterorumq; quæ meditatione discimus, sed accuratissimè preparata mentis subsistamus fortiter aduersus omnem lassitudinē, demusq; operam ne labor cōiunctus sit cum negligentia: & vt vsq; proficiedo ad gloriosum finem perueniamus. propter profectum enim labor sustinendus est: quod si te tolerate laboris difficultatem, ingenium tuum nihilo reddatur melius, repugnētq; profectui, deliste & quiesce. Durū enim est aduersari naturę. ideo additur: Quod si nò permutaueris, redimes id. hoc est, si nò poteris profectu mutare laborem, noli laborare. hoc enim redēptio significat liberare animam ab inani cura & inutili. hæc autem nò de virtutibus dico, sed de his artibus quæ medijs sunt generis, deq; aliis necessariis ad curā corporis, & ad externa bona quærēda. nā labor qui propter vera bona & perfectam honestatē suscipitur, etiā si ad scopū nò perueniat, per seipsum ad sectatores suos iuandos sufficit, virtute autē excepta quicquid non absolvitur, nullam affert vtilitatem. quemadmodū in animalibus si caput adimas pereunt cætera omnia. Caput autem negotiorum est si

nis

nis eorum: quo adhibito viuunt quodammodo: moriuntur autem mutilata, si illud præcidere volueris. itaq; & athletæ qui nò possunt reportare victoriã semper succubentes ab incepto desistant: & si quis negotiator aut nauclerus maria sulcans infortunatus est, mutata vitæ ratione quiescat: & quotquot medijs artibus studendo, propter ingenium durius nò valent eas assequi, laudem merebuntur si desinant. nò enim propter exercitiū exercent alia, sed propter scopū ad quem ea referuntur. ergo si forte ingenium in eodem vestigio hæres nolit se promouere ad meliora, ne frustra cōtedamus. quod si ab eo iuuabimur, primitiis honoribusq; Deū colamus, quibus anima redimitur, & exēptā immitium herorū dominio in libertatē asseritur. Moses enim fatetur, Leuitas qui pro primogenitis cultores facti sunt eius quæ solus colendus est, redemptionē esse cæterorum omnium. Ego, inquit, tuli leuitas de medio filiorū Israël, vt redimerentur eis: eruntq; mihi Leuitæ. meū est enim omne primogenitū, ex quo percussi primogenita in terra Aegypti: sanctificauit mihi quicquid primū nascitur in Israël. ratio quæ ad Deum cōfugit simpliciter, nominatur Leuita. Hūc è meditullio & principali animæ parte desumptū, electū & in sortem suā receptum, portione quæ maiori natu debetur dignatus est: vt inde satis liqueat, Rubim quidem Iacobi, Leui autem Israëlis esse primogenitū: quorū ille tēpore, hic dignitate ac potentia ius primogenitorū sibi vindicat. Iacob enim cū laborē & profectū significet, principium est bonæ indolis, quæ in Rubim intelligitur. cōtemplationis autem quæ solum sapientē Deum intuetur. iuxta nomen Israëlis, fons est illum colere propenso animo: quæ cultum Leuita significat. ergo sicut Esau iuris primogenitorū hæres Iacob inuenitur, studio vitiorū victo à labore honesto: ita & bono ingenio præditi Rubim primatum ætatis Leui perfectæ virtuti deditus auferet. cuius perfectionis signū manifestius, quòd ad Deum cōfugit relictis ad quæ natus fuerat negotiis. hæc sunt illę propriæ mercedes quibus anima libertatis auida redimitur. quid autē si hic quoq; dogma introducitur valde necessarium? quòd omnis sapiens stulti est redemptio mercēsq; ne minimo quidē tēpore duraturi, nisi ille misericordia sua prouidentiaq; impulsus incolumitati eius prospiceret: sicut medicus ægroto, morbis eius resistēs, & aut mitiores reddēs, aut omnino tollens, nisi tanta sit morbi vis & cōtumacia, vt lōge curationē superet. tūc enim pereundū est corpori, quādo in ea bilance immensum præ

à iij

grauan

grauantibus malis, bonorum ediuersò nullum pòdus est. vbi si inuēta esset quinquagenaria ratio, iuxta quam anima seruituti exempta in totum libera pronuntiat, aut aliquis sequētium numerorū quos ille sapiens Abrahā enumerat, descendens vsq; denarium eruditioni peculiarē numerum, nō perisset mēs tam ignobiliter. conandum tamen est vt etiā certò perdendos à suis vitiis seruemus quā rē possumus, imitādo bonos medicos; qui quāuis videant haud posse agrum à se seruari, tamen libēter omniā curationem admouent, ne per ipsorum negligentia videatur res nō successisse ex sentētia. quod si vel minima sanitatis scintilla se ostenderit, ea diligētissimē sicut in foco accēdenda est. sperandum enim fore vt vita prorogata mutetur in melius, magisq; sibi in posterū à lapsu caueat. Equidem quādo aliquem bonū virum habitantē in aliqua domo aut vrbe video, & domū, & vrbe illam beatā prædico, ratus tum præsentē felicitatem ei mansurā perpetuò, tum absentē expectandā cumulationem, Deo ultra modum mensurāmq; diuitias suas in gratiā dignorum etiā in indignos profundere solito, quib⁹ quia ne fescant precari mihi nō licet, precor vitā lōgissimam, existimantam diurnā felicitatem fore hominibus, quā longū illis vitæ tēpus contigerit, proinde audita morte alicuius eorum, magna tristitia magnòq; dolore afficior, nō tam ipsorum vicē dolens quā superstitiū. illos enim naturæ ordine necessario manet is exitus, vt post vitā feliciter exactā gloriosa mors eos excipiat, istis verò destitutis magna potentiq; manu qua protēcti antea fuerant, suorum malorū sensus imminet: nisi natura tanquam in arbore de qua maturi fructus defluunt, alios recentes substituat, quibus alantur fruanturq; quibuscunq; darum est, quemadmodū igitur ciuitatum certissimū munimentum viri fortes sunt: ita in vniuscuiusq; nōstrū ciuitate, quæ cōstat ex anima & corpore, pro firmissimo propugnaculo sunt cogitationes amicæ prudentiæ: quas legislator per translationē vocat mercedem redēptorum & primogenitos, ex causis iā ante dictis, propterea ciuitates quoq; Leuitarū immunes semper fore ait: quia Dei cultor libertate sempiterna fruitur, iuxta continuas mutationes animæ nunquā nō mobilis, sanationes recipiens alias super alias, quod enim ait immunes nō semel, sed in perpetuum, ita intelligere debemus, semper eas mutari, verū semper in integrū restitui: quādo mutatio à natura mortali est eis indita; libertas verò Deo curante superuenit. Illud quoq; nō obiter cō-

sude

derādum videtur, cur nā ciuitates Leuitarū cōcessē sint profugis, vt cum sacratis viris profani omniū existimatione cohabitarent: hi sunt qui non spōte cædem fecerunt, primū igitur dicendum quòd cōsentit cum modo dicto, bonū virum mali esse redemptionem, itaq; meritò peccatores ad sacerdotes veniunt, vt purificētur, deinde, à Leuitis ideo admitti profugos, quia & ipsi potētia sunt profugi, quemadmodū enim illi pelluntur procul patria: sic & isti reliquerūt liberos, parētes, germanos, quicquid familiarissimū est & charissimū, vt pro mortali sorte immortalē inuenirent. hoc tantū interest, quòd illi nolentes exulant ob facinus quod nolētes admisere: isti volentes profugiunt rerum optimarum amore: & quòd illis Leuitæ sunt refugium, Leuitis autē præses rerum omnium: vt imperfecti quidem legem habeāt sacrā scripturam: isti verò Deum cui cōsecrati sunt, Prætereā qui nō sponte cædē fecerunt, ideo easdem cum Leuitis ciuitates ad incolendū sortiti sunt, quia & isti propter cædem factam priuilegium cōsecuti sunt, cū enim anima parua sibi cōstans ad illum Aegyptium Deū corpus tanquā ad aurum honorandum se cōuertit: tunc sacri sermones omnes sua spōte correptis telis, id est eruditio demonstrationib⁹, ductu imperioq; summi pōrificis ac vatis amici Deo Mosis quæ sibi præfecerāt, bellū acerrimum pro pietate susceperūt, nec prius destiterunt, quā de bellatis omnium aduersariorū dogmatibus, itaq; meritò idē acceperunt domiciliū, qui eadem quāuis nō eodem modo fecerant. Est & alia nō incēlebris vt inter secreta ratio, deponenda penes aures seniorū, obturatis interim iuniorū auribus. Ex Dei potētiis optimis omnibus vna cæteris honore par, quæ ad legū lationem pertinet (nā ipse summus legislator est, fons legū, cæterorūmq; legislatorū particulariū) bifariā potest diuidi, prioris partis minister Leuita est: omnib⁹ enim ritib⁹ fungitur, qui referūtur ad perfectū sacerdotium, per quod assurgit ad Deum genus humanū, eiq; familiare redditur, siue per holocausta, siue per sacrificia quæ pro salute fiunt, aut pro peccatis quorū pœnitet. Alterius autem partis quæ ad pœnas noxiis infligēdas spectat, ministri fiunt, qui cædem cōmittunt absq; animi proposito, attestāte Mose: Nolens, inquit, fecit, sed Deus tradidit eū in manus eius. Itaq; huius manibus pro instrumēto vsus est: & quū inuisibiliter per eas operatus est, alter est ipse quoq; inuisibilis. Cohabitēt igitur duo famuli, executores duarū legislatoricæ potētiæ partiū: eius quæ ad beneficia pertinet, Leuita: eius quæ ad

i iij

pœnas

pcenarum exactiōem, is qui nolēs interfecit. quod autem ali-
die qua percussī omne primogenitū Aegypti, sanctificauī mihi
omne primogenitū Israhēlis: nō debemus suspicari, illo tantū-
modo tēpore, quo magna illa plaga Aegyptij percussī sunt, pri-
mogenitorū interitu sanctificata esse Israhēlis primogenita: sed
& olim & nunc & posthac & semper hoc cōtingere potest in a-
nima, quādo quod in cæco affectu præcipuum est extinguitur,
Deo tunc acutē discernēte antiquiorem honoratiōemq; sobo-
lem quam sibi sanctificet. exitus enim ē vitio introitum in vir-
tutem efficit: sicut e contrā, decedente hac vitium succedit ve-
lut ex insidiis. certē vix exiuerat Iacob, cū in mentem omniū
capacem Esau ingressus est, pro virtutis formulis impressurus,
si valeat, characteres malitiæ. verū non potuit hoc efficere:
supplantabitur enim & hæreditate fraudabitur à sapiente illo
nesciens, propellēte iniuriam priusquam eam accipiat. Offert
autem hic noster primitias non solum de primogenitis, sed &
de eorum adipibus, ostendens quod quicquid in anima hilare,
pingue, salubre, gratiosum, totum debeamus Deo cedere. Equi-
dem tria video in sacrificiorum ordinatione præcipi, vt offe-
rantur præ cæteris victimæ partibus, adeps, renes, fibra iecoris,
de quibus suo loco dicemus: nusquam cerebrum, nusquam cor,
quæ ante alia consecrari oportebat, si legislator principatum
agnouisset in horum altero. Quid si admodum piè considera-
tēque hæc in fidelem Dei aram non intulit? quia principalis
illa vis singulis temporis momentis vel ad melius vel ad dere-
rius mutabilis non manet eodem loco, quandoquidem & ipsa
nunc probatæ nūc damnatæ monetæ censetur. quam obrem lo-
cum rerum ad eō inter se pugnantium capacem, honestatis &
turpitudinis, neutram excludentem & parem honorē tribuen-
tem vtrique, non minus imputum quam purum legislator iu-
dicans, ab altari Dei amouit, quod enim turpe idem profanum
est: profanum verò, omnino inconsecrabile. & hoc est cur prin-
cipalis vis à sacris arceatur: cui si accedat certum iudicium, tum
demum perpurgatis omnibus partibus, immaculata, impollu-
tāque rota adolebitur. hæc enim est lex holocaustorum, vt
præter recrementa ciborū & tergis, quæ corporalis infirmita-
tis non malitiæ sunt indicia, nihil residuū relinquatur ex crea-
tura. cætera quæ animam reddunt omnibus membris integrā,
integra super altare numinis exurantur.

PHIL

PHILONIS IVDÆI

De eo quod deterius potio- ri insidiari soleat.

HT dixit Caim ad Abel fratrem suum: Trāsea-
mus in campum. Et factum est cū essent in
campo, insurrexit Caim contra Abel fratrem
suum, & occidit eū.] Quod Caim sibi voluit,
tale est. prouocatū Abelem ad disputationem
induxit, vt verisimilibus probabilibusque so-
phismatibus eum expugnatū caperet. campū enim in quem vo-
catur, signum certaminis ac pugnæ dicimus, ex manifestis cō-
iecturam de incertis sumendo. videmus enim pleraq; certami-
na tā belli quā pacis tēpore in cāpis peragi. in pace gymnici
athletæ stadia & campos. quærunt adiacentes viis publicis: nec
in bello mos est pedestria equestriāq; prælia in tumultis cōmit-
tere: sic enim propter loca impedita vtrinq; maiora detrimēta
hostes acciperēt inferrētq; sibi inuicē. Huius rei argumētum
est maximū mediator illæ scientiæ cōtrariā ei debellans igno-
rantiam, quādo irracionales animæ potentias quodāmodo cō-
pescēs castigāsq; in cāpo cernitur. Accersit enim Iacob Ra-
chelem Liamq; in campū vbi greges erant: manifestē docens
per cāpum contentiōem significari. accitis autē dixit, Video vul-
tum patris vestri non esse erga me sicut heri & nudiustertius.
Deus autē patris mei erat mecū.] Atqui ideo (dixerit aliquis)
Laban erga te malè affectus est, quia Deus tibi fauet. nā in qua-
cunq; anima externū istud sensibile honoratur tanquā bonum
maximum: in ea ratio ciuilis nō inuenitur: in qua autem Deus
obambulat, in ea bonū externū sensibile non relinquitur, quod
in nomine Laban intelligimus. & quotquot rationis profectu
sicut patriarcha ornantur, irracionales animæ impetus per do-
ctrinā traducunt in melius, campū ad hoc eligēdo vt locū ido-
neum. Dicitur enim Iosepho, Nōne fratres tui pascūt oves in
Sichem? veni, mittā te ad eos. quo respondente, Præsto sum, ait.
Vade & vide si sani sunt fratres tui & pecora, & renuntia mihi,
Et misit eum de valle Chebron, & venit in Sichem, inuenitque
eum homo errantem in cāpo: & interrogauit quid quæreret: at
i v ille

ille respondit: Fratres meos quæro, indica mihi ubi pascant greges. Dixit ei homo, Recesserunt de loco hoc: audiui enim eos dicentes, Eamus in Dothaim. Ergo quod in campo irrationales suas potestas cōpescant, satis liquet ex his quæ diximus. Ioseph autem mittitur ad eos, quia patris disciplinam austeriorem ferre non potest, ut discat apud indulgentiores præceptores, quid utile, quidve faciendum sit. Vitur enim dogmate est diuersis cōtexto admodum multiplex atque vario, ideoque tunicā variegatā ei factam, dicit legislator, quæ significat labyrinthosam & inexplicabilem dogmatis introductorem: qui rerum publicarum instituta magis quam veritatem respiciens inter philosophandum, tria generalia bonorum, externa, corporis, animæ, totis naturis inter se distincta, in vnum contrahit: cum debuisset suum cuique pretium reddere, & quantum vniuersa valeant ostendere, & illud integrum verum plenariumque bonum ex omnibus his cōpositum, ista vero ex quibus hoc cōpingitur, partes aut elementa bonorum esse, non autem perfecta bona. Et sicut nec ignis, nec terra, nec vnum aliquod ex quatuor, ex quibus constat hæc rerum vniuersitas, mundus est, sed elementorum in vnum cōgressus & cōtemperatio: pari modo felicitatem nec in externis bonis proprie, nec in corporis, nec in animæ seorsum examinari: hæc enim singula velut partes quædam & elementa sunt: sed in omnium simul congerie, pro hac igitur opinione, ut meliorem discat, mittitur ad viros qui solum honestum esse bonum existimant, quod anima, in quantum animæ, est proprium: corporis vero bona quæ vocantur, lucra tantum esse, non etiam vera bona persuasum habent. Ecce quid dicat: Fratres tui pascunt, & imperant omnibus brutis sui partibus, in Sichem: quod interpretatur humerum: laborem tolerantiam significans, nam virtutis amatores baiulant sarcinas maximas, affectum erga corpus & voluptatem corporis, præterea certamen aduersus externa bona delectationesque quæ inde proueniunt. Ad eundem igitur, mittam te ad eos, hoc est, accitus accede ad mentem, sponte facto imperu ad meliora discenda, hæc tibi places quasi veram illam disciplinam adeptus, quamuis enim nondum hoc apud te statueris, paratū te ais denuo discere, dicēs, Præsto sum, quo verbo mihi videris temeritatem facilitatemque tuam aperire potius quam ad disciplinas capescendas animi propertitudinem, argumēto est, quod inueniet te paulo post verus homo errantē in via, non erraturū si sano proposito iuisses ad exercendum te, atqui adhortatio patris

rentis

rentis nullam necessitatem tibi imponit, ut voluntarius & tuopte iussu trāseas ad meliora studia: ait enim: Profectus vide, dispice, considera, & accuratissime specularē totū negotiū, oportet enim te prius scire quid sit illud cui laborē impensurus es, atque ita ad eius studium accedere, certē postquā prospexeris, & totum intuitū per omnia circuntuleris, insuper examina illos quoque qui versantur iam in eo exercitio: sani ne sint dum hoc agunt an insaniant, quemadmodū voluptatis amatores arbitrantur, caullis eos incessantes subsannantesque. Et caue ne putans te satis animaduertisse, sanos hos meditatores pronūties prius quam patri renuntiaueris omnia, nam sententiæ nuper incipientium discere, sunt incōstantes & infirmæ: sicut eorū qui iam profecerunt, firmæ: quorū imitari oportet constantiam, hoc modo anima si scrutaberis cogitationes sacras immittas diuinitus, itaque leges Deo charorū hominum, nunquā cogaris aliquid indignū earum celsitudine admittere, nam hoc ipsum de quo nunc verba facimus, quomodo posset admittere quisquā rectē sapiēs? Tantamne fuisse ministrorū seruulorumve inopiam in familia Iacob possideris opes regias, ut filiū in agrū longinquū mitteret renūtiaturū de ceterorū liberorū valitudine, atque etiā pecorū? auis eius, præter captiuorū turbam quos abduxit oppressis nouē regibus, supra trecēque vernas habuerat, ex his facultatibus eius nihil procedere tempore diminutū estimō cōtinuis prosperitatibus auctiora facta sunt omnia, & in tanta famulitij copia: filiū charissimum mittendum duxit propter negotiū quod vel vilissimū mancipium expedisset facile: sed vides quod & locus unde missus fuit, curiosē prodit in sacris literis, tantum non retrahēs nos certissimis notis à iam dicto intellectu, est valle Chebron, inquit, quæ figuratē corpus nostrum significat: quia cōparatum, & quasi amicitia societateque coniunctū est cum anima, hoc cauas valles habet sensuum, magnas lacunas capaces omnium quæ sunt extra nos sensibilia: hæc certē qualitates affatim ingerunt, & per istas lacunas infundendo in mentē, inundant eam atque demergunt, quamobrem in lege de lepra, quoties in domo cavitates ad luridum rufūve colorem tēdentes apparuerint, decretum est, ut exemplis lapidibus in quibus tale quid extiterit, reponatur in eorum locum alij, id est, quādo diuersæ qualitates, quas effecerunt voluptates, harūque germanæ cōcupiscentia, degrauiatā depressamque animā seipsa humiliorem cauioremque reddiderint, tollant sermones qui causa fuere infirmitatis, & loco eorū salub

& solitarius colloqui cum Deo comite, in rectam viam inducere ipsius animam. est autē manifestissimum argumentū quod nemo mortalis colloquatur cum Israël. Rebecca, hoc est parietia, vnum videns & solius imaginationem concipiens, scitatum ex puero; Quis est hic homo qui venit in occursum nobis? anima enim in honestate perseverans potest quidem sapientiam perse docilem comprehendere, cognominatum Isaac: nōdum tamen potest videre Deum autorem eius sapientia. ideo puer confirmans non posse eum comprehendere sine forma visibili colloquētem inuisibiliter, ait, Ipse est dominus meus, solum Isaac ostendens. nec enim decuisset, si duo apparuissent, vnum ostendere: sed nesciebat eum qui monstrari non poterat, ut omnibus mediocribus inuisibilem. Atque ita satis declaratum arbitror, campū in quem Cain Abelem inuitat, contentionem atque dimicationem significare. restat quærendum, qua de re disceptatum sit, postquam foras progressi sunt: an satis apparet quod de contrariis & inter se pugnantibus opinionibus? Abelis enim ad Deum referentis omnia, pium dogma: Cain verò sibi attribuēris (interpretatur enim possessio) arrogans. ceterum qui se ipsos amant, quando cū virtutis amatoribus nudati videntur, in certamen descendunt, nō prius delinant eos virgere paccratio, quam aut herbam porrigere cogant aut in totum opprimant. omnem enim (ut est in proverbio) mouent lapidem, dicentes: an non domus animæ corpus est? quin igitur hanc domū, ne collabatur, curamus? an nō oculus & aures & reliquis iste chorus, sensuum animæ tanquam satellites & amici sunt? ergo socios atque amicos nō æque ac nos ipsos honorabimus? Quid voluptates, delicias, totiusque vitæ oblectamēta, morruisne aut nondum natis, an potius viuētibus natura cōdidit? diuitias quoque, præclarā existimationem, honores, magistratus, & id genus alia cur non queramus? per que non solum securam, sed & felicem vitam acquirimus? cuius rei vita testis est. nam qui amatores virtutis vocantur, in glorijs propemodum omnes, contemptibiles, humiles, egeni, subditis vel potius seruis viliores, sordidati, luridi, cadaucrosi, in mediā famemque ipso vultu præ se ferentes, morbidi, mortē meditantur. ediuerso qui sui curā gerunt, celebrati, diuites, principes, laudati, honorati, sani, pingues, validi, delicato victui voluptatiq; assueti, laboris nescij, delitiis tota vita fruuntur, per omnes sensus in animā illabētibus, atque ita prolixo isto verborū cursu vincere videtur nō detritos in sophisticis sermonibus. in

causa

causa autem est, nō fortitudo istorum qui superiores euadunt, sed aduersariorū hac parte imbecillitas. nam virtutis cultores, partim in anima sola honestū thesaurū sibi reposituerunt, in actionibus laudandis versati, ne in somnis quidem operati verborū præstigiis: partim utroque; pollere visi sunt, tum animi cōsiliis relictis, factisque; similibus, tum artificiosis sermonibus. Hos posteriores decet contentiosus istis se opponere, quibus facile est eorū perulantē loquacitatem retundere. priores autē illi nequaquam tutō idem tentauerint. qui enim possent nudi armatis ex æquo resistere, quādo etiam instructi cum eis malè cōparentur? Noster igitur Abel artes eloquentiæ nō didicit, contentus mente pernosse quæ bona sunt: ideo debuerat reculare in capum descendere, & prouocationē inimici contēnere. tergiuersari enim præstat quāam vinci. quā cūctationē inimici appellāt timiditatem: amici verò securitatem. satius autē est neglectis aduersariis, fidē amicis habere ut veridicis. Ideo vides quod Moses illos in Aegypto, id est corpore, veneficos: liceat enim mihi eos sic vocare, sicut mulieres dicimus veneficas, & sexui vocē accommodare: illos inquā, in Aegypto sophistas veneficos, recusat cōsertatores sibi dari & aduersarios: quia sophistarū artibus decipulisque mores boni inficiuntur atque corrumpuntur: negans se eloquentē: ac si dicat, nō esse sibi ingenium docile ad orationū verisimiliū, cōiecturaliumque; rhetoricā. deinde asseuerans se nō tantum infacundū, sed prorsus mutū, nō quemadmodū brutas animates mutas vocare solemus, sed quia dedignatus per instrumenta vocis uti sonoro sermone, contentus est impressas animo habere imagines veræ sapientiæ, quæ est fallacis sophisticæ aduersaria. Nec prius in Aegyptū proficiscitur, cōsistiturus cū eius regionis sophistis, quā egregiè meditat⁹ differēdi facultatē, omnes elocutionis ideas cōmostrante absoluētque; Deo, per impositionē manuum Aaronis, quæ Moisis fratrem, solet os & interpretē & prophetā appellare. Omnia enim hæc sermoni accidūt. qui frater mētis est. Nam fons sermonū mēs est, vnde ceu ex ore fontis verba permanant: quia omnes sermones ex hoc, sicut fluenta riuorū è terra, profunduntur in propatulū. idem & interpretes est conceptorū in mēte consiliorū: idē & vates diuinatōrque; ex inuisibilibus adytis oracula prodere nō desinens. Sic igitur resistendū est cōtra contentiosos assertores dogmatū. exercitati enim per varias sermonum species, nō succumbemus per imperitiam sophisticorum luctaminum: sed insurgendo in aduersos obfirmatis passibus, facile

facile artificiosas eorū petitiones eluctabimur: illi verò semel deprehensi, videbuntur ludicrā digladiationem ostentare, non cōcertandi vim. nam & illi vulgò dicti sciamachi, laudātur ob gesticationē solitariam & agilitatē manuum, sed valde improbantur in serio certamine. quòd si quis exornatus animā virtutibus omnibus artes eloquentiæ nō exercuit, quiescat, securitatem habiturus silentij præmium: alioqui si vt Abel descendet in certamen sophisticū, priusquā se obfirmarit, cōcidet. sicut enim medicorū quidā gnari curationis omnium fermē vitiōrū, morborū languorūmq; nullius eorum rationē veram aut verisimilem possunt reddere: alij contrā vehementer facundi, si gnorum & causerū remediorūmq; ex quibus ars constat interpretes optimi, in tractandis ægrotorum corporibus sunt ignauissimi, ne minimū quidē remedium adhibere idonei: ita quæ se exercent in operibus sapientiæ plerūq; verba negligunt: quæ verò dicendi artes callent, nullam bonā disciplinam habēt reconditā. hos igitur infreni lingua fretos insolenter efferrī mirandum nō est, ostentantes quam semper exercuerunt insolentiam. Sed illos spectandos suaserim, qui tanquā medici callent rationem sanandi morbos pestēsque animæ, donec Deus etiā interpretem optimum instruxerit, imbre suo perfusis fontibus, & illi sapiēti indicantis. cōuenientius igitur fuisset, Abelē pietate saluari virtute præditum domi se cōtinere, & litigiosam cōtentiosāmq; pugnaturientis prouocationē contemnere, imitātū Rebeckæ patientiā: quæ auditis minis Esau malitiæ sodalis, suavitatis mediator Jacobi vt secederet, cauerētque insidias, donec miser ille suā rabiē remiserit: est enim intolerabilis cōminatio, quam intentat fratri, dicens: Appropinquet dies luctus patris mei. Optat enim tantū vt illa creatura expers affectuum, videlicet Isaac, qui oraculū accepit, non descēsurum se in Aegyptum, in irrationalē affectū incidat, voluptatis puta aut doloris aut cuiuscunq; perturbationis mucrone vulnerata: significans quòd alter imperfectior & laboriosè proficiens, non vulnus solū, sed & interitū accipiat. attamen bonus Deus nec inuulnerabile genus expugnari ab affectione sinet: nec virtutis exercitium in potestate furētis cædemque spirātis tradet. & ideo quod sequitur: Insurrexit Caim in Abelē fratrem suum, & interfecit ipsum, prima quidem specie Abelē occisum subindicat: sin autē diligentius rem expēdas, ipsum Caim à seipso. proinde sic legēdum: Insurrexit Caim & occidit seipsum, non alterum.

&

& meritò quidem. anima enim quæ ex seipsa tollit dogma piū & virtutis amicum, virtuti est mortua. itaque Abel, quod vix credas, interemptus viuit. exemptus enim ex insipientis mente, viuit in Deo vitam felicissimā. attestatur nobis diuinum oraculum, quod vociferari eum ait disertè, & clamore prodere quæ à malo socio passus est. alioquin si nō amplius erat, quomodo loqui poterat? ita est profecto, sapiēs qui videtur vita mortali defunctus, immortalē viuit. malus autem viuens in vitiis, quantum ad felicem illā vitam est mortuus: nam disūcta animalia & in vniuersum corpora, alia pati, alia agere, possibile est ac facile. quando enim pater pulsat castigās filium, aut magister familiarē, alius est qui pulsat, quā qui pulsat. quæ verò cōiuncta reperiuntur ea parte quæ tū agit tū patitur, his ipsis vtrūque accidit eodem tēpore, certè quando athleta seipsum fricat exercēdi gratia, vtrūque fricatur: sicut qui semetipsum sauciat, mutilatur atque interficitur. Sed quorsum hæc? quòd anima cum sit vna nō ex disūctis rebus, sed ex cōiunctis, necessariò patitur quòd videtur agere, sicut nunc quoque planū est. Putans enim se iustulisse dogma Deo charissimum, seipsam interemit. Testis est Lamech impij Caim progenies, qui sic suas vxores alloquitur, duas inconsultas sententias: Virum occidi in vulnus mihi, & iuuenē in cicatricem mihi. Liqueat enim quòd si quis fortitudinis rationem occidit, seipsum cōtrario morbo timiditatis vulnerat: & si quis pubescētem vim in ipsa honestorū meditatione tollit, plagas & magna flagra cum nō mediocri dedecore sibi ipse infert. Dicit tamen patientia, quòd sublato profectu meditationēque, nō vnā solam prolem amittet, sed & alias, orbitatem in vniuersum denuntians. Sicut autē qui bonum virū ledit, declaratus est seipsum multare: ita qui cedit præstantioribus, quāuis dicatur illis præstare beneficium, re vera de seipso bene meretur. testis est his meis dictis ipsa natura, & leges huic cōsentaneæ. Disertè enim præcipiūt sic: Honora patrē & matrē, vt bene tibi fiat. Nō his qui honorantur inquit, sed tibi. nam siue intellectum vt patrē huius cōcreti, siue sensum vt matrē honorauerimus, ipsi ab eis recipiemus beneficiū. honoramus autem intellectū, non iucunda ei præbendo sed vtilia. ea sunt quæcunq; à virtute proueniunt. cæterū sensui honorem habemus, quando cohibemus eius imperiū ad res sensibiles, & refrenamus per intellectū gubernatorem aurigāque potētiarū quæ nobis insunt irrationaliū. Ergo si honor quæ dixi, vtrūque habeatur, sensui ac intellectui necessum

k

cessum

cessum est me qui viroq; vtor, affici beneficiis. Pari modo si rationem longè ab intellectu sensuq; abducēs, patrem creatorem mundi, matremq; sapientiā eius per quam cōdita sunt omnia, honore dignaberis, ipse beneficiū accipies. nullius em̄ indiget, nec plenus ille Deus, nec illa summa p̄fectissimāq; sciētia, quo fit vt qui hos colunt, nō eis quippe nulla re indigētibus, sed sibi profint maximè. nā sciētia equos canēve curādi, ipsis animālibus vtilis. parat eius necessaria: ni faciat, discessura ab officio. at pietas ad cuius curā pertinet Deū colere, nefas est vt dicatur aliquid cōferre quo iuuetur Deus. nihil enim est quod eū adiuuet rei nullius indignū; nec in rebus quicquā est quod se potiore iuuare queat, sed ediuertō cūcta indefinēter iuuātur ab ipso. Itaq; dum pietatē dicimus esse erga Deum obsequium, intelligendum est tale quoddam ministeriū, quale serui prāstant dominis, impigrè iussa peragēdo. sed hoc interest, quod domini quidē indigēt ministerio, Deus autē non indiget. itaq; illis quidem prodest ministerium, ad hunc nihil inde redit, prēter volūtatem pietatis indicē. nihil em̄ in hoc domino inuenitur quod profectū accelsionēmq; recipiat, cūm omnia iā inde ab initio sint optima. verū ipsis maxima prouenit vtilitas, qui in eius familiaritatem se insinuant. hactenus dictū sit de his, qui se putāt aliis bene aut malè facere. cōpertum enim est eos vtrūq; sibi ipsos. facere pergamus scrutari sequētia, videlicet scitacionem hanc: Vbi est Abel frater tuus? ad quam respōdet, Nescio. num custos fratris mei sū ego? Quærendū igitur an propriè de Deo dici possit, eum scitari, nam qui percōtatur, de his quæ ignorat interrogat, quærens responsum vt cognoscat quæ nesciuerat. at huic percōtatori nota sunt omnia, nō prāsentiā tantūm & prāterita sed futura etiam. Quid igitur opus habet responso nihil profuturo ad ampliorem sciētia? Proinde dicendū, quæ istiusmodi sunt nō habere talem naturā vt de summo autore prædicari possint propriè: sed sicut qui nō mentitur potest mendaciū dicere, ita qui nō interrogat, potest interrogationem proloqui. Cur igitur, dixerit fortasse aliquis, prodūtur talia? vt anima responsura, apud seipsam pensitet, quid rectè secūsve pronuntiet, absque vllō alio vel suffragatore vel aduersario. nam & cum sapientem illū rogat: vbi habes virtutem: Abrahamū inquam de Sarrā: nō ignarus rogat, sed vt responsum eliciat, per quod ille auferat cum laude cōiunctum testimonium. Sic enim respondisse dicitur: Ecce in tabernaculo, hoc est in anima. Quā igitur
laud

laudem hoc respōsum cōtinet: Ecce, inquit, apud me ipsum virtutem habeo repositā ceu rem pretiosissimā, & ideo iā nunc felix sum. Quod enim ex virtute percipimus, felicitas est. vt non frustra eam possideamus. Vti autē ea nō possum, ni tu demisso cælitus semine facias eam grauidā: atq; illa Isaac pariat, felicitatis progeniem. Intelligo autē felicitatem, virtutis perfectē in vita perfectā vsū. Ideo propositū hoc eius approbās, promittit implenda maturè quæ postulat. Huic igitur sua respōsio laudem attulit, falso ne virtutem quidem absq; diuino favore idoneam per se ad aliquem iuuandū. At Caimo meritō affert vituperiū, negātī se scire vbi sit qui dolo ipsius occisus fuit: Videtur enim respōso hoc velle fallere, quasi nō perspicientem omnia, ac non iā ante præuidētē decipiendi voluntatē in eo. Nefarius autem & alienus à populo Dei est, quisquis putat aliquid latere eius oculū. At iste addit etiā iuuenilem vocem: Nunquid custos fratris mei sum ego? Misera profectō vitā acturus erat, si te custodē tanti boni natura cōstituisset. An non vides quod sanctorum asseruationem ac custodiā nō quibusvis legislator, sed sacratas mentes habentibus Leuitis cōmittit; quibus nō satis digna fors terra, aqua, aēr, cælum insuper & totus mūdus visa est, sed solus horū opifex: ad quem cōfugerunt supplices, facti eius veri famuli, amorem erga suū dominum declarātes per continuum ministerium, & per impigrā rerum sibi creditarū custodiam. ac ne his quidē supplicibus licuit omnibus esse custodes rerum sacrarum, sed tantū sortitis numerum quinquagenariū, annuntiantem remissionem libertatēmq;, & restitutionem in possessiones pristinas. Hæc est, inquit, lex Leuitarum. A viginti-quinq; annis ingredietur vt ministret in tabernaculo testimonij: & à quinquagesimo anno ministrare cessabit, succedēte fratre in ministeriū. Ipse autē custodiet custodias, opera verò non operabitur: Ergo dimidium perfectionis habentem (perfecta em̄ ratio quinquagenaria, cuius dimidium viginti quinque) operari permittit, & sancta facere, approbantē se operibus: est autem principium, teste antiquo prouerbio, totius dimidiū: caterū perfectum, nō iam lahorare, sed quæ per exercitationem laborēmq; acquisiuit, custodire. Absit enim vt eorū sim mediator, quæ mox seruare non liceat. Ergo exercitatio mediocritas est, non perfectio. Fit enim non in perfectis quidem animis, sed tamen ad fastigium tendētibus. At custodiæ perfectum officium, memoriæ mādare cōtemplatiua exercitia sanctorum, scilicet
k ij fidei

fideli custodi pulchrum scientiæ depositum, quæ sola cõtemnit obliuionis casses multiplices. Itaq; memorem eorũ quæ didicit, rectè custodẽ appellat. Hic autem prius quàm exerceretur, alterius docentis erat discipulus. Factus autem ad custodiã idoneus, ascitus iã in docentiũ dignitatem ac ordinem, fratrem ad ministeria suã doctrinæ substituit, hoc est sermonẽ suum enuntiatuum. Dicitur enim quod ministrabit frater eius. Itaq; probi viri mens, custos ac proma conda est virtutis dogmatum. frater verò eius sermo ministrabit, eruditionis cupidis enarrãs sapiëntiæ cõtemplationes & dogmata. Ideoq; Moses benedicens Leui, post alia mirãda infert hoc quoq;: Custodiuit eloquia tua, & testamentum tuum seruauit. Ac mox: Manifestabunt iustificationes tuas Jacob, & legem tuã Israël. Ergo satis docet, & eloquiorum & testamenti Dei probum virtũ custodem esse, quin & iustificationũ legũmq; interpretem, ac doctorem optimum eũdem indicat: quando interpretatio per cognatum instrumentũ, vocale videlicet, peragitur: custodia verò circa mentem examinatur, quæ est magnum conditorium à natura fabricatum, facile capax cogitationum omnium quibus vel corpora vel res cõprehendimus. Profuisset sanè amarori sui Caimo, si Abelem custodisset. Si enim seruasset eum, consideratam & medicrem vitã sibi acquisisset, non explens se mera malitia. Et dixit Deus: Quid fecisti: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Illud quid fecisti, & indignationem præ se fert ob sceleratũ facinus, & irrisiõnem putantis dolo parratum homicidium. Indignatio propter malefici propositũ oritur, quod bonum rollere voluit: irrisio verò quia putans se insidiari potiori, sibi magis quàm illi struxit insidias. Viuit enim, vt iam ante dixi, qui mortuus existimatur, quando quidem comperitur etiam Deum supplex alloqui. At is qui superstes videtur, animæ morte perit, exclusus à virtute, propter quam solam vita dignus esse poterat. Itaq; dicere, Quid fecisti: idem valet quod, Nihil effecisti. Nam neq; ille sophista Balaam, id est, vanum vulgus contrariarum opinionum & inter se pugnantium, volens execrari probos & lãdere, quicquam valuit, Deo maledictionem vertente in benedictionẽ, vt & vafriem iniusti redargueret, & se virtutis amicũ ostenderet. Solent autem pleriq; omnes sophistæ aduersarias habere suas metipsum facultates, dum verba eorum cogitationibus, & consilia verbis resistunt, haud vllõ consensu intercedente. Deliniunt enim nostras aures differendo quàm socialis

QVOD DETER. POTIORI INS. 149
 cialis res sit iusticia, quantum omnibus conferat temperantiã, quãtopere proberetur fortitudo, quàm ingēs capiatur ex pierate vtilitas, quàm salubres virtutes ceteræ: contra iniusticiam esse rem impacatã, intemperantiã morbi ferã, impietatem nefariã, reliquã malitiã perniciosam: & tamen cõtraria dictis suis sapere nõ desinunt, sed post decantatas laudes prudentiæ, temperantiæ, iustitiæ, pietatisq; tum maximè desipiunt, lasciuiunt, iniuste impiẽq; se gerunt: & vt verbo dicã, depreheduntur omne fas iusq; cõfundere ac subuere. Quos merito verbis quibus ad Caim Deus vritur, appellet quispiã: Quid fecistis? quid vobisipsis protulistis? quã vtilitatem anima vestra percepit ex tot istis de virtute sermonibus? quid in vestra vita magnum parũve corripistis? an nõ potius veras criminationes cõtra vos ipsos protulistis, qui probãdo bona & verbis philosophãdo, interpretes quidem fuistis facundissimi, & tamen cõuincimini turpissimè tũ sapere rũ viuere? an nõ in animabus vestris omne bonũ emortuum est, incãdescit vitiis? quãobrem nemo vestrũ superstes est. Sicut enim post obitum musici cuiuspiã aut grãmatici musici grãmaticãq; horum cum ipsis perit, sed ideæ manent harũ artium, duraturã vna cum mundo in perpetuũ, iuxta quas præsentis posteriq; fient musici ac grãmatici: ita etiam singulorũ prudentiã, tẽperantiã, fortitudinẽ, iustitiã, aut in vniuersum sapiëntiã si tollatur, nihilominus in huius vniuersi natura immortalis prudẽtia immortalis & virtus omnis incorruptibilis insculpta est, iuxta quam & nunc probi censentur, & erunt in posterũ. nisi forte etiam homine aliquo particulari mortuo sequi dicemus mortem humanitatis, quam genũsne an ideam, an cõceptũ, an aliud quid vocare oporteat, viderint quibus studiũ est proprietates nominum perquirere. Vnus signatorius annulus sepe post expressas innumeras formas, eãsq; interdũ vnã cum suis subiectis abolitas, tamen in sua natura illæsus perseverat. Et non putamus virtutes, etiã si omnes characteres ab eis impressi in studiosorũ animas, per prauã vitæ rationem aut aliã quãvis causam euauerint, in perpetuum conseruaturas naturã suam incorruptibilem nulliq; vnquam fato obnoxia? ideo rudes disciplinarum, qui nesciunt differentias inter totum & partes, inter genera & species, inter ea quæ communi censentur nomine, omnia cõfundunt cõmiscẽntq; cum omnib;. Proinde omnis sui amãs cognominatus Caim, discat cognominem Abelis à se occisum esse, speciẽm, indiuiduũ, delineatã ad exẽplar effigiem,

non ipsum archetypum non genus, non ideam, quæ cum sint incorruptibilia, putat commori cum animalibus. In hunc aliquis iure cauilletur: Quid fecisti infelix? nonne opinio pia, quæ tibi videris sustulisse, viuit apud Deum. tu verò tui homicida factus es, occiso per insidias eo, qui solus bene viuendi tibi autor esse poterat. Ceterum quæ sequuntur multum habent vel venustatis in elocutione, vel grauitatis recoditæ in sententia: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quorum verborum magniloquentia nota est omnibus initiatis eloquentiæ, intellectum verò eorum, quantum poterimus considerabimus, ac primùm de sanguine. Multis enim in locis lex essentiæ animæ prænotat sanguinè, loquens disertè: Nā anima omnis carnis sanguis est. Sed quādo primùm absoluta cæli terræq; ac mediōrum elementorū fabrica hominem fingebat conditor animalium, dicitur inspirasse in faciem eius spiritum vitæ, eumq; factum animam vitæ: iam tum docete nos scriptura, spiritum esse animæ essentiā. Solet autem illa mox ab initio argumentorū diligenter memorare singula, æquum censes vt sequentia cōcīnant cum præcedētibus, proinde qui iam spiritum essentiā animæ dixerat, non diceret nunc eā sanguinè eximium in corpore, ni respexisset generale quiddā valde necessarium. Quid igitur dicendum? singuli nostrū, sicut ratio numerorū postulat, duo sumus per accidēs, animal simul & homo, horum vtrumq; cognatā vim sortitū est in anima, altera vitalis est qua viuimus: altera rationalis, per quā sumus rationis participes, vitalem habet & bruta, rationali carent, regitur autem a Deo, qui rationis fons est antiquissimus, ergo vis illa quæ nobis cōmūnis cum brutis est, essentiā accepit sanguinem, at illa quæ à rationali fonte demanat, spiritus est, non aër motus, sed character quidam & effigies diuinæ potētiae, quam nomine proprio Moses vocat imaginē: significās quod archetypū rationalis naturæ Deus est, homo verò imago seu effigies: non illud geminæ naturæ animal, sed quod est in anima præstātissimum, quod vocatur mens & ratio, ideo carnis quidem animam dicit sanguinè, sciens carniū naturam à mēte diuersam, sed vitæ sicut totum reliquum nostrū corpus participē. hominis autē animam nominat hominē, non hoc ex vtroq; concretū, vt dixi, sed illud diuini opificiū, quo ratiocinamur, cuius radices conditor in celū vsq; protendit, & ad extremā illam fixarum quas vocant stellarū religauit circūferētiam, solā enim in terris cælestem planetā fecit hominem, ceterarū in terra defixit capita: omnes enim humi

caput

caput habent: soli homini sublimè dedit, vt alimēta cælitus incorruptibilia quærat, non terrena ista corruptioni obnoxia, quæ propter corporis nostri partem insensatissimā, longè à ratione secretā, pedes ceu radices ad terrā applicuit, sensus autē mentis satellites, & hanc ipsam, longissimè à terra iussit habitare, & ad ætheris cæliq; nunquā interituros alligauit ambitus, non est igitur cur nos Mosi familiares dubitemus, quomodo homo cognitionē inuisibilis Dei adeptus sit, causam enim præculo doctus ipse nobis exposuit, loquitur enim in hanc sententiam: Creator nullam animam in corpore fecit idoneā per seipsam videre suū opificem, ceterum cū anima duertēret vtilissimā creaturæ fore hanc cognitionem, si modo ei cōtingeret (hic enim felicitatis finis est) supernè inspirauit non nihil de suo numine, quod inuisibile in inuisibilē animam suam characterē impressit, vt ne terrestris quidem regio sine Dei esset imaginē. Ceterum archetypū illud in tantū carebat omni specie, vt ne imago quidē eius esset visibilis: expressa tamen ad suum exemplar, non mortales, sed immortales cogitationes cōcipiebat. Qui enim poterat mortalis natura manere simul & peregrinari, aut huc illucq; inspicere, aut mare quidem totū nauibus, terrā verò vsq; extremos fines perlustrare itineribus, aut mores legēsque, aut in vniuersum res & corpora pernostrere, aut præter ista terrena sublimia quoque cōprehendere, ac cū suis mutationibus, proprietates tēporum, & quæ quibuscūque statā nouationes accidunt, aut quomodo à terra in cælum subuolare per aërem, atq; ibi scrutari cælestes naturas quomodo se habeant, quomodo moueantur, quis motus eorum finis quodve initium, qua cōgnatione sibi inuicē aut vniuerso coniunctæ sunt, adhuc artes scientiāsque inuentione, quæ vel ad res externas, vel ad animæ corporisq; profectum attinent, aliāque infinita tractare, quorū nec naturam nec numerum cōprehendere fuerit facile, sola enim ex his quæ nobis in sunt mēs, vt omnium ocysima, etiam tempus ipsum quibus fieri videntur, præcurrit & præoccupat, inuisibilibus viribus sine tēpore & vniuersum hoc & partes eius harūque causas contrectando, iam verò non solum terræ marisq; verūm & aëris cæliq; terminos attingēs, ne hic quidem consistit, mundū in rata indefinitis sui cursus modicū esse terminum, vltērū etiam prouolans incomprehensibilem Dei naturam appetit, suspicis hanc quoque, si queat cōprehendere, & quomodo credibile videtur, tam exiguam mentem humanam, membranula ceteri aut con-

k iij de

de, haud amplis spatiis inclusam, tantam cæli mundiq; magnitudinem capere, nisi illius diuinæ felicitisq; animæ portiuuncula esset indiuisibilis: nihil enim quod diuinum est abscinditur, sed tantum protenditur, quamobrem consors eius quæ in hoc vniuerso est perfectionis, quando mundum cogitat, extendit se quam late patet vsque eius terminos, nec tamè abrumpitur. Est enim vis ipsius extensilis & ductilis. Hæc igitur cōpendio de animæ essentia dicta sint: nunc cōsequens est vt subdāmus quid sit clamare vocē sanguinis. Animæ nostræ pars quædam muta, quædam vocalis est, bruta quidam muta, vocalis verò quatenus ratione prædita, qua sola Deus noscitur, reliquis enim partibus nec Deum nec intelligibile quicquā cōprehendere possumus. Vitalis igitur facultatis in sanguine cōstitutæ, præcipua quædam portio voce sermonisq; honoris causa donata est, non hoc qui per os linguamq; profluit, sed fonte ipso, ex quo per prolationē ceu lacu, ne quædam sermonū repleri possunt, Fons autem hic mens est, per quem ad illum Qui est, interpellationes & exclamationes iam sponte, iam inuiti ei aculamur, ille verò vt bonus ac propitius nō auersatur supplices, præsertim quādo ingemiscetes, ob Aegyptios affectus & opera, sincerè ac sine fūco exclamāt, tunc enim Moyses ait verba eorū ad Deum ascendere: illum verò exaudiētem liberare à malis, instantibus, hæc autem omnia fieri, quādo rex Aegypti moritur, quod certè mirandū videtur: probabile enim erat, defuncto tyranno latari gauderēq; quotquot premiebantur tyrannide: qui tamen tūc dicuntur gemere. nam post multos dies mortuus est rex Aegypti, & ingemuerūt filij Israël. Verba hæc vt sonant rationē non habent: quod si in sitas in animabus facultates introspicias, pulchrè hæc coherere inuenies, quādo enim dissipator ille honestarū opinionū Pharaon in nobis vigescit, & sanus videtur, si tamen quisquam malus si nus esse rectè dicitur, voluptatem amplectimur eliminata temperantia, quādo verò amissa potestate quodammodo moritur qui stultè petulāterq; viuēdi causa fuerat, à sobria vita illustrati ingemiscimus & deploramus ætatē anteaactam, quod virtute voluptati posthabita mortalē vitā immortalī anteposimus, tum verò lex miserata lamētationes cōtinuas, clemēter admittit animas supplices, & calamitatē depellit, incussam eis ab Aegyptiis affectibus, Cæterū Caimo poenitentiā non recipiēti propter immanitatē sceleris fratricidij, execrationes infliguntur conuenientissimæ: primū Nunc, inquit, maledictus es tu super terram

terram.] declarās q; dudum, nō nunc quando eadem patrauit, scelestus & maledictus est, iam inde ex quo cepit cędis, cōsiliū, voluntate pro facto æstimata, dum enim turpia cogitamus vel sola mentis imaginatione, iam rei sumus cogitationis, potest enim etiā inuita anima mutari, dum verò ad cōsiliū accedit facinus, teum fit & cōsiliū, nam peccatū à nolente admissum, hac maximè ratione dignoscitur, Maledictam aut fore mentē non ab alio quā à terra pronuntiat, Grauisimè enim eius calamitates in vnoquoq; à terrestribus causis proueniūt, Corpus certè aut morbo correptum, accedētib; ex ipso malis aliis, languore iactationeq; occupatur: aut nimio vsu voluptatis impinguat vires hebetiores reddidit, & sunt sua cuiq; sensui detrimenta, in quæ potest incidere, Aut enim forma conspecta telis Cupidinis aliquis sauciat, affectus permolesti: aut morte propinqui audita succumbit mœstitiæ, Gustus quoq; nōnunquam deiicit, aut in suauibus excruciatum saporibus, aut grauātū suauium multitudine, Nam libidinis cęstrum memorare quid attinet? quæ ciuitates integras regionēsq; & magnos terræ tractas dedit exitio, sicut testatur omnes propemodum poëtarūq; historici, Modum autē quo mens in terra maledicitur, addit dicens: Quæ aperuit os suum, vt susciperet sanguinē fratris sui.] Graue est enim aperiri dilatariq; ora sensuum, vt sensibilia more fluminis exundantis infundantur, obice nullo repellente violentum, Tunc enim mens tantis vadis obruta in profundū mergitur, vt ne innare quidē possit, aut saltē caput exercere, Verū oportet singulis istis vti nō quomodocunque, sed ad optima quæque, Potest visus omnes colores formasq; videre, sed videat quæ luce non tenebris digna sunt, Potest & auris omnes voces recipere, sed nonnullas sinat præteruehi, Plurima enim homines loquuntur cōiuncta cum turpitudine, Nec quia gustum natura dedit tibi, ò inflare, ideo lari more quævis insatiabiliteringere, Nam plerunq; nō solum è prauis alimentis, sed & è nimis, grauis morbus & cruciabilis nascitur, Nec quia membra accepisti genitalia conseruandæ vniuersitatis causa, ideo supra & adulteria cæteri; incesti coitus sectadi sunt: sed hi tantummodo qui legitime humanum genus profeminant, Nec quia linguam & os & instrumēta vocis sortitus es, statim effare vel secretissima, Prodest enim nōnunquam silentiū, Mea certè sententia qui didicerūt loqui, etiam silere didicerunt, cum vtrūq; eiusdē facultatis sit, at qui narrant quæ non decet, non eloquentiam

ciam ostentant, sed silendi impotentiam. Ideo studemus vnam
 quodque os de quibus diximus, obligare non rumpedis tempe-
 rantia vinculis. Quotquot enim nullis cohibentur vinculis, ut
 alibi Moses ait, impuro sunt: quasi causa infelicitatis sit, laxari
 & hiare soluique partes animae. Contra costringi eadem & in vnum
 coëduci, ad rectam vitae rationem conferat. Merito igitur ille im-
 pius numinis contemtor Caim maledicitur: qui apertis cauernis
 huius coëreti rebus externis inhiauit omnibus, praesens insatiabili-
 tate petens eas accipere in perniciem Abel, id est amici Deo dog-
 matis. Ideo terram operabitur, non agricola erit. Omnis enim
 agricola est artifex, quoniam ars & agricultura, multi autem
 vulgo terrae operarii, sine peritia tractantes victus causa haec
 ministeria, hi operando saepe damnum dant, nisi praefectum ha-
 beant: & si quid recte operantur, fortuito non ratione bene fa-
 ciunt, atque aguntur ex agricultura scientia, omnia necessario
 sunt utilia. Quamobrem legislator Noë iusto artem agricul-
 turae tribuit, docens quod in morem agricolae boni, vir bonus est
 siluestri genere stirpes, quaecumque noxiae, sunt ab affectibus aut vi-
 riis plantatae, excidit: quae vero in frugiferae quidem, possunt ta-
 men vice maceriae sepe animae praestare munus simam, eas
 sinit, rursus omnes quae mites sunt, diuerso modo non eodem
 curat, alias deputans, aliis inferens, aliarum incrementum ad pro-
 ceritatem adiutans, alias in breuitatem contrahens, iam vero
 vitem luxuriantem conspicatus desecit in terram propagines, sero-
 bes faciens, ac mox terram aggerens denudat: at illae quae modo
 partes fuerat, iam integrae, & filibus matres factae, naturalem
 etiam matrem senectute exiunt, postquam enim desit nutritio
 tum in plures foetus, quippe iam ad sibi ipsas quarendum matu-
 ros, minuitim distribuere, quae prius hanc ob causam famelica
 vix saturabatur, iam ut pinguefacta repubescit, aliam quendam
 videre memini, quae mitis arboris, sed parum generosa, quod supra
 terram extabat praesecuit, ut à radice promineret modicum: desum-
 ptumque ab alia generosa bono surculo, ad medullam eam partem na-
 derat, extantem autem illam à radice non profunde incidit: sed
 rima tantum facta, derasum surculum in eam inseruit, ex quibus
 ambobus vnitae arboris vnius natura prouenit, vtraque partem uti-
 litatem reddente alteri, nam radices nutriunt insitum raram, necesse
 sunt arescere, at ille vberes fructus reponit pro nutritionis
 gratia. Sunt & alia innumera opera artis agriculturae, quae nunc
 memorare superuacaneum fuerit, haec enim in hoc tantum prolixius
 diximus

diximus, ut appareat discrimen inter operarium terrae & agrico-
 lam. Certè qui vis malus terrenum corpus eiusque cognatos sensus
 & ista externa sensibilia operari sine arte non desinit, laedens in-
 terim animam suam miseram: quam tum laedit, cum videtur maxime ad-
 desse corpori suo. At bonus, ut peritus rei rusticae, omnem mate-
 riam certa ratione tractat ex artis praescripto, & quoties indo-
 miti sensus ad externa sensibilia contumaci feruntur impetu, ad-
 hibita machina quapiam in hoc artificiosè parata, cohibetur fa-
 cile. Cum vero in anima crudus affectus eam concutens exoritur,
 pruritus aut titillationes voluptarias aut concupiscentias, aut edi-
 ueris morsus triduumque, molestiae vel pavoris afferens, prepara-
 to remedio salutariter mitigatur, atque etiam si quod serpigiosum
 vitium longius producit, cancro depascendi corpora simile, id quoque
 sermone scite ad hito refecatur, & in hunc modum quicquid silue-
 stre est ad meliorem cultum reducit. Caeterum frugiferae virtutum
 plantae primam progerminat studia, quae mox fructus honestarum
 actionum sequitur, his animae agricultura incrementum addit, &
 quantum in se est, immortales facit sua industria. Liqueat igitur
 agricolam esse bonum, terrae vero operarium malum: cui terram exerceri
 vti nam ex illo terreno roboris aliquid accederet, ac non deperi-
 ret aliquid ex eo quod habuerat, dicitur enim de ea, Non appo-
 net vires suas tibi tradere. Et qualis esset homo, qui edens sem-
 per bibensque, nunquam expleretur, aut eas quae sub ventre sunt vo-
 luptates alias super alias cumulans, tamen recentem semper libidinem
 afferret ad coitum: nam indigentia solet imbecillitatem inducere, si-
 cut firmitatem satietas. Verum quoniam in copia rerum coniungitur insa-
 tiabilitas cum magna intemperantia, id demum fames est, miseri
 vero qui mole referti, quantum ad cupiditates sunt adhuc inanes
 & sitiunt. Sed de amatoribus scientiae in caetero magno vates ait
 quod eos ascendere fecit super vim terrae, & cibavit agrorum germina.
 Scilicet impius sine non assequitur, ut magis doleat, dum vi-
 res decedunt magis quam accedunt eius actionibus. Qui autem vir-
 tuti dant opera, superiore omnibus rebus terrenis ac mortalibus,
 est sublimi despiciunt earum potentiam, quippe in ascensu ducem
 secuti Deum, qui etiam pubertatem agrorum ad usum fructum eis
 porrigit, virtutes agris: & illarum fructus horum fructibus assimi-
 lans. Nascitur enim ex prudentia sapere, ex temperantia sobrium,
 esse, est pietate Deum colere, & ex vnaquaque caeterarum virtutum sua cu-
 iusque actio. Haec sunt cibi animae propriae, quae idonea est ad fugi-
 dum, sicut legislator loquitur, Mel est petra, & oleum est solido
 saxo

saxo: petram solidam & infragibilem indicans sapiētiam Dei, nutritricem baiulam educatricemq; desideratium vitā incorruptilem. Hæc enim tanquam mater eorum quæ mūdo continetur, ex seipsa cibos præbet suis foetibus. sed nō omnia diuino alimēto digna habentur: verū ea modo quæ nō degenerem præseferūt indolē. nam pleraq; pereūt inedia virtutis, grauiore morbo ac miseriore quā sibi potūs; inopia. Labitur autē diuine sapientiæ fons nunc leniore fluxu placidiorēq; nunc vehementiore cursu maiorēq; impetu. Quando igitur sensim descendit, dulcescit mellis in morē: quādo verō. celeriter cōfertimq; labitur, sit tanquam oleum illustrādæ animæ. Hæc petram propheta vocat alibi manna per synonymiam, antiquissimum illud Dei verbū, qua appellationē intelligitur quiddam generalissimum: vnde sūt duæ placēculæ, cōdita melle altera, altera oleo, id est, educationes duæ valde similes, & studio dignæ, initio dulcedinem instillantes cōtemplationum quæ insunt sciētis: mox & lucem fulgidissimā accendētes in his qui non fastidiosē degustant, sed firmiter cōstantēq; retinent ea quorū tenentur desiderio. Hi sunt, vt dixi, qui ascendunt super vim terræ. Cæterū impio Gaimo ne terra quidē quicquam confert ad agilitatem, quāuis nihil præter eam tractanti aliud. Proinde consequenter gemēs tremēsq; super terram inuenitur, id est mœrore timoreque cōfectus. Talis est infelicis vita, cui ē quatuor affectibus contigerunt qui molestiores sunt, timor & dolor, quorum synonyma sunt tremor & gemitus. Huiusmodi enim homini necessum est aut adesse aut imminere mali aliquid. Itaq; futuri expectatio timorē gignit, præsentis vsus mœstitiā. Sed qui virtutem sectatur, delictis huic cōuenientibus fruitur. Aut enim acquirit bonū, aut acquirit postea, & habere quidē, affert gaudiū, rem pretiosissimā: expectatio verō habēdi, spē quæ est alimentum animarū virtutem amantiū: propter quā semouemus pigritiam, quotquot suapte præoptitudine properamus ad honesta opera. Certē quæcūq; anima concipit prolem masculā, scilicet iustum propositum, ab hac excluduntur omnia tristia. Testis erit natiuitas Noë, qui interpretatur solidus, de quo dicitur: Hic cessare faciet nos ab operib⁹ nostris, & à laboribus manuum nostrarū, & à terra cui maledixit dñs Deus. Sic enim natura cōparatum est, vt iustitia primū quietē pro labore inducat, quæ quid est in cōfinio virtutis & vitij susque deq; faciens, diuitias, principatum, gloriā, honores, & quæcūq; horum germana sunt,
circa

circa quæ plurimum humanū genus satagit. Deinde mœrores tollat, quos nobis nostræ actiones cōciliant. Moses enim nō, vt impij quidam, Deum autorem malorū ait, sed nostras manus; figuratē nostros conatus subindicans. & spontaneas cogitationes procliuēs ad deterius. Postremū est cessare à terra cui male dixit dominus Deus. Hæc autem est malitia, insipientiū animabus insita, cuius tanquam morbi grauisimi aberuncationē iustus inuenit, iustitiā adeptus cum tota sua familia. vtiq; quādo id genus mala depelluntur, homo repletur gaudio sicut Sarrā. ait enim: Risum mihi fecit dñs. & addit: nam quicumq; audierit, gratulabitur mihi. Opifex est enim Deus boni risus & gaudij: itaq; Isaac non vulgariter genitus, sed operante Deo credendus est. Nam si risus Isaac intelligitur, risus autē factor est Deus iuxta verax Sarræ testimonium, etiā pater Isaac potest dici rectissimē. Huius appellationis etiam sapiēs ille Abrahā sit particeps, cui gaudium proles sapiētiae, tristitiam excidens donatum est. Ergo si quis idoneus est audire poëticā, id est faciendū rationem qua Deus vtitur, & ipse gaudet necessario, & gratulatur his qui habuerāt audiendi desiderium. In hac nullū figmentum fabulosum inuenies, sed veritatis formas omnes expressas integrē, imō ne metra quidē ac rhythmos & carmina aures per musicā oblectantia: sed opera nature absolutissima, propriam quādam cōcinnitatē habētia. Sicut autē mens ad audiendum apta gaudet his Dei poëmatibus: sic & sermo cōcinnens mentis cogitationibus & quodāmodo adherens necessario gaudet. id docebit manifestē oraculum Mosi sapientissimo redditū in hanc sententiā: Ecce Aaron frater tuus leuita. scio quōd loquetur ipse tibi. ecce ipse egredietur in occursum tibi: vidēsq; te loquetur intra seipsum. Opifex ait se scire, q̄ sermo, qui mētis est frater, loquetur. Fecit enim eum tāquam instrumentum totius huius ex quo concreti sumus, vocē articulatā. Hic sermo mihi, tibi, omnibus hominibus, sonat, profert, interpretatur cogitata, & prior exit occursum his quæ mens ratiocinatur. Nam qñ mens excita in aliquid sibi familiare sumit impetū, aut intus cōmota à seipsa, aut receptis à rebus externis formis aliquibus eximiis, cōcipit & parturit cogitationes: quas volens parere nō potest, donec per linguā cæteraq; instrumēta sua, vox eas excipiens, obstetricis morē producat in lucē, hæc vox cogitationes elucidat. nam sicut ea quæ in tenebris abdita sunt cælantur, donec lux affulgens ea indicet: ad eundem modum cogitationes
mens

mens recondit in loco inuisibili, donec vox lucis more cunctas
 retegat. quapropter valde pulchre dictum est, quod egreditur ser-
 mo in occursum cogitationibus, & accurrit eas complecti cupiens
 indicandi desiderio. Nam quisque sui operis est cupidissimus. Ser-
 monis autem proprium est dicere, ad quod suapte natura ppe-
 rat. Gaudet autem & latatur quando ceu illustratus peruidet &
 comprehendit intellectum rei quae declaratur. Tunc enim com-
 plexus eam interpretatur optimè. Proinde quicumque inter dice-
 dum non rectè teneat cogitata, ut verbosos ac loquaces auerfa-
 mur, quia longas sed inanes atque adeò inanimas ut proprie di-
 cam orationes confartunt. Horum igitur sermo ut indecorus
 meritò gemit: econtrà necessariò gaudet qui re bene cõsiderata
 sufficienter instructus ad conceptus animi proloquendos acce-
 dit: id quod omnibus ferme notum puto per quotidianam expe-
 rientiam. quando enim probè cognitum tenemus de quo disse-
 rimus, lætus gaudensque sermo abundat dilucidis & ppropriis voca-
 bulis, quibus copiosè, expedite, inoffensè, atque etiã disertè ac effi-
 caciter representat quicquid docere vult: quando autem diuer-
 sis cogitationibus distracti nil certi cõprehēdimus. sermo quo-
 que delirat, & improprie loquitur, destitutus aptis verbis & cõ-
 uenientibus. Quapropter, tum ipse tædio laborat errabundus &
 subinde impingens: tum auditoribus adeò nõ persuadet, ut mo-
 lectus etiã sit auribus. Attamen nec omnis sermo, nec cogitatis
 occurrat omnibus, sed perfectus Aaron perfectissimi Moysis co-
 gitationibus. Alioquin quid opus erat postquã dixit, Ecce Aarõ
 frater tuus, addere Leuita, nisi ut doceret quod solis leuitæ & sa-
 cerdoti & bono sermoni cõuenit proferre cogitata quæ sint per-
 fectæ animæ germina. Nam mali viri sermo nunquã interpre-
 rari potest diuina dogmata. pulchritudinem enim eorum suis
 deturparet contaminationibus. econtrà neque bonus impudica
 turpiaue proferet: sed semper sanctas narrationes sacri sanctique
 sermones facient. Fertur in quadã optimè instituta ciuitate mo-
 rem esse hunc, ut quoties aliquis impuræ vitæ cuius sententiam
 vult proferre ad senatum aut populum, nõ sinatur per seipsum
 hoc facere, sed à magistratu cogatur eam apud aliquem hone-
 stum virum deponere. Qui mox assurgens promittit quod audi-
 uit, silente interim altero: & quæ tum primum didicit quamuis
 aliena profert, autorem commenti vix in auditorum spectato-
 rumve habes numero. adeò ne beneficium quidem ab iniustis
 quidam dignatur accipere, quod existiment hanc utilitatē cor-
 rumpi

rūpi admixto dedecore. & Moses sacratissimus docere vide-
 tur. nã tale quiddã est, quod Aarõ Leuita occurrit fratri suo Moysi:
 quo viso gaudet in seipso. Illa autē verba in seipso gaudere, pre-
 ter iã dictum dogma indicant & aliud magis ad rempub. perti-
 nens, ostendēte legislatore germanū & maximè proprium ho-
 minis gaudium, propriū enim nec è pecuniarū possessionūve
 copia, nec è splendore gloriæ, nec ex villo omnino inanimato in-
 firmoq; opere, quod per seipsum est corruptibile, potest contin-
 gere. imò nec è robore agilitatēq; corporis aut cæteris id ge-
 nus dotibus, quæ vel cum pessimo quoque cõmunes sunt, & habē-
 tibus se nonnunquã perniciem attulerūt ineuitabilem. quoniã
 igitur in solis animæ bonis pura & minimè adulterina inue-
 nitur lætitia, in seipso utiq; gaudet omnis sapiens, nõ in his quæ
 circa se habet. in seipso enim habet mētis virtutes, quas nobis
 placere æquum est: circa se verò bonã habitudinem corporis &
 externarū rerum copiam, propter quas non est quod nobis pla-
 ceamus. Ergo quoniam quantum potuimus declarauimus ve-
 racissimi Moysis testimonio, sapientis proprium esse gaudium,
 ostendemus spem quoque in hūc maximè cõpetere, teste eodem.
 sic enim loquitur de Seth filio cui nomen Enos. quod interpre-
 tatur spes: hic primus sperauit inuocare nomen domini Dei.
 Rectè vero enim homini quid magis potest esse propriū quã in
 spes & expectatio possessionis bonorum accipiendorum à solo
 munificentissimo Deo: quod genus solum, si vera fateri volu-
 mus, propriè hominū est: tanquam hi qui nõ sperant in Deum,
 extra naturã rationalem censeantur. Ideo cum dixisset de Enos,
 hic sperauit inuocare nomen domini Dei, disertè infert, Hic est
 liber generationis hominū proborum. scriptū est enim in Dei
 libro, solum bene sperantē esse hominem. itaque per cõtrarium
 qui desperat nõ est homo. ergo concretū hoc nostrū definitur, a-
 nimal rationale, mortale. sed eius quē Moses censet hominē af-
 fectiones animæ sperat in eū Qui est, verū Deum. Proinde boni
 viri felicè sortem nacti spem atque gaudiū, aut habeant aut certè
 expectent bona. mali verò, quorū Caim est sodalis, in mœrore ti-
 morēq; degentes, presentia imminentiãve mala miserrimã por-
 tionem possideant, gementes ob molestias quas habent præ ma-
 nibus. præ metu autem ingruentiū trementes horrentesque. verū
 de his hæcenus dictū sit, scrutemur iã sequentia. Dixitque Caim
 ad dominū: Maior est culpa mea quã ut remittat. hoc quale sit p
 familia declarabitur. Si nauē mari iactatã gubernator deserat,
 an non.

an-non necessum est eam nauigationem aberrare: itē si quadrigas auriga in Circēibus, an-non necessum est eas turbatas ferri cursu deuiō? Quid ciuitas si destituatur magistratibus aut legibus: sunt autē & leges dubio procul pro magistratib⁹, nonne carens magistratibus legibusq; ciuitas illa malis opprimetur maximis: Atqui natura cōparatum est, corpus absente anima, animam absente ratione, rationem destitutam virtute, interire funditus. Quod si hęc singula rebus destitutis nocent rātopere, quantam miseriam in à Deo destitutis agnoscimus? quos, ille auersatus tanquam desētores ordinis, exterminauit procul à sanctissimis suis legibus, indignos sua prouidentia habitos. In vniuersum enim scire oportet, quod qui pręstantioris opę destituitur, sit obnoxius maximis culpis & criminibus. quādo enim dices imperitum artis ladi maximē? nonne quando à scientia omnino deseritur? quādo verò indoctā & valde ineruditū? nonne quādo à doctrina & disciplina derelinquitur? quid insipientes quādo infelices pronuntiamus potissimē? nonne quā omnino repelluntur à prudentia? quando verò intēperantes & iniustos? nonne cum à temperātia iustitiāq; damnātur exilio perpetuo? quando verò impios? nonne quādo pietas eos à sacris suis excludit: ideo arbitror eos qui non omnino sunt in expiabilēs, optare puniri potius quā dimitti. nam hęc missio facile subuertet eos, ceu malē saburatas naues carētes gubernatoris prouidentia, animaduersio verò ad correctionem profuerit. Aut nō sunt potiores qui sub pedagogis educātur, quā qui peccātes à nullis cohibentur castigatōribus? nō meliores itidem qui sub magistris discūt artes, quā qui quoties aberrant, obiurgātur à nemine? vel felicius proficiūt qui sine curatore degūt, quā qui parentes à natura institutos sibi additos Deo fortunante nacti sunt: sin minus, saltem secundarios pręfectos adepti, quos orbitatis miseratio cōciliare solet, in omnibus cōmoditatibus genitores minus desiderāt. Ergo quicunq; peccatorū sumus nobis conscij, precemur Deū vt puniat nos potius quā in castigatione praterat. prateritos enim nō ipse propitius in seruitutem suam vindicabit, sed inclementis geniturę seruos faciet: qđ si vt benignus clementer lenitēq; puniat, errata nostra corriget, sermonē suum castigatōrē immittēs in nostrā animā, per quē pudore admissorum incusso, ipsam in sanitatem restituat. Propterea legislator ait, qcquid in animo suo peccata fuerit vidua & expulsa, manere ipsam. Deum enim virū & patrem vniuersorum

forum

forum semen geniturāq; omnibus prębētem iustē dicemus. mentem verò eiectam Deo viduam, quę aut geniturā diuinam non excepit, aut exceptam data opera abortum fecit. Quamobrem quicquid statuerit, cōtra seipsam statuet, idq; omnino immedicabile. Quomodo enim euitari potest malum, quod cōtra seipsam pronuntiat creatura incōstans & ad omnem occasionē mobilis, ascribens sibi virtutes creatoris? quarū vna est qua cōtra controuersiam rigidēq; definit singula. Quapropter nō solum viduabitur à scientia, sed expelletur etiam: quod sic intelligitur. Anima vidua, nōdum tamen expulsa ex honestate, potest per quandam tolerātiā cum recta legitimāq; ratione redire in gratiam: quę autem semel seiuncta fecit diuortiu, vt irreconciliabilis in omnē æuū reiecta est, pmissa potestate reuertendi ad pristinū domiciliū. Hactenus de his verbis, Maior est culpa mea quā vt remittatur: dispiciamus sequentia. Ecce eiicies me, inquit, hodie à facie terrę, & à facie tua abscondar.] Quid ais bone vir? itāne etiam eiectus ē tota terra abscondaris? at quomodo? poterisne viuere? an ignoras qđ animalibus natura, non eadem sed diuersa loca incolēda distribuit: mare piscibus & omni aquatico generi, terrā terrestrib⁹ omnibus: homo autē vtrique iuxta corporis tēperamentū animal terrenū est. propterea quicquid migrat ē suis regionibus, & velut in alienas transfertur, exanimatur facile: terrestria si mergantur in aquā, aquatica si in terrā expellātur. proinde si eiicaris ē terra cum sis homo, quō te vertes? natabisne in aqua more aquatiliū? atqui mersus mox exanimaberis, sed forte sumptis alis sublimis euolans per aërem vagari conaberis, ē terrestri factus volucris? fac si potes, muta characterē quē tibi semel imp̄psit Deus, sed haudquaquā poteris. Quāto enim sublimius te ipsum extuleris, tantō citius grauiorēq; casu ad terrā ppriū tibi locū relaberis. Itāne homo aut vlla creatura potest se à deo abscondere? quonā ab eo qui nusquam non est, qui prospicit vsq; omnes terminos, qui vniuersa replet sua pręsentia, à quo nihil vel munitissimū deseritur? Et quid mirum si nulla creatura latere potest eum? Qui est, quādo ne materialia quidē principia cuiquā licet effugere, sed necessū est vt euitato vno incidat in aliud. Vtinā igitur opifex arte qua fecit in vtroq; elemēto degentia, huius quoq; animalis vbivbi victuri fecisset miraculū, vt à natiua grauitate terreni aquaticiq; pōderis in aëre ignēmq; se posset attollere: ac rursus post cōsuetudinem cum sublimibus, si migrationē inde requireret,

1

locum

locum loco mutaret contrario. Sed debuit utique in vna aliqua mundi parte consistere, quandoquidem in omnes excurrere non poterat: & alioquin etiam opifex nihil ei præterea reliquum fecerat, absumptis in mundum quatuor elementis, ut ex perfectis partibus absolutissimum opus hoc vniuersum redderet. Ergo cum totum opus Dei nemini liceat effugere, an non multò minus autorem eius & rectorem effugere poterit? nemo igitur hæc verba non examinata facile admittens, e sua simplicitate legem æstimeret: sed introspectis latentibus significationibus, discernat id quod manifestum est. Quid si verba ista, Si eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, sic intelligantur: si non præbes mihi bona terræ, ne cælestia quidem accipio. si non datur frui voluptatibus, ne virtutem quidem desidero. si non impartiris humana bona, diuina quoque tibi habeto. nam apud nos necessaria, cara, & verè germana bona sunt hæc: edere, bibere, vestiri, per visum frui colorum varietatibus, per aures oblectari omnigenis sonorum concentibus, per nares exhilarari suauibus vaporum fragrantissimis, ventris & eorum quæ sub ventre sunt ad satietatem expleri voluptatibus, aurum argentumque non negligere, honores principatusque & quicquid ad gloriam facit cõquirere. prudentiam verò, fortitudinem, iustitiam, res retricas, & vite molestiam afferentes, missas faciamus. quod si liber eis uti, non ut bonis perfectis vtendum est, sed ut causis bonorum. è ridiculum caput. Ergo priuatus his lucris corporeis in cõspectum Dei non venies? at ego tibi dico, venies omnino, etiam si priuatus fueris. solutus enim duris tum corporis tum rerum corporearum vinculis, imaginaberis illum sapientem Abraham. Viden' ut relinquens terram, cognationem, ædes paternas, sensum, rationem, incipit occurrere eius Qui est potentis: postquam enim totam domum egressus est, ait lex visum ei Deum: docens quod manifestè apparet extricato rebus mortalibus, & recurrere ti ad incorporam huius corporis animam. Ideo Moses accepto suo tabernaculo, extra castra id figit, longè semotum à corporali exercitu. hoc enim solo modo sperat se fore supplicem cultoremque perfectum cælestis numinis. & ait id vocatum tabernaculum testimonij, valde caute, ut tabernaculum eius Qui est sit, non vocetur tantum modo. ex virtutibus enim ea quæ Dei est verè est, cõstans ex essentia: quoniam & Deus solus stat in essentia: quæ ob causam necessario de seipso dicit: Ego sum Qui sum: ac si quicquid post eum est, non per essentiam sit, sed sola opi-

nione

nione hominum. Mosis autem tabernaculum figuratè humanam virtutem significans, appellatione non ipsa re dignabitur, cum sit imago diuini illius tabernaculi. huc accedit quod & Moses quando in Deum Pharaonis constituitur, non reuera factus est Deus, sed tantum existimatione creditus. Deum enim dantem quidem scio & largientem, dari verò non intelligo. Dicitur autem in sacris libris, Do te deum Pharaonis, patietem qui datur non agente. Is autem Qui verè est, actius necessario non passius intelligitur. Quid igitur ex his colligimus? quod sapiens dicitur quidè Deus insipientis, reuera autem non est Deus, sicut nec adulterinus stater est stater. idem collatus cum eo Qui verè est, homo Dei reperietur: cum insipiente verò si cõferatur, Deus in imaginatione existimationeq; videbitur, non veritate ac essentia. quid igitur nugaris dicens, Si me eiicis à terra & te, abscondar. imò si te à terreno arcuero, manifestè ostendā meam imaginem. argumento est, quod à facie Dei migrabis: post migrationem autem nihilominus terrenum corpus inhabitabis. Dicit enim rursum: Exiit Caim à facie Dei, & habitauit in terra. Itaque non eiectus à terra absconderis ab eo Qui est, sed eum deuitans in terram confugisti, locum mortalem, imò nec omnis qui inuenerit te occidet, quemadmodum sophisticaris, nam quicquid inuenitur, utique ab alterutro inuenitur. aut simili aut dissimilissimili cognatòque iuxta communionem omnium familiaritatemque; dissimili verò iuxta diuersitatem contrariam. simile igitur conseruare studet sui simile: dissimile verò perimere solet sui dissimile. Sciat ergo & Caim & quisquis ali' vafer est, quod non à quouis occurrere interficietur: sed malefactores quidem germanorum cognatorumque; vitiorum emulatione custodes eius erunt & satellites. qui verò prudentiam cæterasque virtutes exercet, tanquam insensissimum hostem tollent si poterunt. In vniuersum enim & res & corpora à familiaribus amicisque seruantur, ab alienis verò & infestis interimuntur. Quapropter oraculum cõtra fictam hanc Caimi simplicitatè ferens testimoniū ait: non ita sentis ut loqueris. Ais quod quicumque artis tuæ palæstras inuenerit, interficiet. nosti autem quod non quivis ex innumeris qui inter tua cõsentur auxilia, sed solus virtutis amicus, tecum gerit bellum sine induciis. Qui, inquit, occiderit Caim, septem multas dissoluet. Id quam rationem ad dictas interpretationes habeat non video, quod septem multas dissoluet. nam nec dicit quæ septem, nec multas modum, nec dissoluendi, itaque existimandum est omnia

l ij

talia

alia figuratè latentèq; significare aliquid. Quid si tale quiddam docere vult? quod irrationale est in anima in septem partes dividitur, visum, odoratum, auditum, gustum, tactum, sermonem, genituram, octauum intellectum horum ducem si quis velut Caimum interimat, simul & illa septem dissoluet. robore enim mentis valido confirmantur hæc omnia, & cum eiusdem imbecillitate deficiunt. perfecta autem corruptio quam inducit vitium, perfectam dissolutionem accipit. septem autem illa, in sapientis animo incontaminata puraque; & proinde honore digna inveniuntur: in insipientis contra impura pollutaque; & ut dixi multata, hoc est multa digna & supplicio. Quando igitur aqua terram purgare statuit opifex, voluitque animam purgari ab ineffabilibus iniquitatibus, elueretque; & abstergere maculas per sacram purificationem, hortatur eum quem reperit iustum, qui non est oppressus à diuino, ut inducat in arcam, id est hoc corpus vas animæ, ex omnibus pecudibus mundis septenas, masculum & foeminam: æquum censes ut bona ratio puris utatur omnibus partibus irrationabilibus. Et quod hic legislator definiuit, necessario contingit omnibus sapientibus. habent enim purificatum visum, examinatum auditum & sensus ceteros. habent sermonem quoque immaculatum, & appetitus Veneris non illegitimos. singula autem horum septem, partim masculus sunt, partim foemina. Quoniam enim aut quiescunt aut mouentur, quiescunt quidem per somnium, mouentur autem vigilatia iam & agentia: quicquid habitum habens quiescit, ut passioni obnoxium vocatur foemina, quod verò præditum motu actumque; animaduertitur agere, masculum nominatur. atque; ita in sapiente hæc septem spectantur pura, contra in malo multata omnia. Quantam enim putas multitudinem quotidie à suis oculis, velut à transfugis, proditam coloribus figurisque, & his quæ videre nefas est? quantam ab auribus omnes sonos consectantibus? quantam ab odoratus gustusque; instrumentis attractis per vapores varietatesque ceteras plurimas. Taceo multitudinem eorum quos infrenis linguæ fluxus irreuocabilis perdidit, aut libidines cestro suo impotenter concitos. Plenæ ciuitates, plenus est orbis terræ quam late patet malis talibus, quæ humano generi vel in media pace accre continuamque; bellum inferunt tum priuatim tum publicè. propterea videntur mihi qui non omnino rudes sunt, malle cæcitatem quam videre quæ non decet: malle surditatem quam audire sermones perniciosos: linguam quoque; libenter amissuri, ne proloquantur

loquantur quæ calanda sunt. Certè fertur quosdam sapientes, cum in rota cruciarentur ad extorquenda secreta, præmordisse linguam suam, & ita grauiorem cruciatum rependisse tortoribus, dum eos voti fecerant impotes. Castrari utique melius est, quam trãuersum abripi libidinum illicitarum rabie. Quæ omnia in calamitates perniciosas animam mergentia, merito extrema poena sequitur. Additur deinceps, Posuit dominus Deus in Caim signum, ut non interficeret eum quisquis inuenisset. Quod autem signum, non declarauit, quamuis solitus singularum rerum naturam per signa indicare: sicut in rebus Aegyptiis dum virgam mutat in serpẽtem, & manum Moïsis in niuis speciem, & fluuium in sanguinem. An fortè hoc ipsum signum est appositum Caimo ne interficeretur, quod nunquam interfectus est. nusquam enim in lege de nece eius narrat, subindicans quod sicut illa fabulosa Scylla, immortale malum est insipientia, quæ nunquam in totum emoritur, & tamen nunquam non moritur. Atque utinam fieret contrarium, ut semel è medio tollerentur omnia: nunc perpetuò repullulantia, immortali morbo affligunt quoscunque aliquando corripuerunt.

PHILONIS IVDÆI, de agricultura.



OEPI T QVE Noë homo agricola esse, & plantauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus est in domo sua. Vulgus hominum rerum naturas ignorans, etiam in nominibus eis imponendis erret, oportet. nam qui eas velut per anatomiam considerant, facile assequuntur appellationes earum proprias: qui autem res tractant confusius, non tam exquisitas. Moyses verò, in tanta rerum peritia, nominibus rectissimis aptissimisque; & mirè perspicuis uti consuevit: proinde sæpe in libris legum diuinarum inuenimus rebus conuenire nomina: quod vel in præsentis capite liquet, in quo iustus ille Noë agricola inducitur. Et cui non ad iudicandum procliuiori videri posset idem agricultura, quod facultas operaria? atqui duo hæc adeo non sunt eadem, quantumuis coniuncta, ut sint etiam pugnantia, possunt enim & imperiti laborare in re rustica: agricolæ

colæ autē nomen ipsum peritiæ fidem astruit, quod videtur et propter artem suam inditum. præterea cogitandū illud quoq; terræ operarium finem vnicum spectare mercedem (sunt enim plerique mercenarij) non sollicitum quā bene operetur. agricola verò non parcat impensis, modò possit vel agellum emere, vel ita rem administrare, vt reprehensionē peritorum effugiat. nullum enim aliud lucrum quærit, quā vt ex annuis prouentibus fructum percipiat. itaq; dat operam vt siluestres arbores traducat ad mitius ingenium, mitium verò incrementum industria sua promoueat, & si quæ præ alimento nimio luxuriat, putatione coerceat: alias verò contractiores nouis stolonū accessionibus amplificet. adhæc generosas plantas in multos ramos se diffundentes propaginet, paratis circum nō admodum profundis scrobibus: parum frugiferas autem insitis in earum stirpes & vnitis præstatoribus, ad meliorem frugem reducat. quandoquidem sic homines quoq; faciunt, adoptiuos filios in alienas gentes propter virtutem asciscendo, in quibus constanter perseuerent. ita & rusticus radicitus excidit plurimas iam effortas, quæ intercipiēdo succos magnū damnum in proximo sitis afferūt. circa huiusmodi em negotia versatur ars curatrix stirpium è terra nascentiū. Nunc ad peritiā agriculturæ, qua excolūtur animæ, considerandā nos vertamus. hæc ante omnia curat ne quid seminet plantæve, quod sit sterile: sed omnia mitia fructiferaq; relatura fructum annuū moderatori homini. hunc enim natura principem animalium stirpiūq; & omniū rerum mortalium cōstituit. homo autem in vnoquoq; nostrum quis alius esse potest quā intellectus, qui solet satorum plātārumq; fructus colligere. Quoniam autem infantibus lac nutrimentum est, adultis quæ è frumento coquuntur, animæ quoq; suum lac debetur in ætate tenera, videlicet liberalis musicæ rudimenta: sicut viros perfectum alimentum decet, vt instituatur in prudētia, tēperantia, cæterisq; virtutibus. hæc enim fata plārataq; in mēte ex præscripto artis rusticæ de qua loqmur, egregios fructus ferēt, & actiones laudabiles. simulq; quotquot affectionum vitiorūq; plantæ in altum pullulant, ferentes fructus letiferos, succidātur vt nihil fiat reliquum, vnde noua rursum peccatorū prorumpāt germina. quod si qua nec vtilis fructus feret neq; noxius, excidentur tales, nō tamen absumētur, sed vertentur in vsum cui cōpetunt, aut in vallum ad munitiōnem castrorū, aut ad septū oppidi, quod sit pro mœnib⁹. sic em præcipitur:

præcipitur: Omne quod non fert fructū cibo vtilem excides, & facies inde vallum oppido, si quis tibi bellū inferat. Huiusmodi arbores sunt similes doctrinis contemplationē solam habentibus, inter quas recesenda est medicina ista otiosa nō coniūcta cum actionibus ægros incolumitati restituētib⁹: & rethoricæ genis caudicū mercenariūmq; nō in quærendo iure occupatum, sed dolo captans assensum auditorum. huc accedunt & dialecticæ geometriæq; partēs quæ momenti nihil ad morum correctionē afferunt, sed intellectū solum acuunt, ne hebetior sit ad singula de quibus ambigitur: sed diuidēdo distinguēdbq; proprietates singulorum discernat à cōmunibus qualitatibus: certe philosophiæ rationē triplicem præcos aut agros assimilasse, ita vt naturalem arboribus stirpibusq; facerent similem, moralem verò fructibus, propter quos sunt arbores: deniq; rationalem sepi & maceriæ. Quæadmodum enim maceria fruct⁹ plantasq; agrī conseruat, arcens irrūpendi nocēdiq; cupidos, ita & rationalis pars philosophiæ præsidium munitissimū est reliquarum duarū, moralis atq; naturalis. cū enim duplices & ambigvas dictiones explicat, & sophismatum persuasibilem speciem dissoluit, & probabilem deceptionē maximā perniciosissimāmq; escām animæ tollit è medio, adhibitis sermonibus disertis & demonstrationibus indubitatis, tanquam ceram leuigatam intellectum parat ad excipiēdos physiologiæ moralisq; disciplinæ characteres valde probos ac integros. Hæc sunt quæ animæ agricultura proficitur: effodiā arbores omnes imprudentiæ, intemperatiæ, timiditatis, iniustitiæ: excidam & voluptatis, cōcupiscentiæ, iræ, furorisq; ac similibus passionū stirpes, etiā si se ad cælum extulerint: adurā & radices earum, immisso penitus in terrā incendio, ne qua pars, imò ne quod vestigium, ne vlla vmbra fiat reliqua. & hæc quidem auferam. insectam autē, primū in puerilis ætatis animas surculos, quorum fructus ipsas enutriet. sunt autē hi, scribendi legendiq; certa industria, corū quæ apud sapientes poetas habentur diligens. scrinatio, geometria, oratoriæ facultatis meditatio, & vniuersa liberalis musica. in iuueniles verò ac viriles iā meliores perfectioresq; prudētiæ plantam, fortitudinis, temperantiæ iustitiæ, hūmilitatisq; virtutis. quod si quid ad siluestrem quam vocāt musam pertinens nullum quidem vescum fructum afferat, possit tamē quæ ad cibū profunt munire conseruareq; hoc quoq; reponam, non propter ipsum, sed quia natū est ad necessariatū vtilitūmq;

rerum ministerium. ideo sapiētissimus vates huic quidē iusto animæ agriculturā vt congruentē assignat, dicens: Cœpit Noë homo agricola esse: de Cain verò ait: Erat operans terram, & paulò post qñ in fratricidij facinore deprehēditur, dicitur: maledictus tu a terrā quæ aperuit os suum vt acciperet sanguinē fratris tui de manu tua, qua operaberis terram, & non apponet tibi dare fructus suos.] Quomodo manifestius ostendi posset, quod terræ operarium non agricolam legislator existimat malum virum, quàm nunc ostensum est: nec tamen suspicari debemus de homine qui manibus pedibúsq; & cæteris corporis viribus ad opus est validus, aut de montana planave terra sermo nem hic fieri, sed de vniuscuiusq; nostrū potētiis. nam mali anima circa nihil aliud occupari solet quàm circa terrenum istud corpus & cūctas eius voluptates. proinde vulgus hominū obeūdo varios tractus vsq; extrema terræ, mare quoq; traiciendo, & sinus eius penetrādo, nullāmq; huius vniuersitatis partē imperscrutaram relinquendo, semper & vbiq; ista colligit, quæ ad cumulādā voluptatē faciunt. nā sicut piscatores retia demittunt interdū longissima, in medio cōplexi magnum maris spatium, vt quāplurimos pisces inclusos ac velut obsidione cinctos capiant: eodem modo maxima pars hominū, non in sinum aliquem maris, sed in totam aquæ, terræ, aërisq; naturam, omniscapientia, vt poëtæ loquuntur, lina extēdens, omnia vbiq; ad voluptatis vsum inuocat & attrahit. etenim terræ metalla perquirunt, vasta maria traiciunt, omnia belli pacisq; exercent negotia, materiam copiosam ceu reginæ voluptati parātes: quippe non initiati agricultura animæ, quæ seminans plantānsq; virtutes, fructum vitam beatam decerpit ex eis, qui autem exercēt & tractant quæ carni grata sunt, lutum maceratū, fictilem statuam, animæ carcerem, quem illa à natiuitate ad extremū diē ceu cadāverosum onus circūferre cogitur, colunt magno studio. Hæc est differētia inter agriculturā & operationem terræ, itēmq; inter agricolam & operarium. nūc considerādum ne in dictis rebus aliæ quoq; sint cognatæ species, quæ sub nominum cōmuniōne occultent differētiās. sunt autē quas querendo inuenimus duæ, de quibus differemus quantum poterimus. ergo sicur agricolam & operatōrē terræ, quamuis idem videbantur, tamen allegorias excutiendo longē diuersos reperimus, ita rursum pastorem & pecuarium. legislator enim iam pecuariæ, iam pastoralis artis meminit: quas appellationes lector parum curiosus

riofus fortasse putaret æquiucas, significantes idem studium. atqui res ipsæ multum differūt, si spectētur singularum officia: quamuis enim pecorum magistris cōsuetudo vulgaris vtrāq; vocem applicat, at non & intellectui curator animæ vtrāq; cōuenit. malus enim si sit, pecuarius gregis præfectus vocabitur: contra, si bonus & virtutis amans, pastor nominabitur. id iam clarius faciam. Natura vnicuiq; nostrum cognatas addidit pedes, ex vna radice animæ duabus velut stirpibus pullulantibus: quarum altera integra indiuisaq; intellectus appellatur: altera ab imo in septem ramos diuiditur, in quinque sensus, & duo instrumenta vocis genituræq; . quæ multitudo tota bruta cōparatur pecori: & quia numerosa est, iuxta naturę legē operā ductoris necessariam postulat. quoties igitur imperitus regēdi sed diues seipsum præficit, plurimorum malorū causa fit pecori. nam ipse necessaria copiose suggerit: at illud in tanta copia ciborū nimia saturitate petulās redditur. saturitatis enim germana proles est petulantia. per eam petulātiā saltitant, & cōtempo rectore vagantur, soluuntq; stipatum antea gregis ordinem. atq; ira ductor desertus, ex præfecto priuatus fit, discursans satagensq; si forte possit denuò in vnum compellere. & cū videt se operam perdere, gemit ac flet, damnans suam facilitatem, & culpam in seipsam referens. Ad eundem modum pecus sensuum, quando intellectus supinē se gerit & ignauiter, auidē saturatum copia rerum sensibilibum ceruicem iactat & subulat, impingēs in omnia visui patentia, vel quæ videre nefas est; auribus quoq; voces recipiēs insatiabiliter, sitiendo semper ob curiositatem, interdum delectans se obrectationibus parum liberalibus. Quid enim aliud credimus quotidie per totū orbē tot milia spectatorum in theatra contrahere: homines enim viti spectaculorum & fabularum cupidine, infrenes tum oculis tum auribus, consectantur citharistas citharædosque, præter saltatoribus cæterisq; mimis inhiant, propter gestus motusq; ac status effœminatos: atque ita factiones theatricas instaurāt, securi cæterarum rerum priuatarum publicarūque, totam vitam in huiusmodi spectaculis conterentes miseri. Alij autē his etiā miseriore infelicioresq; sunt, qui gustum tāquam ē vinculis exoluerunt, qui mox in omnes cibos potusq; factō impetu, ex iam apparatus carpit quodlibet, immanem famē habēs absentium: vt etiam cū vētris sentinam expleuerit, cōcupiscētia tamen auida & inanis etiam tum circūspiciat, ne quid re-

liquum oculos fugerit, ut hoc quoque; more ignis omnitori ablu-
guriat. hanc ventris diluuiem pedisequa à natura addita comi-
tatur libido coitus, furore ac cestro pertinaci concita, & mole-
stissimam rabiem afferens: cum enim è multis condimentis po-
tūque meratione contracta crapula grauantur homines, nō sunt
amplius sui compotes: sed properantes ad amatorios concubi-
tus comessabundi oberrant ianuis, donec deferuente despuma-
tōque affectu possint quiescere. cui rei prospiciens natura vide-
tur vètri subiecisse instrumēta coitus: qui saturitatem solet se-
qui, & tum demum agere suum negotium. Hos igitur qui tali
pecori affarim præbet quicquid desiderat, pecuarios vocabim⁹.
ediuerso pastores dicemus illos qui delectu rerū necessariarū
habito, quæ cōmodissimæ sunt has ei præbent, recisa & ampu-
tata inutili superfluāque copia, quæ non minus nocet quàm ino-
pia: quique modis omnibus prouidēt ne grex neglectus in mor-
bos incidat: imò vota etiā faciunt ne qua externa calamitas in-
gruat. in primis autē curā adhibēt ne grex vagabundus disper-
gatur, metū intentando castigatōre non obtēperantibus ratio-
ni, & animaduersione vtēdo cōtinua, mediocri quidē in errata
sanabilia, seuera autem si his accedat cōtūtiacia. Quamuis em̄
abominandæ videantur, plurimum tamen profunt pœna: insi-
pientibus, quemadmodum medicinæ silua corporeo morbo la-
borantibus. Hæc sunt pastorum studia, qui voluptati noxiæ in-
suauem utilitatem præferunt. Tāta certē curæ pastoralis hono-
stas creditur & utilitas, vt pœtarū gens reges solcat vocare. pa-
stores populi: sicut legislator sapiētes dignatur hoc nomine, qui
soli veri reges sunt. introducit enim eos præfectos tanquā gre-
gis omnium hominū qui affectu bruto rapiūtur: & ideo Iacob
etiā ille meditatione perfectionē assequutus, pastor est in eius
literis. pascit enim hic Labanis pecora, scilicet insipiētis animæ
quæ nihil bonū arbitratur præter ea quæ videt sentitque, coloribus
vmbriisque fallacibus seruiliter dedita. Labā enim interpre-
tatur dealbatio. Moses quoque, sapiētissimus hominū cēsetur in
pastorū numero. Hic em̄ pastor intelligitur mētis præferentis
fastū veritati, quæ bona videri quàm esse nauult. Iothor enim
superfluous interpretatur, superfluous autem fastus est, ad inducē-
dum in rectā vitā errorē ascitus, qui est in causa vt aliud apud
ciuitates ius habeatur, nō apud omnes, id quod iustū est, quip-
pe qui naturale perpetuūque ius ne in somnis quidē vnquam
vidit. Dicitur em̄ Mosen pastore fuisse pecorū Iothor sacerdo-

tis Madiā. Idem precatur ne cuius grex (sic vocat totū vulgus
animarum) cōmittatur: sed vt bonum pastore habeat, cauetem
ipsi ab omnibus insipientiæ, iniustitiæ, cæterorumque vitiorū la-
queis, inducētem verò in eruditionis virtutumque, reliquarū do-
gmata: Dispiciat, inquit, domin⁹ Deus spiritū & omnis carnis
hominē huic coetui. Deinde post pauca verba subinfert: Et non
erit coetus domini tāquā oues quibus pastor deest, Sanctū pro-
fectō votum, ne sine curatore præfectoque sinatur vniciq; no-
strum cognatus grex: vt ne in deterrimā malæ reipub. speciem
ochlocratiā, quæ ex optima democratia deprauatur, prolapsi,
tumultibus & intestinis seditionibus agitemur in perpetuum.
certē nō sola magistratū penuria parit morbum ochlocratiæ,
sed & exortus iniusti alicuius violentiæque principis tyrānus em̄
suapte natura inimicus, ciuitatibus quidē homo: corpori autē
& animæ ac vtriusque negotiis, intellectus ille ferox, qui arcē in
vno quoque cōmuniit. Officiunt autē nō hæ solæ dominationes,
verū & nimis æquanimis principatus præfecturæque, benigni-
tas enim res est cōtēptibilis, vtrisque tum principibus tū subdi-
tis noxia: illis dū contēpti subiectis, nec priuatim nec publicè
valent quicquā rectē cōstituire, interdū etiā principatu se abdi-
care coguntur: his verò dum ex cōtinuo magistratū contēptu
negligētiores facti, magnū morbum arrogantiam sibi cōtrahūt,
vt meritō hi à pecudibus, illi à pecuariis nihil differre iudicādi
sint. nam illi sunt auctores oblectādi se rerū copia: hi nō ferendo
saturitatē, vertūt se ad peculatiā. Oportet autem sicut capra-
rium, aut bybulcū, aut opiliore, aut in cōmune pastore, intelle-
ctum nostrū præesse, semper utilitatē pecoris voluptati præferē-
tem. cæterum prouidētia Dei prima & propè solā causā est, ne
partes animæ rectore careāt: sed pastore adipiscantur omnino
bonū & inculpabilē, quo preposito impossibile sit dispergi quæ
intellectus colligit. necessum est enim eodē omnia cōparare or-
dine, vnus nutum spectātia. quādoquidem nihil est molestius
quàm parere multis imperatoribus. at pastoris officiū res est
tam præclara, vt non regibus solis & sapiētibus viris, & animis
perfectè purificatis, sed & Deo rectori omnium iuste tribuatur.
id quod non aliquis è vulgo confirmabit, sed propheta cui nos
debet credere, qui sacros hymnos cōseripsit. sic enim loquitur:
Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. idem pro se quisque di-
cat. nam tale carmen omnem amicti Dei meditari cōuenit. sed
præcipue mundū hunc id debet. nam sicut quædam gregē, ter-

ram, aquam, aërem, ignem, & quicquid in his cōtinetur vel stī-
 pium, vel animalium, mortaliū diuinorūmq; adhæc cæli natu-
 ram, solis ac lunæ circuitus, reuolutiones cæterorum siderum
 choreasq; concinnissimas, tāquam pastor ac rex Deus regit iu-
 re legēq; præfecto his recto sermone primogenito filio, qui cu-
 ram sacri huius gregis tanquam magnus prorex in se recipiat.
 dictum est enim alicubi: Ecce ego sum, mittam angelum meū
 ante faciem tuam, vt custodiat te in via. Dicat igitur & vniuer-
 sus mundus, maximus pfectissimūsq; veri Dei grex: Dominus
 pascit me, & nihil mihi deerit. dicat vnusquisq; priuatim idem
 hoc, non voce per os linguāq; fluente, ad breue aëris pertin-
 gente spatium: sed illo peramplo mentis sono, perueniēte vsq;
 ad extremos orbis terminos, impossibile est enim deesse com-
 modū aliquod vbi Deus præsidet, solitus plena perfectāq; bona
 largiri rebus omnib⁹. Quin & ad æqualitatē pulcherrimē hor-
 tatur modo dictum canticū, reuera enim qui omnia cætera ha-
 bere videtur, sed grauatim fert vnus dominium. Inops & pau-
 per est. quod si qua à Deo pascitur anima, hoc vno solōq; cōtera
 ex quo pendēt omnia, rei nullius omnino est indiga, non cæcas
 diuitias respiciēs, sed quē oportet, acutē cernēs & magni faciēs,
 huius omnes discipuli vehementē perperuūq; amorem cōcepe-
 runt: & ideo contēpra pecuaria, excoluerunt pastoralē sciētiā.
 Argumēto est Ioseph, circa corpus & nouas opiniones semper
 occupatus: qui naturæ brutæ præesse cū imperio nescit (senio-
 res enim ad magistratus legitimos gerēdos vocari mos est: hic
 autem semper ætatē bene fert etiā in annis senilibus) sed nutri-
 re auerēq; hanc solitus, putat se posse virtutis quoq; amatores
 ad se pellicere, vt ad bruta inanimāq; cōuersi, vacare nō possint
 rationalis animæ studiis. ait enim: Si rex (id est intellectus cor-
 poræ regionis rex) percontabitur quodnā sit vestrum negotiū,
 respōdere: viri pecuarij sumus. Hoc audito indignatur non im-
 merito, cum sint proceres, iuberi se profiteri subditorum ordi-
 nem. Nam qui sensibus per sensibilia subministrant alimento-
 rum copiā, serui fiunt eorum quos alunt, tāquam dominis quo-
 tidie tributū pendentes necessarium. contrā principes sunt qui
 hos regunt, & refrenant insatiabilem eorum impetum quo ra-
 piuntur ad superuacanea. Ac primū quidem & si nō libenter
 hoc verbum audiant, silebunt, intēpestiuum rati apud negligē-
 tes auditores differere de differētia curæ pecuariæ pastoralisq;
 sciētiæ. Sed cum iterū inciderit eadē cōtentio, resistēt totis vi-
 ribus,

ribus. nec prius quā vincant, remittent cōtentionē, præ se fe-
 rentes liberale ingeniū, atq; adeo generosum & principatu di-
 gnissimū. proinde rogāte rege, quodnā est vestrum negotium,
 respōdebunt: pastores sumus, sicut & patres nostri. An nō viden-
 tur hac professione non minus sibi placere, quā rex ipse cum
 quo loquūtur, sibi placet tāto imperio: quando nō solū sibi mer-
 itis hoc vitæ genus suoptē testimonio vindicant, sed & suis pa-
 tribus, quasi omni studio curāq; dignissimū? atqui si de capra-
 rum ouiumve cura sermo esset, poterat eos pudere verū fateri,
 dum fugiunt ignominia. nam in gloria humiliāq; videtur hæc
 apud eos qui fortunatiores sunt quā prudentiores, apud reges
 præcipuē. Cæterum Aegyptiorum gens innatā & insignem ha-
 bet iactātiā, vt vel modica felicitatis aura aspirante irrideat
 fastidiātq; plebeiorum hominum in victu parando studium &
 diligentiam. Quoniam autem animæ potētias tum rationales
 tum brutas considerare est propositum, meritō se iactabūt qui
 sibi sunt cōscij quod possint brutas compescere, ascitis in auxi-
 liū rationalibus. Quod si quis inuidus & criminator inculando
 eos dicat. qui fit igitur vt pastorem artem exercētes, & cogna-
 ti gregis curā ac regimen professi, in Aegyptū, corporis eiusq;
 affectionum regionem, appellere induxeritis animum, & nō in
 quācūq; aliā? huic respondendum est liberē, Inquilini vt esse-
 mus, non inhabitatores perpetui, venimus. re vera enim omnis
 sapientis anima cælum habet patriam. in terra peregrinatur:
 & sapientiæ domum existimat suam, corporis verò alienam, cu-
 ius inquilina sibi videtur. ergo quando intellectus receptum in
 suam administrationē gregem animæ iuxta naturæ magistræ
 leges constanter regit, probatum eum reddit & valde laudabi-
 lem: vituperabilem verò quā non legitimē eum tractat, sed secu-
 re negligentēq; ideo meritō ille quidem regis nomen sustine-
 bit, pastor appellatus, hic verò popinarij, pecuarius vocatus, &
 voraci pecori cibos parare solitus. atq; ita quid agricola ab ope-
 ratore terræ, quid item pastor à pecuario differat, satis accuratē
 demonstratum est. restat tertiū quiddā modo dictis cognatum,
 de quo iam loquemur. equitem ab incessore multum differre
 arbitrandum est, non solum hominē vectatum animali hinni-
 bili ab alio similiter vectato homine, sed etiā rationē à ratio-
 ne. ergo qui sine equestri arte ascēdit, dici debet incessor, qui se
 cōmittit iumēto lasciuo, à quo abripiat quocūq; ipsum detule-
 rit impetus, & nō præcauēdo voraginosos terræ hiatus, aut fos-
 sam

sam aliquā profundiorē, violento cursu vnā cū equo præcipite-
tur submergarūque. ediuerso eques ante omnia frenū in os in-
dit, deinde in tergū insilit, & quāuis ferri videatur, reuera tamē
circumagit eum à quo gestatur tanquā gubernator. nam & ille
videtur ferri à naue quam gubernat, sed si verē pronunties, ipse
deducit eam ad portus optatos. cæterū quādo sonipes bene iter
carpit habenis obtemperans, palpum & laudem refert ab equi-
te. quādo autem fertur iusto concitatus, cohibetur quò minus
properet. quod si pèrgat cōtumacius, reducto freno cogitur cer-
uicem reflectere atq; gradū sistere. scuticis quoq; ac calcaribus
cōtinetur in officio ne subsultet lasciuies, & aliis modis quibus
domitores vtuntur cōtra ferociam. nec mirū videri debet. ascē-
dente enim equite simul ars equestris ascēdit: vt iam duo periti
insideant; atq; ita vnum subiectum imperitum animal moderē
tur facile. iam omisso hinnitore vectorēq; tuā, si liber animam
considera. inuenies enim inter partes eius & equos & aurigam
ascensorem, sicut & extra te. Equi sunt furor & concupiscentiā,
ille mas, hæc foemina: ideōq; ille vt mas gestit elata ceruice li-
bertatem appetens: hæc verò seruilior & callidior domū depa-
scit ac deuorat, vt foemina. infessor autē & aurigavnus est, nō-
pe intellectus: sed auriga tunc, quādo ascendit cum prudentia:
quādo autem cū imprudentia: infessor est. imprudēs igitur præ
imperitiā non potest habenas retinere, sed patitur elabi è mani-
bus. at iumenta habenis libera temerē discurrūt nullo ordine.
fessor verò præ imbecillitate sustinere se nō valens decidit: & la-
ceris genibus, manib⁹, facitq; malē mulctatus miser deflet suū
infortunium. nonnunquam autem pedibus in curru hæres rap-
tatur supinus, & tractum in orbita caput ceruicem humerōsq;
ambos cōfauciat. deinde huç illucq; distractus & illisus omni-
bus passim obiacētibus, miserrimo genere mortis extinguitur.
Et huic quidem talis exitus obuēnit. currus autem iā leuior &
violente quassatus, vbi in solum inæquale incidit facile fran-
gitur, vt instaurari non possit & cōpingi denuò. iumenta autem
omni retinaculo liberata cōcitantur & efferantur, nec prius de-
sunt currere quā collabantur, aut in aliquam rupem delata
ipsa quoq; intereant. atq; ita currus animę vnā cum vectore to-
tus perit per aurigæ insitiā. Tales igitur equos vectorēsq; arte
carentes tolli præstat, vt virtus maneat incolumis. Cadēte enim
imprudentiā, stare prudentiā necessum est. ideo Moses inter
præcepta tradit: Si egressus fueris in bellū cōtra inimicos tuos,
& vid

& videris equum incessorēmq; & maiorem multitudinem ho-
stium, noli timere, quia dominus Deus tecum est. Furorē enim
& cōcupiscentiā, & in vniuersum affectiones omnes, atq; etiam
cogitationes quæ his singulis tanquā equis insident, etiam si vi-
deantur fretæ inexpugnabili robore, contemni oportere ab his
qui proteguntur magni regis potētia, semper & vbiq; pro ipsis
decertate: exercitus autē Dei, virtutes sunt, propugnatrices pia-
rum animarum: quas vbi viderint deuictum aduersarium, con-
uenit pulcherrimū decentissimūmq; hymnū canere datorī vi-
ctoriæ Deo: itaq; duo chori, alter è virili, alter è muliebri cōcla-
ui, ediuerso stantes alterius carminibus sibi respōdeant. Ducta
bat autē virorū chorū Moses, intellectus perfectus: mulierum
verò Maria, sensus purificatus. Iustum enim est intelligibiliter
sensibiliterq; Deo hymnos laudationēsq; sine dilatione dici, &
vtrūq; instrumentū cōcinne pulsari, tam intellectu quā sen-
sum, in solius seruatoris honorē ac gratiarū actionē. illud certē
littorale carmen canūt omnes viri: non tamen mente cæca, sed
cernente acute. Mose præcentore: canunt & mulieres ad verita-
tem lectissimā, virtutū ciuitati ascriptę. Maria carmē præcēte.
hymnus autem idem à choris ambobus canitur, epodon mira-
bilem habens, quem decantari bonum est. Sic autē se habet: Can-
temus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & in-
fessorem proiecit in mare. Meliorem enim perfectiorēmq; vi-
ctoriam inuenire non licet, quā qua vincitur petulantium qua-
drupedum ceruicosorumq; agmen validum, hoc est vitiorum
& affectuum. sunt enim vitia genere quatuor, & affectus rotidē.
cum quibus & insensor eorum intellectus, virtutis os & a-
mans affectuum, collapsus interit, qui prius voluptatibus, iniu-
riis, vaframentis, rapinis, fraudibus similibusq; iumentis dele-
ctabatur. Pulcherrimè igitur legislator inter præcepta docet,
ne princeps eligatur equorum altor, parum idoneum ratus ad
principatum, quisquis in voluptates & concupiscentias & amo-
res impotentes insaniens, tanquam infrenis ac cōtumax equus
æstro suo agitur. Dicit enim sic: Non poteris constituere supra
te hominem exterum, quia frater tuus non est: propterea non
multiplicabit sibi ipsi equitatum, nec auertet in Aegyptum po-
pulum. Itaque nemo altor equorum ad principatum natus est.
si sacro Mose credimus. atqui dicat aliquis, magnam esse po-
tentiam regis in equitatu, non minorem quā in pedestribus
copiis & naualibus, nonnunquam verò vtiliorem etiam, præ-
sertim

fertim ubi sine dilatione celeritate expedita opus est, temporibus morā non ferentibus, sed ipsum momentū occasionis urgentibus: ut cunctatio non damnū solum, sed & cladē illatura videatur, occasione tanquam nube præteruolante. Huic respondebimus, nullū, bone vir, præsidium legislator noster à principe submouet, neq; copias eius parte aliqua mutilat; imò quātum fieri potest augere conatur, ut robore multitudinēq; freti socij, facile proffigent aduersam aciem. Quis enim alius sic vel insidias collocare, vel aciem frueri, vel legiones distribuere, easq; tribunis centurionibusq; assignare, ut res postulat, nūc pluribus, nunc paucioribus nouit, adhac præcepta rei militaris tradere præmonstrarēque, ut hic noster confirmata longo vsu peritia? Sed nunc non facit verba de isto equitatu, qualem principes solent colligere ad infestandos hostes tuendosque socios necessarium: sed de eo qui animæ inest, bruto, immoderato, inobediēteque impetu, quem refrenare utilius fuerit, ne quando populū suum vniuersum in Aegyptum corporis regionem auertat, & voluptatum affectuūque magis quā virtutum Deique amorem reddat: quādoquidem necessum est ut qui equitatu pollet, eumque auget, viam quæ in Aegyptum fert, ut vates inquit, ingrediatur. Cum enim animam tanquam nauem ab utroq; latere, intellectu sensuque, violentæ processæ affectuum iniquitatumq; reluctantem inundant elata altius: tunc credibile est fore ut intellectus obrutus subsidat mergaturq; profundum autē in quod mergitur, corpus est; quod cum Aegypto cōfertur. Caue igitur ne vnquam huiusmodi equis alendis studeās. nam & qui diuersum genus tractant, ipsi quoq; vituperandi sunt. & quid nisi apud quos bruta iumenta honorantur, quorum ex ædibus equorum greges semper saturi procedunt, hominum verò eos deducētiū nemini, vel sportulā succurrit inopiæ solamen, vel leue aliquod munusculum. & tamen hi minus peccāt. cursores enim equos alēdo, aiunt se sacra certamina & quæ passim aguntur celebritates ornare, & voluptati oblectamentōq; esse spectatoribus, atque etiam multis præbere exercēdi se materiam. nam qui cupiditatem vincendi animalibus indunt, propter honoris amorē & æmulationem virtutis, indefinēti adhortatione alacritatēq; vsi labores libenter sufferunt, nec prius desistit ab officio, quā ad finem optatum perueniāt. Verū isti prætextus quærunt alteri ne defensionē quidem vllam habent quæ peccatum suum tueantur, qui vectari iubent infessorem intellegunt

Cum

Etum imperitum artisequestris, cōmittentes eum vitio & affectui quadrupedi. Quod si aurigandi artē ediscas melius mediterisq;, ut iam tibi videaris ad regēdos equos idoneus, tū demum ascende & habenas arripe. Sic enim nec illis salietibus excussus cum laceratione corporis mouebis risum spectatoribus, alieno malo gaudentibus, nec incursum obuiorū insequentiumve inimicorum capieris: hos celeritate lōgē à tergo relinquēs, illos verò securē vitās per scientiam. Merito igitur Moses victoriale carmen canēs ob infessorum interitum, salutem nihilominus precatur equitibus. Nam hi possunt iniecto brutis potentiis freno, cohibere nimitū cursus eorum imperum. Quid igitur prædicetur dicamus. Fiat, inquit, Dan serpens in via insidiās in semita, mordēs equi calcaneum: & cadet eques rrorsum, salutē expectans à domino. Nunc videamus quid subindictet hæc precatio. Dan interpretatur iudicium. ideo vim animæ scrutantē, examinantem, discernentem, & quodammodo iudicantē singula draconis assimilat. Est autē hoc animal agilitate variū & cum primis callidum, paratūq; ad vim, quod se facile possit tueri à laessentibus: nō illi vitā amanti de vitāq; cōsultenti simile, quod Eua propterea vulgari lingua solet vocari: sed illi serpenti quē Moses ex ære fabricauit, quē quotquot intuebantur morsu à venenatis bestiis, interituri alioquin, euasisse mortē dicuntur. Proterosa quidē ista videntur, draco humana verba proloquens, & vaframenti mores innocentissimos circumueniēs, & persuasibilibus argumētis mulierē decipiens, ac rursus aliis solo aspectu salutem afferens. Verū in his quæ latentem sensum continent, quicquid fabulæ speciem præ se fert è medio tollitur, atq; ita cōperitur manifestaria veritas. itaq; illum mulieris insidiatorem serpentem, à sensu & vita carniū pendentem, voluptatem esse dicimus, repentem sinuosis orbibus, nō valentē se attollere, semperque iacentem, ad sola terrena bona pronam, foueas querentem in corpore, velut scrobes hiatūsq;, & in quouis sensu stabulantem, hominis consiliariā, meliori cōtradictentē, veneficis & vix vllū doloris sensum afferentibus moribus conantem interficere: Mosaicum verò serpētem fortitudinem, affectionem voluptati aduersariam: quapropter è solidiore materia, scilicet ære factus inducitur. hanc fortitudinis speciem quisquis bene considerauerit, etiāsi fortē fortuna prius à veneficis voluptatis morsus fuerit, necesse est eum viuere. nam illa quidē intērat animæ mortem inuitabilem, at fortitudo sanitatem incolumi-

m tatēmq;

tatémq; porrigit, Est enim presentissimū intemperantiæ remediū temperantia. Omni autem sapienti honestas amica est, & eadem utique salutaris. Itaque cum Moses precatur Dani ut serpens fiat, non similem illi Eua serpenti fieri precatur. nam preces solēt bona petere. Fortitudo certē ad bonorū genus pertinet, & immortalitatem confert bonum perfectissimum: sicut voluptatis malum affert extremum mortis supplicium. ideo dicit: Fiat Dan sicut serpens, nō alibi potius quā in via. nam intemperantia gulāq;, & quicquid immodicæ inexplēbilēsq; voluptates per externarum copiarum vsum pariunt, non finit animam per latam regiāq; viam tendere, seducens eam in barathra & voragines, donec præcipitetur in interitum. Soli autem qui à fortitudine, temperantia, cæterisq; virtutibus se diuelli nō patiuntur, declinant deuitantq; omnia lubrica. Apertissimè igitur dixit adherere viæ rectæ temperantiā, quādoquidem aduersaria huius intemperantiæ solet in deuiis agere. Illud autem, insidens semitam, tale aliquid significat, quantū equidem intelligo. Semita siue callis est, via hominibus, iumentis plaustrisq; communis. hanc aiunt voluptati esse opportunissimam: quia in ea mox à natali die senectutem extremā vsq; gradiuntur inambulāntque, & per otium securitatēq; immorantur, non tam homines quā animalium alia genera. Nam ne vnū quidem est quod nō inescatum à voluptate trahatur, & implicetur eius multiplicibus casibus, quos sine noxa pertransire ingens labor est. At prudentiæ, temperantiæ, cæterorumque virtutum viæ, si nō inaccessē, certē minimè trite sunt. Exiguus enim per has cūriū est numerus, qui germanā philosophiæ rationem sectantur, cum sola honestate habentes consuetudinem, cōtemptis cæteris rebus in vniuersum omnibus. hanc igitur serpens hic nō semel insidet: sed tanta est contentio curāq; fortitudinis, ut nullam non occasionem capter obturandi voluptatis scaturigines, à qua ceu perenni fonte manant mala omnia. propterea serpens ille seductor Eua: inducitur cædis hominum avidus: sic enim ait execratio, Ipse tuum caput seruabit. tu eius calcaneum: at serpens Dan de quo nunc loquimur, equini nō humani admorsor calcanei, alter enim ille voluptatem figuratē significans, ut iam demonstratum est, homini, hoc est vniuscuiusq; nostrum cogitationi struit insidias. corrūpit enim mentem voluptatis vsum nimius. at hic Danis serpens, cum sit imago potentissime virtutis fortitudinis, equum mordebit, per quē subindicatur affectus

&

& vitiū: quibus temperantia nunquam nō meditataur pericli, his admorsis & in genus plapsis, eques, inquit, cadet. Quod autem sub hoc ænigmatē latet, tale quiddā est. huc cōtendendum esse tāquam ad rem egregiam, ut nemo nostrum patiat mentem suam vectari ab affectu aut vitio: sed si quādo cogatur aliquem ascēdere, det operā ut quā primū vel desiliat vel decidat. tales enim lapsus inclitam victoriam afferūt. ideo quidam ē priscis prouocatus ad cōuitiādi certamen, in hoc quidem, inquit, nunquam descēdero, in quo victor victo fit deterior. Ergo tu quoq; quisquis es noli vnquā cū malis cōtendere, & primus esse in huiusmodi certaminibus: sed ante omnia, si fieri potest, cura ut fugias. Quod si quando maiore vi coactus fueris in certamen descēdere, ne te vinci pudeat. sic enim demū, si vincaris, victor euades, quando in hoc genere victor vincitur. Nec expectes dum aduersariū aut præco vicisse pronūtiat, aut certaminis præses coronet: sed ipse accedito palmam porrigēs, atq; etiam, si libet, coronas lemniscatas imposito: ipse victorē magna intrepidāque voce pronunciato in hanc formulam: In hoc concupiscentiæ, furoris, intemperantiæ, insipientiæ, iniustitiæq; proposito certamine, spectatores vósque certaminis præses, equidem victus sum, vicit autem iste, & in tantū vicit, ut ne nos quidem inuideamus eius aduersarij. Ergo certaminū istorū haud quaquam sacrorum præmia cedenda sunt quibuslibet aliis. eorum autem quæ verē sacra dicuntur, ipse coronas accipito. Caue autem sacra putes certamina, quæ instaurantur post triennium à quibusdā ciuitatibus, multa milia hominū in theatra ad hoc ipsum facta recipientibus. in his enim aut luctator concertatorem prouum supinumve sternēs, aut pancratiasta validus, à nulla vi sibi temperās, primā laudem occupat. nec desunt qui postquam utroque pugno inferri morem occaluerunt, in caput faciēmque inuadunt, & his probè cōtusis in cætera quoque membra saxiunt: aut vice versa plagas recipiendo multantur naso vel auriculis. Et post hæc tam immania coronas præmiāq; petunt. Nam reliqua certamina cursorum quinquertionūq; nemo sapiens non rideat, hoc agentium ut saltus sit quā longissimus, & spatia dimentientium, contententiūque de pernitate: quos non solū grandiores animātes ceruus aut caprea, sed vel minimus catellus aut lepuscus, non admodum properās, ipsos absq; respiratione currētes summo conatu, à tergo tamen relinquet. ex his certaminibus nullū prorsus sacrum est, etiā si

m ij contra

cōtra testētur omnes homines, mox deprehēdi in falso testi-
monio. Nam ipsi talium admiratores, leges tulerunt cōtra vio-
lentiam, & iniuriam inferenti in corpus pœnam talionis sanxe-
runt, constitutis etiam iudicibus, qui de talibus causis decerne-
rent, & quomodo æquū videri potest, vt qui vlciscuntur factas
priuatim iniurias, nec impunitas sinunt, iudē in celebrariis
tantāq; spectatorum frequentia, coronas talium facinorum pa-
tratoribus & alia quædam per præconem statuāt præmia? Cum
enim de eadem persona, de eodem facto, duæ diuersæ feruntur
sententiæ, necessum est iniquum esse alterutram. Ambas enim
æquas aut iniquas haberi nō est possibile. Vtrum igitur horum
laudatis omnes vno consensu? an non eum puniri qui prior in-
fert iniuriam? ergo meritō damnantur quicumq; dissentiunt.
At ex sacris nihil improbari debet, quorum tanta est existima-
tio publica. Ergo solum olympiacum certamen iuste dicitur sa-
crum, non istud quod ad Elim celebratur, sed quod est proposi-
tum de paradisi diuinis verēq; olympiis virtutibus, in hoc qui-
bus sunt infirmissima corpora, sed animæ validissimæ, nomen-
dant. Deinde exuti vnctiq; agunt quicquid possunt vel arte vel
viribus, nihil sibi ad summum conatum faciētes reliquum mo-
do assequantur victoriam, & hi quidem facile vincunt aduer-
sarios: sed inter ipsos rursus de primatu oritur contentio. Non
enim idē omnib⁹ modus est victoriæ: sed omnes honore digni,
prostratis inimicis tam infensis, & grauibus. Maximam tamen
admirationem meretur inter hos præcipuus, cui non debemus
inuidere prima præmia. Cæteri secundis cōtenti sint & tertiis.
Nam de virtute paranda hic certatur; in qua si non datur tene-
re fastigiū, vel in medio satis vtilitatis capitur, & sunt qui hanc
possessionem certiore existimant, inuidiæ celsa petēti minus-
obnoxiam. Proinde valde doctē dictum est illud memoria di-
gnum, Cadet eques: vt si quis excidat à malis, bonis innixus as-
surgat. sed eo quod sequitur magis etiam docemur, non pro-
sum, sed retrorsum esse cadendū, quia relinqui à vitiis affectio-
nibusq; semper fuit vtile. in honestis enim rebus properatione,
in turpibus tarditate opus est: & rursū, ad illas quidē accedere,
ab his abesse quàm lōgissimè, quādo quō quisq; remotior est à
prauis affectibus, eò maneat sanior. Quamobrē ait eum sanita-
tem expectare à Deo, vt quantum discedit ab iniustitia, tantum
ad iuste agendum properet. Hactenus satis de equo infessorēq;
de pastore & pecuario, de terram operante & agricola, rum que
singulas

·singulas has copulas perquirētibus inueniātur differētia. Nunc
ad ea quæ deinceps sequūtur aduertamus animū. Cupidū virtu-
tis inducit non omnino peritum agriculturæ animæ, sed tantū
rudimentis eius exercitiū, dicens sic: Cœpit Noë homo agrico-
la esse. principium autem, iuxta vetus prouerbum, dimidium
totius est: & altero dimidio abest à fine, quod nisi accedat, etiā
incepisse res magnas sepe obfuit, nam & scelesti aliquādo quod
non ferrent cruciatus animi, cœperunt de meliore vitæ ratione
cogitare, sed nequicquam. Sic enim vsu venit, vt qui ad finem
non peruenerunt, obruti occurrētium malorum cumulo, relin-
quant bonum illud propositum. ideo cum Caim putaret se gra-
tas obtulisse victimas, non litasse admonitus est oraculo, nec
enim sacra perfectāq; immolasse. Est autem oraculum tale: Nō
si rectē obtuleris, sed ni rectē diuiseris. Rectum igitur est ho-
nor Dei: quod autem non diuiditur, non rectum, huius rei quæ-
sit ratio videamus. Sunt qui pietatem in eo collocent, quod
Deum autorem aiunt, rerum omnium, bonarum atque contra-
riarum: quos sic licet alloqui. hæc opinio vestra partim laudabi-
lis est, partim vituperabilis. Laudabilis, quia miratur eum qui
solus honore dignus est: vituperanda, quod nihil distinguit aut
diuidit, debueratis enim nō commiscere confunderēq; omnia,
dum asseritis eum autorem omnium: sed cum distinctione, tā-
tū bonarum rerum causam in eum referre. absurdum enim
est, de sacerdotibus quidem sollicitum esse vt integro sint cor-
pore, itēque de victimis, vt nulla prorsus ne minima quidem
contactæ sint labecula, adhibitis etiam ad hanc curam aruspici-
bus, sicut à quibusdam appellātur, vt sine vitio noxāq; ad arā
admoueantur immolandæ pecudes: opiniones autem de Deo
confusas esse in singulorum animis, nec vlla ratione discerni
regula. Non vides quod camelum animal impurum esse lex
pronuntiat: quia ruminat quidem, sed non diuidit vngulam?
atqui si causam hanc ita vt sonat consideremus, nō video quam
rationem habeat: quod si introspeciamus penitus, apparebit ra-
tio. Quemadmodum enim quodlibet rumiūans cibum semel
deuoratum & rursus sub dentes reuocarum atterit: sic anima
cuiuscunque disciplinarum studiosi postquam per aures rece-
pit contemplatione dignum aliquid, obliuioni hoc non tradit,
sed per otium secum ipsa retractat singula, & cuncta sibi redu-
cit in memoriam. Memoria porrō non quævis bona est, sed ea
sola quæ rerum bonarum meminit: malarum enim nō obliuī-

sci nocet maximè. Quamobrem ad perfectionem requisitus diuisa vngula, vt vi reminiscēdi bifariam diuisa, sermo per os, & ipsum inter cætera naturaliter diuisum, fluens, labia distinguat, simulq; dānosam memoriā ab vtili. Imò ne diuisa quidē vngula sine ruminatione videretur quicquam vtilitatis afferre. Quid enim prodest naturas rerum ab ipsis exordiis diuidere, vel vsque minutissimas minutias, & nō in seipso idem facere, nec sui partes diuisas habere, sicut quidam non incongruè solent nominare indiuidua. Hoc enim sagacitatis & argutissime solertia fuerit argumētum euident: cæterum nullam vtilitatē ad rectam honestamque vitam attulerit. Proinde in quotidianis disertatoribus vbique sophistarum vulgus aures fortuito confluentium atterit, dum magna subtilitate voces ambiguas explicat, atque etiam res multiplices, quæ succurrunt in memoriam, easq; diiudicat. An non alij scripturarū vocum elementa partiuntur in muta & vocalia? alij rursus orationem in tria suprema genera: scilicet nomen, verbum, coniunctionem, item musici suam scientiam in rhythmum, in partem, in melos: rursus partem in chromaticam, enharmoniam diatonicamq; speciem, & in diatessaron, diapente, diapason, coniunctas disiunctasque melodias? sic geometræ in duas maximè generales lineas, rectam & circumferentiam? sic artifices alij suam quisq; scientiam in varias species, à primis vsque nouissimas? quibus accinit & totus chorus philosophantium, more suo differens, quòd ea quæ sunt, partim sunt corporea, partim incorporea: & alia animata, alia inanimata: quædam bruta, quædam rationalia: pars mortalia, pars immortalia: ex mortalibus aliud masculinum, aliud femina, quæ hominis est diuisio. rursus è prædicamentis quædam esse perfecta, quædam imperfecta: & ex perfectis quædam interrogationes, percontationes, preces, iuramenta, cæterasq; speciatim in his distinctionibus descriptas differentias. rursus quædam quæ dialectici solent nominare axiomata, & ex his quædam simplicia, quædam non simplicia. rursus è nō simplicibus quædam coniuncta, quædam adiuncta maius minusve, & insuper quædam disiuncta, aliâq; huiusmodi, quædam vera, & falsa, & incerta, possibilia & impossibilia: quædam corruptibilia & incorruptibilia, necessaria & nō necessaria, expedita & impedita, & his cognata cætera. Rursus imperfectorum alix sunt diuisiones in prædicabilia, quæ vocantur, & cōtingentia, & alia quædam his minutiora. Sed quamuis intelle-

ctus

ctus seipso acutior factus, tanquam medicus corporum, sic ipse naturarū anatomiam exerceat, nihil inde ad virtutem lucrabitur: diuidet ille quidem vngulam, distinguere discernereq; valens singula: non ruminabit tamen, vt iuuerur hoc cibo per reminiscentiam, deposita per commanducationem eius asperitate quam ex animæ peccatis contraxerat, conciliatq; esurie ad facilius deglutienda quæ iterum contrita sunt. proinde plurimi sophistæ quos vocant magnam admirationem consecuti apud populos, qui totum ferme orbem peragrunt, gratiosi hospites facundiam diligentiamq; suam ostentantes, denicti affectibus consenuerunt & vitam in his contriuerunt, nihilo hac parte potiores vilissimis è vulgo hominibus, ideo rectissime sophistas sic viuentes legislator noster confert cum suis, qui nulla re pura, sed turbida, cœnosa turpique vita se oblectat ad saturitatem vsque. ait enim suam esse impurum animal, quia diuidit quidem vngulam, non ruminat tamen: sicut camelū propter causam contrariam, ruminantem non bifidum vngula. Cæterum quæcunque animalia vtrunque hoc habent, pura pronuntiantur merito, quando vtrunque iam dictam absurditatem effugerunt. propositum enim sine memoria, meditatione, iugique tractatione rerum bonarum, bonum imperfectum est. quod si alterum accedat ad alterum, ita demum absoluitur. hanc perfectionem formidant hostes animæ, quibus non amplius insurgere contra eam valētibus vera pax obtinetur, at quibus semiperfecta in absolutamq; sapiētiam contigit, infirmiores sunt quam vt possint se peccatorum longo tempore confirmatorum opponere cohortibus. Quamobrem quando instante bello delectus habetur, non omnis iuuentus vocatur, etiam si vltroneam contra hostes operam alacriter offerat: sed iubentur plerique domū redire, vt exercitatione continua tantum sibi roboris militaris peritiæque comparent, quantum olim satis futurum sit ad extorquendam hostibus victoriam. ideo quando bellum est pro foribus, in hanc formam per cornicularios edicitur. Quis est homo qui ædificauit domum nouam & nō dedicauit eam? vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo dedicet eam. Quis est homo qui plantauit vineā, & nondū exhilaratus est ex ea? vadat & reuertatur in domū suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo exhilaret ex ea. Quis despōdit vxorē, & nō accepit eā, vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

m iij

Atqui

Atqui dixerit aliquis: Cur & mirande vir, nō potius hos præceteris in bellum emittis & aciem, qui vxores, domos, vineas habent, aliisq; possessionibus sunt locupletes: pro quibus tuto retinēdis pericula vel grauisima tolerabūt facile? nam isti quibus nihil tale est, cum nullum habeant pignus virtutis necessarium, nō eadem vrētur industria. An hoc te mouet, ne forrē qui nōdum perceperunt fructum ē suis possessionibus ne in posterum quidem percipiāt: at quæ potest esse bello victis ē suis prædiis vtilitas? Sed nō vincentur, multabuntur igitur ob desertā militiam. Nam his delicatis domi manentibus, necesse est hostes fortes bellatores, nō solum sine sanguine, sed & sine puluere vincere. Sed nō deerit aliorum sociorum multitudo qui pro his quoque depugnent fortiter. Atqui primo absurdum est aliena industria fortunæque niti, præsertim vbi de vastitate patriæ, deque libertate populi priuatim publicæq; periculum imminet, cum possint in laboris partem illi quoque recipi, non valitudine aduersa, nec ætate parum integra impediti, nec vllō infortunio. Proinde nihil æquius aut magis decorum, quam vt sumptis armis progrediantur in primā aciem, obiectisq; ante alios socios clypeis, fortiter pugnando propulsent periculum. Alioqui nōne proditiōis atq; inhumanitatis reos se declarabunt, si reliquis pugnantibus pro republica, ipsi tractabunt domestica negotia? & illis pro aliena salute decertantibus, isti ne pro se quidem arma capient? illi inediā, dura humi cubilia, ceteraq; tum animi tum corporis incommoda libēter perferent cupedine victoriæ: isti dealbando & nugis ornādo surdos parietes, aut agri fructus decerpentes, canentesq; ad torcular, aut desponsas virgines nūc primū deducentes in thalamum, quasi hoc tempus nuptias postulet, viuent suauiter? bonū sanē est curate domesticos parietes, redditus colligere, cōuiuari, potare, indulgere genio, nouam nuptam anum (vt vulgaris iocus est) ducere: verum hæc pacis sunt negotia. Nunc integro bello & feruente vt cum maximē, itāne non pater, non frater, non gentilis vllus aut cognatus in militiā profectus est, sed vna totam familiā occupauit timiditas? dices decertare cognatos innumeros. His igitur de vita periclitantibus, delicati isti ac molliculi quas non efferatissimas feras immanitate superāt? dicent: durum est pati alios in nostra bona sine labore succedere. An nō durius viuos etiam nū ab hoste pelli possessionibus, quā defunctos eas amicis cognatisq; legitimis successoribus cedere? tantū inter

vrūq;

vrūq; interest, vt stulta sit collatio. Atqui potest fieri, vt isti detrectatores militiæ, non solū bona hæc amittant, sed ipsi quoq; veniant in potestatē hostiū, illis verò pro salute reipub. defunctis, etiam si nullum adhuc fructum perceperūt ē suis prædiis, solatium contingat ex reputatione hæredū successorūq; quos non alios cuperent. In verbis quidē legis hæc & alia multa controuersa sunt: sed ne quis peruersē callidus plura in eam inquirere audeat, recurramus ad allegoriā & dicamus: primū iubere legē, vt quisquis bonorū possessionē sibi cōparat, curet fructus etiā inde percipere, quādo virtutis felicitas in perfectovsu consistit, per quā contingit vitæ incolumitas: deinde nō de domo hic, aut vinea, aut sponsa verba fieri, vt eam procul abducatur. aut plātor vindemiet, expressisq; viuis mustū degustas se exhilaret, aut alius extractā a se domum inhabitet: sed de animæ potentiis, per quas iniria, profectus, perfectionesq; contingunt in actionibus laudabilibus. Harum principia fermē ad procos attinent. sicut enim procus nōdum est vir, erit tamē: eodē modo quicumq; bona indole præditus, generosam castamq; virginem ducturū se sperat eruditionē, mōxq; procū eius agit. profectus autem ad plātorem possunt referri. sicut enim huius cura est incrementum stirpium: ita discēdi studiosus dat operam vt prudētiæ contemplationes augeantur plurimum. postremò perfectiones ad ædificium domus absolutæ, sed nondum consolidatæ. omnibus autem his tam perfectis quā incipientibus & proficiētibus conducit vitam sine contentione agere, & abstinere à sophistarum dimicationibus, turbulētam litem ad subuertendam adulterandamq; veritatem semper meditantibus. quia veritas pacem amat, quam isti prosequuntur odio, quod si descenderit in hoc certamen homines simplices cum peritissimis, omnino succumbent: incipiens, quia imperitus: proficiens, quia imperfectus: perfectus autem, quia nondum exercitatus in virtute. oportet autem sicut incrustationes paulatim hærescant & consolidantur: ita perfectorum animas confirmatas, aliis super alias meditationibus assuescere ne gradu dimoueantur. Quibus autē id non contigit, apud philosophos in sapientum nomē subrepisse dicuntur. aiunt enim esse impossibile, vt qui in sapientia plurimū promouerunt, & ad eius euaserunt fastigium, suam perfectionem nouerint. negant enim fieri posse, vt qui ad finem peruenit, statim se peruenisse intelligat: sed consinium tenere ignorātiā, non illam procul remotam à sciencia

m y ria

ria, verum aliam propinquam, parum distantem à ianua, quò postquam aliquis se peruenisse intelligit, similib; vires aduersariorum, potest contra contetiosam sophistarum aciem subsistere. sperandum enim est de talis viri victoria, quisquis autem nondum prateruectus ignorantium euasit ad lucem scientiam, eum domi se continere consultius fuerit: hoc est non descendere in certamen de rebus nondum sibi satis cognitis: sed quiescere potius: qui vero per arrogantiam in luctum profilit, petitiones aduersariorum cauere nesciens, ab eis praeoccupabitur, & mulcabitur morte scientiam, grauiore quam est vulgaris haec anima è corpore dirimens, sed hic exitus merito manet deceptos à sophismatibus. cum enim non possunt solutiones inuenire, mendacis tanquam veritati credendo amittunt vitam scientiam: quod accidit & his qui se finit decipi ab adulatoribus. nam horum anima sana & verax, per morbidam subuertitur & expellitur amicitiam. proinde consultum est, ne huiusmodi certaminibus se committant qui discere incipiunt, cum imperiti sint: similiter & proficientes, cum imperfecti sint, nec non qui tum primum perficiuntur, quia perfectionem suam adhuc ignorant, quod si non pareant huic consilio, alius, inquit, homo domum eius habitabit, vineam possidebit, uxorem ducet. quod perinde est ac si diceret, haec iam dictae potentiae, studij, profectus, perfectionis deficient nunquam, sed alias alios homines accedendo versabuntur cum eis, migrantes ex anima in animam, similes signaculis (nam & haec post impressam cerae formam nihilo deteriora permanent) etiam si contingat impressos characteres vobiscum interire. cum enim sint immortales, innumeris ante vos familiaritate sua pepererunt gloriam: quos expertae sunt, non sicut vos propter periculorum contemptum auersari suam consuetudinem, sed vltro ad se accedere, & securitati suae prospicere, proinde si quis virtutis amicus est, optet in se platur bona omnia, & existere in sua anima, quemadmodum in statua tabulaque perfectissima, quicquid ad decentem proportionem attinet: id seculi reputans esse innumerabiles qui captent eadem: quibus natura ipso preterito donabit omnia, felicitatem discendi, profectum perfectionemque: sed satius fuerit ipsum ante illos elucere, & concessas sibi diuinitus gratias in tuto reponere, potius quam obicere hostibus audis ceu praedam paratissimam: ergo parua utilitas est principij quod iusto sine non ob signatur, saepe tamen etiam perfecti quidam pro imperfectis sunt habiti, eo quod suapte alacritate, non Dei benignitate profecisse sibi visi sunt. qua opinione

nione iuueniliter inflati, & in immensum elati, è sublimi delati ad infimum baratrum interierunt. Si domum, inquit, nonam aedificaueris, & feceris in tecto coronulam, caue habearis autor necis in domo tua, si quis inde prolapsus deciderit. grauissimum est enim ab honore Dei prolapsus decedere, sibi metipsum coronam vsurpando, & ciuilem necem patrando. suam enim animam interficit, quisquis honorat quod nihil est, struens sibi stultae eruditionis aedificium: nam eruditio non senescit. quapropter nouam vocat eius domum. nam alias res tempus absument, haec autem etiam si procedat in tempus longissimum, florem aetatis non amittit, virenti semper specie hilaris, & agilis assidua consuetudine. Aliubi quoque inter praecipua extat hortatio, ut affluente rerum copia, non nobis eam ascribamus, sed memores simus Dei qui largitur vim & robur ad agendum. hic igitur finis felicitatis est, illa vero principia. itaque si quis obliuiscitur huius finis, ne partis quidem rebus bene frui poterit. Verum isti sponte per amorem sui labuntur, dum grauantur Deum, qui solus amari à seipso meretur, ut perfectissimus, fateri autorem bonorum omnium. Sunt etiam qui omnem pietatis rudem mouedo celeri navigatione conati sunt in portum eius appellere, & iam proximi, iamque sperantes inuehi, repente ex aduerso procella coorta, tum demum à recto cursu repulsi sunt, frustrati tot navigationis commodis. Horum iactationi quis male precaretur? quando inuitis quod remoraretur accidit. Quis igitur assimilabitur his, nisi qui magnum, ut vocant, votum vouit? Si quis, inquit, subito coram eo mortuus fuerit, confestim polluetur caput voti eius, & raderetur. Deinde post pauca subinfert: Dies autem priores irriti fient, quoniam pollutum est caput voti eius. utraque vox, subito & confestim, indicat non voluntariam mutationem animae. Nam in peccatis voluntariis opus est tempore consultandi, ubi, quando, quomodo aggredienda sint. Quae autem inuiti admittimus: repente, ex improviso, momento (ut ita loquar) temporis ingruunt. Est enim perdifficile, ceu cursoribus, post institutum semel ad pietatem cursum inoffense & sine respiratione ad metam recta decurrere, quandoquidem innumera sunt quae obiacent pedibus mortalium. Caeterum ante omnia, quod sola praestat beneficentia, abstinere à voluntariis peccatis, prodest ad repellendam etiam inuoluntariorum multitudinem. Deinde si & inuoluntaria nec multa admittantur, nec diu adhæreant. Pulchre autem

tem inuitæ mutationes dies dixit irritos, non solum quia ratione caret peccatum, sed quia horum quæ fiunt ab imprudentibus non potest reddi ratio. ideo sæpe cum talium factorum causam reposci mur, negamus nos scire, aut posse dicere: quia nec intercedere potuerimus, nec præscire. Rarum igitur Dei donum est, à carceribus ad metam vsque stadium vitæ percurrere absque offensa lapsuq; ita vt naturam vtranq; peccatorum voluntariorum inuoluntariorumq; liceat celerrimo cursu præteruolare. Hastenus de principio finemq; dictum sit per occasionem Noë iusti, qui agriculturæ prima rudimenta consequutus, ad finem eius peruenire non valuit. ait enim scriptura, Coepit esse agricola, non extremos eius scientiæ terminos adeptus est. quæ autem de plantatione eius dicta sunt, repetamus denuò.

PHILONIS IVDÆI, de plantatione Noë liber secundus.

IN primo libro de agriculturæ arte in genere quantū tempestiuum erat, diximus: in hoc de eius specie vinitoria pro virib⁹ dicemus quod reliquum est. Nam iustus hic, non solum agricola, sed & propriè vinitor introducitur, dicente sacra scriptura, Coepit Noë homo agricola esse & plantauit vineam.] Decet autè vt qui de singularibus stirpibus & agriculturis dicturus est, consideret primum stirpes in hoc vniuerso perfectissimas, magnamq; illum plàtatorè harum præsidè. Scilicet plantator ille maximus, & arte perfectissimus, huius rerum vniuersitatis rector est: planta verò mūdus hic, non vnicū stirpis genus in se cōtinens, sed infinitos ceu palmites ex vna radice progerminans. Postquam enim essentiam inordinatam suaptè natura confusamq; in ordinem ex perturbatione & ex confusione in discretionem reducēs mundi opifex formare coepit, terram quidem & aquam radicauit in medio, aëris verò ignisq; arbores in sublime subduxit à medio. hæc autè circumquaq; muniuit æthere, extimū hunc terminū pro munimente custodiāq; statuens, vnde cælum Græcis nominatū videtur. interius terram cum sit arida inuehi aquis, nec ab eis dilui, igni

porrò

porrò natura calido iungi aërem suoptè ingenio frigidissimū non sine ingenti miraculo iussit. nonne enim prodigiosum videtur, id quod dissolubile est contineri à dissolutiuo, videlicet terram ab aqua? & frigidissimæ rei superpositam calidissimā, non extinguere tamen ignem ab aëre: hæc sunt illæ perfectissimæ plantationes huius vniuersi operis: maxima autem & omnium rerum feracissima stirps, mundus hic, cuius ceu rami sunt modo dicta germina. Nunc considerandum vbi sint eius radices, & quæ basis, in qua consistit more statuarum corpus certè nullum credere debemus extra relictum errare, absumpta in vnum Dei opus omni materia. perfectissimum enim oportuit effingi maximum opus ab opifice maximo. Non fuisset autem perfectissimum, ni ex perfectis cōpletum esset partibus. itaq; ex tota terra & ex tota aqua aëreque igneque, ne minima quidem exterius relictæ eorum particula, mundus hic cōfectus est. Vnde necessario sequitur, extra aut vacuum esse aut nihil. Si vacuū, quomodo id quod plenum est & solidum & omnium grauissimum nõ degrauatur mole sua, sustētatum à nihilo? vt somnio quiddam simile videatur, dum cogitatio semper quærit basim corporeā, quam requirit quicquid mouetur, præsertim mundus, quippe maximus omnium corporum, & multitudinem aliorum corporum, vt suarum partium in sinu continens. Si quis igitur pudorem huius difficultatis non explicatè velit effugere, ingenuè dicat, nihil esse tam fortè in omni materia, vt mundū baiulare valeat. sed æterni Dei lex æterna firmissimū ac munitissimū fulcrum est rerum omnium. hæc à mediis ad fines, & ab extremis ad media se extēdens, decurrit per lōgum naturæ stadiū cursu inuictissimo, in vnum conducens partes omnes constringensq;, hanc enim pater qui ipsam genuit, vinculū fecit nõ rumpendū in perpetuū. meritò igitur neq; tota terra diluitur à tota aqua, quod in sinib⁹ eius accidit, neq; ab aëre ignis extinguitur. neq; contra igne inflammatur aër, Dei lege se interponente: sicut elementa vocalia mutis distinguuntur, vt vniuersum hoc tāquam in literata musa concinat, minaces contrariarum naturarum cōcursus suadela dirimēte interposito suo arbitrio. ita profecto radicatur arbor feracissima, & radicata stat firmiter. particulares autè & minores stirpes, partim mouētur & migrāt, partim mouendo se nihilominus semel assignatū sibi locum obtinēt. quæ ambulatoriæ sunt, animates vt nos vocamus, huius vniuersi gradioribus inditæ sunt partibus: terræ terrestres, aquæ natatiles, volucres

volucres aëri, ignigena igni, quarum prouetus manifestè videri fertur in Macedonia, sicut stellæ in cælo cernuntur. sunt enim & hæc animantes intellectu præditæ, consensu philosophantium: aliæ per se vagæ, aliæ fixæ, quæ tamen eadem cum mundo rotatæ circumactæq; vertigine locū mutare putantur, at quæ naturam imaginatione carentē habent insitā, quas propriè plantas dicimus, migratiuo quoq; motu carent. duo autē genera in terra & aëre fecit opifex, in aëre quidē volucres sensibiles, & potestates alias sensu haudquaquam perceptibiles. animarū sodalitiū istud est incorporarū, nō in eisdem digestarū ordines alias enim assignari ferunt mortalibus corporibus & post certos tēporū circuitus liberari denuō. alias diuiniorē habitū sortitas totam terrenā regionem contēnere. in summo autē propè ipsum ætherem esse purissimas, quas Græcorum philosophi heros vocāt & genios, Moses ex re nomen facit eis angelis: quod bonarum rerum internuntia sint à summo rege ad subditos, ac rursus pro horū necessitatibus legatione ad illum fungatur. terræ verò animalia terrestria stirpésque, alia duo genera attribuit, iussæ ut eorū matrem simul ac nutricē ageret, sicut enim mulieri & omni fœmellæ fontes lactis sub partū scaturiunt, ut recētes fœtus rigētur alimētis necessariis & cōuenientibus: ita & terrestriū animalū matri terræ omnes stirpiū attribuit species, ut cognatis nō alienis cibus partus eius vterētur. stirpes tamē deorsummerso fecit capite, infixas fertilissimis eius partibus. Brutorū autē capita retraxit à terra, & summæ ceruici oblongæ aptauit, & pro fulcro pedes anteriores ei supposuit. solus homo eximium ornatū sortitus est. Cæterorū enim animalium ora deorsum flexit: quapropter ad terrā prona sunt, hominē cōtrā crexit, ut cælum spectet, cum sit nō terrestris planta sed cælestis, sicut à priscis accipimus. Quorū alij particulā æthereæ naturæ hanc asserentes, cognatione iungūt ætheri hominē. At magnus ille Moses, nullæ creaturæ rationalis animæ speciē facit similem, quā inuisibilis Dei pronūtiavit imaginē: hoc ipso probam existimās, quod essentiā formamq; diuinitus impressam habeat, cuius character æternus sermo est. Inspirauit enim (ut inquit) Deus in faciem eius spiritum vitæ: itaq; necessum est, ut qui eum recipit, emittētis imaginē referat. ideo dicitur, ad imaginem Dei factū hominem, nō ad creaturæ alicuius. Cōsequens erat igitur, ut quoniā humana anima exemplar suum auctoris summi sermonem referebat, corpus etiam erectū ad purissimā

partem

partem mūdi cælum os attolleret, ut per hæc quæ in propatulo sunt intelligātur illa inuisibilia. ergo quoniam erat impossibile ut cogitatio perueniret ad aspectū eius Qui est, nisi mētis ab ipso attractæ, sicut sua cuiq; manifestè testatur conscientia: euidens simulacrū occulti oculi corpus hoc habemus, quod potest ad æthera suspicere. Cū enim hi ex corruptibili materia cōpacti oculi eorūq; ascendāt, ut à terrena hac regione prouolent ad cælum remotissimum, pertingātq; ad eius terminos, quales existimandi sunt per omnia discurrentes animæ oculi: qui multò desiderio cōspiciendi eius Qui est volucres facti, non solum ad extremū æthera pertinent, sed à tergo relictis totius mundi terminis, ad ingenitum illū properant. Quapropter in oraculis dicuntur sursum vocati, qui sapientia scientiaq; nunquā fariantur. Fas est enim ad Deū sursum vocari eos, qui ab ipso inspirati sunt. mirum enim si turbines procellæq; arbores stirpitis rapiunt in aërem, & nauigia decem milium amphorarū capacia, mercibus onusta, quasi leuissimū aliquid ex alto mari auferūt, & stagna flumināq; in sublime abeunt, in gremio terræ fluentis deficientibus, quæ exhauserunt ventorum vehementes multiplicésq; vortices: omnipotens verò Dei spiritu inferna hæc omnia superante, mens suapte natura leuis non fit leuior, & ad summam altitudinem attollitur, præsertim hominis germanæ philosophiæ dediti. Hæc enim non vergit deorsum ad res terregratas & corpori, à quib⁹ quā lōgissimè conatur discedere: sed sursum fertur, ut insatiabilis amatrix sacrarum feliciūq; naturarum sublimium. Quomobrem Moses præfectus custosq; orgiorū eius Qui est, sursum vocabitur. Legitur enim in libro Leuitico, Sursum vocauit Moysen. Beseleel quoq; secundo honore dignatus sursum vocabitur. Nam & hunc sursum Deus euocat, ad fabricā & curam sacrorū operum. Verū hic secundas huius euacationis partes, Moses verò sapiētissimus primas feret. Nā ille umbras fingit, sicut pictores, quib⁹ nō est fas animatū quicquam cōdere. Beseleel enim in umbris faciēs interpretatur. At Moses nō umbras, sed naturas archetypas earū rerum quas fingendas sortitus est. & alioquin etiam summus ille autor, aliis clarius manifestiūsq; tanquam in sole puro: aliis obscurius, tanquam in umbra solet res suas ostendere. Nunc postquam differuimus de grādiōribus mūdi plantis, videamus quomodo & in homine minore mūdo sapiētissimus opifex Deus arbores quādam condidit. Primum in corpore nostro quasi bono agro, sensum

suum scrobes præparavit: in quas vnūquemq; tanquam mitem
 vtilēmq; arborē indidit, auditum in aures, visum in oculos, in
 nares odorarum, & suis quosq; locis cæteros. Attestatur autem
 huic mæx sentētiæ fatidicus vates, qui in suis hymnis sic loqui-
 tur. Qui plantat aurem non audit? qui fingit oculos non inspi-
 ciet? quin & aliæ, quæ vsq; crura manūsque ac cæteras corporis
 partes externas internāsque pertinet, facultates omnes sunt ge-
 nerosæ plantulæ: sed quæ præstantissimos perfectissimosq; fru-
 ctus afferūt, penitus insitæ sunt in vim qua homo regitur. Sunt
 autem hæc: cogitatio, perceptio, cōiectura, meditatio, memoria,
 habitus, dispositio, artium species multifariæ, scientiæ cōfirma-
 tæ, virtutis totius contemplationum conceptus indelebilis. Ho-
 rum nihil vllus homo plantare scit: sed vniuersorum vnus in-
 genitus est artifex, qui non solū creauit ea semel, sed & singu-
 la plantat quotidie. huic nostro sermone adstipulatur etiam pa-
 radisi illius plātatio, de quo dicitur: Plantauit Deus paradysum
 in Edem contra orientem, & collocauit ibi hominem quem fin-
 xerat. id si accipiatur de vitibus, & olearum, malorum, punica-
 rum, similiūmq; arboribus, magna & incurabilis stultitia fue-
 rit. quæri enim posset in quem vsum factus sit. an propter amœ-
 nam habitationem? ergo totus mundus nō est aptius Deo sum-
 mo regi habitaculum? an nō & aliæ multæ res sunt ad excipiē-
 dum tantū regem magis idoneæ? imò nefas est illi summo au-
 tori assignari locū aliquem, præsertim cū non singulis annis
 fructū ferat arbores. ad cuius igitur vsum fructum paradysus
 hic erit fertilis? hominis certè nullius. nā paradisi nemo pror-
 sus inducitur incola: quando & is qui primus è terra fictus fue-
 rat Adā, translatus inde dicitur. Deus certè sicut aliis rebus, ita
 & cibus non indiget. nam quisquis cibo vtitur, necesse est vt pri-
 mū indigeat eo, deinde instrumēta parata habeat, per quæ &
 ingestum recipiat, & digestum foras egerat. hæc autē in summi
 autoris felicitatem nō competunt impia cōmenta hominum,
 ad tollendam pietatem sanctitatēque, virtutes maximas, in-
 ducentium Deum humana forma & affectibus humanis prædi-
 tum. Eundem igitur ad allegoriam viris amicam perspicaci-
 bus, quando & oracula sacra occasionem nobis manifestissimè
 porrigunt. narrant enim in paradiso stirpes esse nostris nequa-
 quam similes, sed vite, immortalitatis, scientiæ, cognitionis, in-
 tellectus bonarum rerum, & malarum imaginationis. hæc verò
 cū terrenæ non sint, necessariò rationalis animæ plantæ sunt
 existim

existimādæ: cuius iter ad virtutem habet finem vitam immor-
 talitatēmq;: diuersa verò via ducēs ad vitiū, his amissis in mor-
 tem desinit. Credendū est igitur benignissimum Deum in ani-
 ma, tanquam paradysum virtutū, & actionū quæ ex harum præ-
 scripto fiunt, plātare, qui ad eius perfectam felicitatem condu-
 cat: quam obrem locum conuenientissimū assignauit paradiso
 nominatum Edem, quod interpretatur delitiæ, qui significat
 animā rectè cernentem, choreas agētem cum virtutibus, exul-
 tantem præ nimio gaudio, vnā delectationem innumeris homi-
 num voluptatibus præferentē, quales solus consecratur sapiens.
 Hoc mero gaudio exhilaratus vnus è Moyses præcipuis sodali-
 bus, in hymno exclamat suam mentem alloquens. Delitiare in
 domino: hac voce seipsum ad caelestem diuinūque amorem
 excitans, & ista quæ vulgus hominum pro deliciis iactat osten-
 ratq; fastidians, totam mētem afflatu diuini furoris correptus,
 & in Deo solo hilaritatem suam totam collocans. Illud quoque
 quòd contra orientem paradysus esse narratur declarat ea quæ
 modo dicta sunt. Tenebricosa enim vespertina nocturnaq; res
 est insipientia: splendida verò, fulgida, & verè orientalis prudē-
 tia: & sicut oriēs sol totum cælum radiis illustrat, eodem modo
 etiam virtutes habent suos radios, quibus in mentem penetrā-
 dototam eam reddūt lucidissimam. Et homines quidem ad cu-
 stodiam rerum suarum adhibent feroces bestias quæ insidiato-
 res & raptores arceant: Deus autem suis rebus rationales natu-
 ras præficit. Posuit, inquit, ibi hominem quem finxerat: hoc est
 in solis rationalibus virtutibus. harum enim exercitationem
 vsumq; Deus in eximias animas cōfert ceu munus honorariū,
 ideòq; apertè dicitur, quòd eum qui in nobis est verū hominē,
 id est mentem, posuit in honestatis horris arboribusque sacra-
 tissimis. Qui autem mente carent, hos nemo possit excolere, cū
 non sint ingenio capaci præditi. Non est igitur dubitandū, cur
 in arcam illam ingentem diluuiò præparatam omnes animan-
 tium species introducantur, nulla in paradysum. Nam arca hæc
 corp⁹ significabat, quod necessariò capit affectionū vitiorūmq;
 immanes pestes & indomitas: paradysus autem solarum virtu-
 tum est: quæ nihil immansuetum admittunt aut quod ratione
 careat. Cautè etiam nō hominem ad imaginem expressum, sed
 hominem fictum inductum ait in paradysum, nam ille ad ima-
 ginē deliniatus Dei spiritu, nihil differt, vt mihi videtur, ab ar-
 bore quæ fructum fert vitæ immortalitatem. nam vtrūq; in-
 corrupt

corruptibile, portione honoratissima in medio sita dignatum est. dicitur enim lignū vitæ esse in paradisi medio. at ille alter constans è miscellaneo terrenoque corpore, naturæ simplicis & nō fictæ expers est: cuius exercitator solus scit habitare atrium & domum domini. Iacob enim simplex habitans domum inducitur, non eius frater versutus & variis figmētis instructus animus. Conueniebat igitur, vt in paradiso, id est vniuerso hoc mūdo medius radicaretur intellectus, insitas habens vires traquentes se in contraria, in discernendis eis ambiguus vtrum expectenda an fugienda sequatur: vt si meliora capesseret, immortalitate fruere ac gloria: sin deteriora, in turpem mortē incideret. Tales sunt arbores quas ille solus sapiēs radicauit in animabus rationalibus. Moses autē miseratus è paradiso virtutū pulsos suoptē arbitrio, potentiā Dei clementesq; ac mites eius virtutes precatur, vt vnde terrenus intellectus Adā exulat, illuc plantetur ille acutē cernens populus, dicit enim, Inductos eos plātabis in montem hæreditatis tuæ, sessionem in cathedram tuam perfecisti domine: sanctuarium domine, quod collocauerūt manus tuæ. dominus regnabit in secula, in æternū & vltra. Clarè igitur, si quis alius, didicit, quòd Deus demissis omnium rerum seminibus ac radicibus, autor fuit vt arbor maxima germinaret mundus hic: qui & nunc videtur subindicari in modo dicto carmine, dum nominatur mōs hæreditatis: quia factoris nulla hæreditas magis est propria quàm opus ipsius. In hoc igitur nos plantari precatur, non vt irracionales fiamus, & contumaces ingenio, sed vt sequendo dispēsationem illius perfectissimi, & imitando eius perpetuam constantiam, inoffensè viuamus ac sobriè. nam iuxta naturam viuere, felicitatis finem esse prisca asseuerant. idem carmen cōsonat cum his quæ dudum de mundo dicta sunt, eum esse instructissimam Dei domum sensibilem, eamque factam, non increatam vt quidam existimant, sanctuarium autem, quasi splendorem è sanctis redditum, exemplaris imaginem. Nam quæ sensui pulchra sunt, intellectui pulchrorum imagines sunt. quod autem ait paratū Dei manibus, opifices mūdi potentias eius significat. Et ne quis suspicetur eū indigere creatura quacunque, accinit necessariò, Dominus regnabit in secula, in æternū & vltra. Rex autē nullo habet opus, sed sub eius iure sunt omnia. Quidam autem aiunt hæreditatem Dei dici esseq; bonū ipsum, cuius vsum fructū Moses nunc in votis nuncupet, quasi dicat: quia nos, tanquam pueros recens

ad

ad descendū admotos, introduxisti per sapientiæ decreta & contemplationes, nec sine rudimentis esse passus es, plāta nos in sublimi sermone cælesti. hæc enim est hæreditas paratissima & domus cōmodissima habitationi, quam fecisti sanctuarium. es enim domine factor bonorum sanctorūmq; sicut ediuerso malorum profanorūmq; creatura hæc corruptibilis. Regna per infinita secula in anima supplice, ne momentū quidem eam præsidio tuo destituens. Nam tibi continuè seruire, non solum libertati præferendum est, sed & regno vel maximo. Sed fortasse multis in mentem venit querere, quam rationem habeat illud, In mōtem hæreditatis tuæ. hæreditatem dare cōuenit Deo, accipere autem eam, fortasse non fuerit rationi consentaneum cū omnia iā antè sint ipsius possessio. Quid si hoc dicitur de illis qui per excellentiam ad eius dominium pertinent? quemadmodum reges imperāt quidem omnibus subditis, sed maxime domesticis, quorum ad corporis curam & reliquum victum quotidianis vtuntur ministeriis. Idem quamuis totius regionis possessionum sunt domini, etiam earum quæ privati iuris sunt, tamen sola habere putantur quæ commiserunt suis procuratoribus, à quibus annuos redditus exigunt. in eos secessus sæpe animi gratia se conferunt, grauissimis regni ac reipublicæ curis aliquantisper sepositis, & hi censentur possessionum regiarum nomine. item argentum aurūque & cætera pretiosa quæ recōduntur apud subditos, regū magis sunt quàm eorum à quibus habentur: attamē sunt qui propriè dicātur regij thesauri, in quibus ordinarij tributorū exactores totius regionis prouētus soleat reponere. Ne mireris igitur si & omnipotentis rerum omnium præsidis eximia hæreditas esse dicitur sapientū animarum sodalitiū, quod acutissimè cernente, inculpabili, recētq; semper mentis oculo præditū est, nunquā conuiuente, sed apertò continuè, directeq; intuente. propterea sic & in maiore cantico dicitur: Interroga patrem tuū, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adami, constituit terminos gentium iuxta numerū angelorū Dei. Et facta est portio domini populus eius Israel. Ecce iterū portionem & hæreditatē Dei dixit eos à quibus germanè colitur & aspicitur. terræ autem filios, quos Adami nominat filios, dispersos dispalatōsque cateruatiim, cū nō possent rectæ rationis ductū sequi. ita est profectò, societatis cōiunctionisq; causa est virtus, dissolutionis verò & separationis

n ij affect

affectus cōtrarius. id satis declarat solenne sacrū, quod in diem propitiationis, vt vocant, incidit. tunc enim ex præcepto super duos hircos fors mittitur, altera domino, altera hirco emissa: scilicet super duas rationes, quorum altera domini sit, creaturæ altera. ergo qui summum autorem veneratur, sibi ipsi honoris hæreditatem parabit: qui creaturam, exulabit, pulsus è regione sacratissima in profana deuiq; baratra. tanta est Mosi cum Deo familiaritas, vt hac maximè fretus, vehementiora & maiora quàm pro aurium nostrarum captu proferre soleat dogmata: qui nō modo hæredem facit Deum, sed quod incredibile est, hæreditatem, integram enim tribum quæ ad illum supplex confugit, nō agro donauit sicut cæteras vñdecim: sed vt eximiam honorauit sacerdotio, cælesti non terrena possessione. Non erit, inquit, tribui Leui portio nec hereditas inter filios Israël: quia dominus ipse hereditas eorum est. ex persona quoq; Dei canitur in eius oraculis in hunc modum, Ego portio tua & hereditas. nam perfectè purificata mens, quæ se abdicauit creaturis omnib⁹, proculdubio nihil nouit præter illum Ingentiū, ad quem accessit, & à quo recepta est. Quis enim potest dicere, Ipse mihi solus est Deus, nisi qui nullam istarum inferiorū rerum amplectitur, quod institutum est Leuiticum. interpretatur enim hæc vox, Ipse mihi, quod apud alios alia sint in pretio, apud hunc solum ille optimus maximus autor rerum omnium. Fertur quendam è priscis correptū insano amore sapienciæ quasi mulieris formosissimæ, cum sumptuosæ pompæ spectaret apparatus copiosissimū, versus ad quosdam familiares dixisse: videte amici quàm multis rebus opus non habeo. & tamen nihil habebat præter amictū necessarium: ne quis putet eum inflatum diuitiis, vt plerique solent, arroganter contra Deum locutum esse. eadem legislator sapere docet eos qui non cupiunt creatis rebus ditescere, fastidiētes quicquid genitum est præ ingenti familiaritate, quem solum habēt pro diuitiarum felicitatisq; sine perfectissimo. Eant nunc & glorientur qui condiderunt regna imperiāq; maxima: alij quia ciuitatem aut regionē aut gentem vnā subiugauerunt: alij quia tractus omnes terræ ad vsq; eius terminos: Græcas barbarasque gentes, flumina omnia mariaq; quàm multa quàm magna sunt, in potestatem suam redegerunt, etiam si præter ista sublimem illam naturam, quod vel dictu nefas est, quam solam seruituti non obnoxiam opifex condidit, sibi subiecissent: tamen è plebeiorum numero

censet

censendi essent, collocati cum magnis regibus quorum hæreditas Deus est. Quantò enim possessor possessa re habetur potior, & opifex opere suo, tantò magis illi accedūt ad maiestatem regiam. certè quod quidam aiunt bonorum virorum esse omnia, inter paradoxa refertur ab aliis, intuētibus externam copiam & inopiam, & neminem pecuniis possessionibusq; carētem inter diuites numerantibus. at Moses adeò suspiciendam experēdamque omni studio ducit sapientiam, vt sortem eius non solū vniuerso mundo, sed & rerum omnium regi æquiparet. Quod dogma non disputatorū est pro vel contra differentium, sed hominum firma fide constabilitorum. quandoquidem nunc quoq; sunt quidā pietatis simulatores, qui hæc dictū quàm factū procliuiora calumniantur, negantes vel pium vel tutū dicere Deū hereditatem hominis. quibus libenter dicerem: nō miror, cum nō germano affectu, sed supposititio adulterinōq; ad eas res cōreplandas veniatis. nihil enim interesse putatis inter possessiones vinetorum, oliuetorū similiūque, & Deum qui sapientum dicitur hereditas. nec reputatis quod & pictori ars pingendi, & sua cuiq; artifici ars hereditas forsve cēserit, nō vt terrena possessio, sed vt olympicum præmiū. nam huiusmodi res quamuis non sint dominij, profunt tamen habentibus. ergo & eum **Qui** est, sortem non vulgaribus istis similem intelligite sycophatæ, sed maximum autorem bonorum cultoribus suis vtilissimum. Nunc postquam de primo plantatore primaq; planta quod dicendū erat diximus, transeamus deinceps ad disciplinas instar huius factas. in quarum mentione primus succurrit sapiēs ille Abraham, qui dicitur plantasse agrum ad puteum iuramenti, & inuocasse nomē æterni Dei domini. nec indicatur platarum proprietas, sed tantummodo regionis eius spatium. aiunt autem quibus mos est scrutari talia, quicquid in possessionē Dei celsit, diligēter descriptum, arborem, locum, fructum arboris. Arborem ipsum esse agrum, nō germinibus terræ similem, sed in cari Deo viri mente radicatum: locum, ipsum iuramenti puteum: fructum verò nomē domini, pro quo æternus Deus sumitur. singulis autem horum sua debetur ratio. ager centum cubitorū in longitudinem, totidem in latitudinem, si iuxta quadranguli naturam multiplicetur, decem milium solidorum cubitorum cōficiet numerū: qui est crescentium ab vnitate maximus & perfectissimus: vt principiū numerorum sit vnitas, quæ per primam cōpositionem in decem milia desinat. quapropter nō-

n iij

nulli

nulli haud temerè unitatē conferūt cum carceribus, cum meta
 verò decē milia: ceteros omnes numeros qui sunt in medio spa
 tio, cum cursu certantibus. incipientes enim ab unitate tāquam
 à carceribus, in decem milibus finem statuunt. hinc arrepta oc
 casione quidam aiunt per hæc significari, Deum esse principū
 & finem rerū omnium, quæ opinio facit ad pietatē. hoc dogma
 plantatum in anima, pulcherrimū & cibo aptissimū fructum
 parit sanctitatem, cui plantæ locus commodissimus est puteus,
 qui vocatur iuramentum, in quo ferunt aquam non inuentam.
 Accesserunt, inquit, pueri ad Isaac, nūciantes ei de puteo quem
 foderant, & dicētes, Non inuenimus aquam. & vocauit eum iu
 ramentum. hoc quid significet cōsideremus. Qui rerū naturas
 scrutantur, & singulas in disquisitionē vocant magna cum dili
 gentia, similes sunt puteos fodientibus. nam & illi fontes laten
 tes. inquirunt, vtriusq; cōmune desiderū est potus inueniēdi, sed
 alteris quo corpus, alteris quo recreatur anima. Quæ admodū
 āgitur quidam fossores puteorum quæsitā aquam sæpe non in
 ueniunt: ita qui vltius progrediūtur in scientiis, & diutius in
 eis inambulant, non possunt finem attingere, certè admodū do
 ctos aiunt accusare suam magnam ignorantiam. Hoc enim tā
 rūtū sentiunt, quā lōgè absint à veritate. ex his vnus oliuvsq;
 admiraculū sapiens dicere solebat, homines meritò ipsum mi
 rari, qui hoc tantū sciret, scire se nihil. elige si libet quæcūq;
 artem maiorem minorēve, & aliquē in ea laudatissimū: de
 inde examina an præceptis artis respōdeant artificis opera: vi
 debis hæc ab illis nō exiguo, sed magno interuallo abesse. quā
 doquidē fermè impossibile est in quacunq; absolutū esse, quod
 hæc fontis in morem vadabūdæ varias contemplationū species
 ebulliant. ideo iuramentū nominatur aptissimè, quod est fidei
 signum firmissimum, coniunctū cum Dei testimonio. Nā cum
 iurātes in re dubia testem Deum inuocēt, nihil licet iurare cer
 tius, quā quod nullius sciētix finis inueniatur apud vllum ar
 tificem. idem dicere possumus & de aliis nostris potentiis penè
 omnibus. Sicut enim in dicto puteo negant aquam inueniri, sic
 nec in oculis quicquā visum, nec auditū in auribus, nec in nari
 bus odoratum esse contendunt, in summa nullū sensum in vllō
 instrumēto sensitiuo: similiter nec in mēte intelligentiā. Alio
 quin quomodo visus auditus mēs falleretur, si in his essent fir
 mæ vires cōprehensiuæ, & non à Deo qui eas indidit, cōfirmarē
 tur? Iam & de loco, in quo arbor ista floret satis locuti, tandem
 &

& de fructu eius disseramus: qui cuiusmodi sit, ex ipsis verbis
 scripturæ patebit. inuocauit enim nomen hoc, Dñs Deus æter
 nus: quæ appellationes eius Qui est indicāt potētias, dominus
 eam qua imperat, Deus eam qua est beneficus. Quamobrē & sa
 cer Moyses in toto mundi opificio nomē Dei assumit: hoc enim
 conueniebat potētix, qua factor suas creaturas produxit orna
 uirq;. Ergo quatenus imperat vtrūq; potest, tum bene tum ma
 lè facere, ad retributionem factorum se attemperās. Quatenus
 autem beneficus est, alterū solum vult, videlicet benefacere. Est
 autem maximū animæ bonū, non dubitare de vtravis regis po
 tentia, sed cōstanter metu ab imperij potētia depēdente se exol
 uere, & spē fouere de propēsa benignissimi numinis erga nos
 volūtate, fore vt aliquando ea vtrifui contingat. iam hæc voces
 Deus æternus, idem valent ac si dicat, nō qui aliquādo largitur,
 aliquando non, sed semper & cōtinuē: qui sine intermissione be
 nefacit, qui dona donis cumulando cōtinuat, cuius gratiæ inter
 se cōiunctæ ac vnitæ, semper in orbem redeunt: qui nullam oc
 casionem bene faciendi sinit præterfluere, cum sit dominus, &
 ledendi quoque potestatem habeat. Hoc idem & meditator ille
 Iacob postulauit in fine precum sacratissimarum; dicēs, Et erit
 dominus mihi in Deū: ac si dicat, iam non herili potestate libe
 ra erga me vtetur, sed benefica propitia & vsquequaq; salutari
 potentia, sublato dominationis metu, & anima deuincta bene
 ficiis mutuam gratiam cōsiliantibus. Quis hoc animo cōcipe
 re valeat, quod dominus & dux rerum omnium, nihil de natura
 sua demutans, semper sui similis, continuē bonus est, & indefi
 nenter munificus? à quo perennis bonarū rerum copia proma
 nat, autore perfectionis omnium feliciū. huic regi fidere, qui
 non imperio suo superbè ad lædēdos subditos aburit, sed comi
 ter eis succurrit suis opibus, plurimū confert ad securitatē atq;
 trāquillitatem animi. atq; ita quod promissimus iam fermè re
 præsentauimus, arborem accipi pro Deo rerum omnium autore
 optimo, & eius locū in nulla creatura perfectū inueniri, inter
 dum tamen in eis apparere per autoris summi gratiā. fructum
 porrò esse Dei perpetuā beneficentiā, imbris more nunquā nō
 depluētē. Sic & vir sapiēs imitatus primū maximiq; plātatoris
 artem, suā agriculturā ostentat. Iubet autē sacra scriptura etiā
 nos nondū perfectos, qui adhuc in mediis officiis cēsemur, exer
 ceri sic in re rustica. ait enim, Quādo ingressi fueritis terram,
 quam dominus Deus dabit vobis, & plātaueritis in ea omne li
 gnū

gnum pomiferum, auferetis impuritatem eius fructum eius, per triennium erit impurus, nec edetis ex eo. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur, laudabilis domino. Quinto autem anno edite fructum, vobis proficiet quicquid prouenerit. Ego sum dominus Deus vester, igitur arbores pomiferas, prius quam in regionem a Deo data migraretur, plantare non est possibile, dicente vate, Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis omne lignum pomiferum, itaque; donec extra eam moramur non possumus tales arbores colere, & merito, donec enim in sapientiae viam mens non progreditur, sed errabunda vagatur, siluestres tantummodo curat arbores, quae vel in totum steriles sunt, vel fructum ferunt ad cibos incommodum, sed quando ingressa via prudentiae, per decreta eius ascendit, & incipit in his omnibus decurrere, tum mites & mitium fructuum feraces colit pro illis siluestribus, tranquillitatem pro perturbationibus, pro ignorantia scientiam, pro malis bona. Quoniam igitur is qui in virtute introducit, longe a fine abest, merito postquam plantauit, iubetur auferre a planta impuritatem. hoc quid sit simul consideremus: ex officiis quaecumque; sunt media, videntur mihi eadem rationem habere cum mitibus arboribus. Nam utraque; vtilissimos ferunt fructus, altera corporibus, animabus altera, sed in mediis multa adnascuntur noxia, quae necessario sunt auferenda, ne officiant melioribus. An non dicemus mitem arborem animae, redditione depositi: verum haec putatione opus habet, & curiosiore diligentia. Quae nam igitur est ista putatio? nimirum haec: depositum quod accepisti a sobrio, nec ebrio, nec prodigo, nec furci reddideris. Nam qui sic sua recipit, ab eorum usu excluditur iniquitate temporis, neque; debitoribus aut seruis reddendum est, quibus foeneratores insidiatur & domini. Proditio enim est haec, non redditio. Neque; ideo in paruis fide serues, ut per occasionem maiora capias. Piscatores quidem cum paruis escis demissis, magnos pisces hamo capiunt, nemo criminatur, quia se aiunt hoc modo macelli annonae prospicere, & quotidie meas instruere talibus copiis. At vilis depositi redditione, fas non est inescare quaequam, ut ab eo maius auferas, manibus pauca porrigens, multis vero magnisque; rebus defraudas eum animo. Ergo si ut ab arbore, ita a deposito quicquid impurum est auferas, dana, insidias, interpestiuitates, & huiusmodi omnia, mite facies quod alioquin abiturum erat in naturam siluestrium, in amicitiae quoque; planta similes stolones amputandi sunt, ut potiores eius partes conseruentur. Sunt autem

autem hi: meretricum praestigiarum, quibus in amatores vtuntur, & fraudes adulatorum. Videmus enim istas quae faciunt quaestum esse flore corporis, magnam erga suos amatores praese ferre benevolentiam: quae tamen non illos amat, sed seipsas, & quotidianis praedis inhiant. Adulatores quoque; nonnunquam ineffabile odium calantes apud eos, quibus obsequuntur, tamen amare lautas cenas & gulosum otium, qua cupiditate inducitur, ut colant eos, qui talia suppeditant. At illa sinceram & non fucatae amicitiae plantam, excussis & dimissis huiusmodi rebus, fructum feret suis cultoribus vtilissimum, nempe fidem, nullis corrupendam muneribus. Propositum enim eius est, amico benevelle propter ipsum. At scorta & adutores suum agunt negotium, dum amatoribus, & quibus adulantur aliquid boni conciliant. Resecandae sunt igitur haec praestigiarum simulationesque; ab amicitiae planta, ut agnae pestes noxiae. itidem sacrificia foederumque; stirpes sunt pulcherrimae, sed quibus adnasci solet malum superstitionis, excidendum prius quam coalescat firmius. Sunt enim qui putant pietatem in mastrandis bubus consistere, qui ex furto, abnegato deposito, creditore fraudato, raptorumque; partis praedis portiones altaribus tribuunt homines vix expiabiles, putantes se poenas peccatorum sic redimere. Hos sic appellare libet: non corrumpitur istis, o vos quicumque; tandem estis Dei tribunal, sed omnes male sibi conscios, etiam si quotidie centum boues immolent, auersatur: in fontes vero, etiam si nihil omnino sacrificet, amplectitur. Gaudet enim Deus aris nullo igne calcantibus, quas cingit virtutum chorus, non istis flagrantibus flamma quam profanorum accenderunt profanae victimae, in memoriam reuocantes singulorum errata & ignorantias. Sic enim alicubi Moses dicit, peccati admonere sacrificium. Ergo oportet talia cuncta magnam damnum afferentia resecare, ac tollere, sicut oraculum disertum iubet, aufer impuritatem plantam pomiferam: At nos ne post disciplinam quidem sumus dociles. Alij vero suo opte ingenio docti quicquid bonum est repurgant ab inuolucris noxiis, sicut Iacob ille mediator cognomine. Hic enim virgas spoliavit tenuissimis corticibus, quod virebat detrahens, ut interraso quod atrum erat, varietate non tam artificiosa, quam naturali, cognatus color albus eluceret. Quamobrem & in lege de lepra decretum est, eum in quo nondum varietas colorum extitit, sed alba vitiligine a capite ad pedes occupatur, purum esse: ut iuxta corporis similitudinem, vafrificiem variam & ambiguae mentis incertum affectum omittentes, certam veritatis sumamus

colorem simplicem. Et arboris quidem purgandæ ratio cum veritate cõgruit; de fructu verò non satis cõstat. Nam ficus, vvas, & in vniuersum fructus agricola purgar nemo. Lex tamẽ dicit: Fructus eius per trienniũ erit incircumpurgatus, non comedetis ex eo. Quasi mos fuerit, eum semper circumpurgari. Dicendum igitur, hoc quoq; vnum esse eorũ quæ latentem habent intelligentiam, cum verba ipsa non quadrent admodum. Anceps enim est hæc oratio. Nam potest vno modo sic intelligi: fructus eius per trienniũ erit, vt distincta vox à præcedentibus sequatur, incircumpurgatus, ac mox, nõ comedetur. Altero sic, fructus eius per trienniũ erit incircumpurgatus, ac mox per se, nõ comedetur. Prior ille sensus talis esse potest, vt trienniũ accipiatur pro tripartito tẽpore, cuius ea natura est, vt diuidatur in præteritũ, præsens atq; futurũ. Proinde eruditio fructum proferet, qui durabit & saluus permanebit per omnes partes temporis, hoc est non corrumpetur in perpetuum. Nam natura boni nõ corrumpitur. Fructus autẽ incircumpurgatus nõ comedetur, quia purgati saniq; ciuiles sermones animã nutriunt, & merti asserunt incrementum: cõtrarij verò non nutriunt, sed morbum creant & interitũ. Altero modo, sicut in disputationibus dialecticorum hæc vox indemonstratus dicitur dupliciter, vel qui propter difficultatem ægrè demonstratur, vel qui propter euidentiam non habet opus demonstratione: ita incircumpurgatus fructus est vel impurus egẽs purgatione, vel per se purissimus. talis est eruditionis fructus, per trienniũ, id est tripartitũ tempus, videlicet per omnia secula purissimus nitidissimũq; , à nulla obscuratus renoxia, non lauacris asperisionibusq; aut in totum aliis vllis purificationibus voquam indigens. Anno autem, inquit, quarto omnis fructus eius sanctificabitur, laudabilis domino. Quaternarium numerũ præter alios legis locos maximè in narratione de mũli creatione magnifacere videtur sermo propheticus. Nã pretiosam illam lucẽ sensibilem, quæ & seipsam & cætera manifestissimè indicat, parètẽsq; huius solem, ac lunã, & stellarum chorũ sacratissimũ, quæ noctem diẽmq; menses annosq; tum oriendo tum occidendo terminãt, & numeri naturam demonstrant, in quibus rebus maximum animẽ bonum firum est, ait creata quarto die. Nunc quoq; hunc honorauit eximie, non alia tẽpore fructum arborũ dedicans Deo, quam anno quarto à plãtatione: id quod rationem habet naturæ moribusq; valde cõsentaneã. Quoniã totius mundi radices quatuor numerãtur,

terra

terra, aqua, aër, ignis, & annuæ tẽporum, vices sunt totidẽ, hiẽs, æstas, eorumq; confines, ver & autumnus. Antiquissimus etiam quadrangulorum est hic numerus, cõstans rectis augulis, vt liquet è figura geometrica. Hi recte rationis sũt significatiui. Recta autem ratio perennis virtutum fons est. Oportet tamẽ quadranguli latera esse æqualia. Aequalitas porro mater est iustitiæ virtutum reliquarum ducis ac principis. Itaq; patet æqualitatis iustitiæ omnisq; virtutis, præter alia, signum esse hunc numerum. Is vocatur etiã omnis, quia reliquos vsq; denarium & ipsum denarium potẽtia complectitur. de vnitãte quidem cuius est perspicuum. Quòd verò & cæteros deinceps cõtineat, ex numerorũ supputatione facillè colligitur. Vnum duo tria quatuor si cõponamus, eximetur omnis dubitatio. Ex vno enim & quatuor constat quaternarius, ex duobus & quatuor senarius, septenarius è tribus & quatuor, & triplici cõpositione ex vno tribus quatuor octonarius, rursus è duobus tribus quatuor nouenarius: denarius autem ex iam dictis omnibus. nam vnũ duo tria quatuor conficiunt decem. propterea Mose dixit, quòd anno quarto erit omnis fructus eius sanctus, parem enim integrã plenam, sicut & vniuersa, vt ita loquar, habet rationẽ, propter denarium è quaternario natũ, qui est prima meta numerorũ cõpositorum ex vnitãtib;. Numerus aut denarius ac quaternarius dicitur omnis, sed denarius actu, quaternarius potẽtia. Ceterũ eruditionis fructũ non modo sanctũ, sed & laudabilẽ ait, nõ immeritò, siquidẽ omnis virtus sancta est, gratitudo verò sanctissima, quam nõ legitimè Deo exhibent, quotquot putant eũ placari edificiis, donariis, sacrificiis. Nam ne totus quidẽ mundus ad templum in honorẽ eius suffecerit, sed præstat eum laudibus hymnisq; colere: nõ decãtatis voce sonora & tinnula, verũ modulatis in animo puro, quem solus Deus aspicit. Fertur certè antiqua fabula, à sapiẽtibus viris ad posteros p manus tradita, quæ ad nostras quoq; auidissimas discẽdi aures peruenit. Est autẽ talis. olim cũ totum mundũ opifex absolueret, quendã è prophetis rogauit nunquid desideraret nondam creatũ, siue in terra & aqua, siue in sublimi aère, siue in celi extremo ambitu. Respondit ille, esse quidem perfectã & plena vbiq; omnia, vnum tamẽ se requirere, laudatorem horum sermonem, qui in rebus omnibus, vel quòd minimum obscurissimũq; videtur, nõ tam laudet quàm enarret. Ipsam enim enarrationẽ operũ Dei, laudem esse sufficientissimã, nullo egentem auctario, quando ipsa infu-

cata

cata veritas sit pro laude cumulatifima. Hoc responsum patri vniuersorum placuisse fertur, nec multò post exortù genus canorum & musicum ex vna diuinarum potentiarum virgine memoria, quam Mnemosynen quidam vocat detorto nomine. Hæc est priscorum fabula, ex cuius autoritate dicimus, nihil esse Deo magis proprium quam benefacere, nihil ite creaturæ quam gratias agere, cum prætereà nihil rependere valeat. Nam si quid aliud retribuere voluerit, id inueniet iam ante non ad creaturæ offerentis, sed ad ipsius omnium creatoris possessionem pertinere. Ergo quia didicimus vnum solum opus nobis competere ad honorè Dei faciès, videlicet gratiarum actionem, eam semper & ubiq; meditemur, tum voce tum bonis literis. nec vnquam definamus vel orationes laudatorias, vel poemata componere, vt & per carmen & sine carmine, vtraq; tam prorsus, quam vorsa oratione, & mundi opificem & mundum veneremur, illum, vt quidam ait, autorem optimum, hunc creaturam perfectissimam. Ceterum post consecratum anno & numero quarto omnem fructum animæ, quinto iam nos vtemur eo fruemurq;. Ait enim, Antio quinto fructum eius edite. Quandoquidem naturæ lege sancitum est, vt post creatoris demum ratio creaturæ habeatur in rebus omnibus, vt pro magno æstimandum sit, si potiamur vel secum dispartibus. Quin & ideo nobis anni quinti fructum assignat, quia numerus quinarus est sensui proprius, & si verum fatendum est, sensus alit nostrum intellectum, aut per oculos colorum figurarumq; qualitates atrectans, aut per aures sonorum proprietates, omnigenas, aut per nares odores, aut sapes per os aut mollities cedentes, duritiesq; resistentes, & lenitates, asperitatesq;, frigiditates, caliditatesq; per toto corpore sparsa potentiam, quam tactum vulgò nominant. id ita esse, vt dixi, exemplo manifesto docent Lia filij, scilicet virtutis, non omnes, sed quartus quintusq;, de quarto enim dicit Moses, quod post eum natum mater interquieuit parere. vocatur autem Iudas, qui interpretatur dño confessio. Quintum verò appellat Issachar, qui merces interpretatur. huc quæprimùm anima peperit, mox quod sibi accidit elocuta est. Vocauit, inquit, nomē ei⁹ Issachar, quod est merces. ergo Iudas intellectus benedicens Deum, & gratiarum actionis hymnos, indefinēter meditās, ipse reuera sanctus & laudabilis fructus erat, non è terrenis enatus arboribus, sed è natura bona rationali. Quamobrē natura quæ eum peperit dicitur destitisse parere, quando non habebat quò se verteret, iam ad per

ad perfectionis progressa terminum. Nam inter omnia rectè facta nullus partus est præstantior, quam hymnus in Deum patrem omnium. Quintus autem filius quinti anni, ex quo fructum percipimus est similis. Nam & agricola mercedem quædam ab arboribus, anno quinto accipit, & anime partus Issachar est, qui merces vocatur. & merito, quando post gratum Iudam in lucem est editus. grato enim ipsa gratiarum actio, merces est amplissima. Et arboreorum quidem fructuum prouetus dominorum est. Prudentiæ verò eruditionisq; fructus non est hominis, sed solius, vt ait Moses, omnipotentis. Nam post hæc verba, fructus eius, subiicit hæc: Ego sum dominus Deus vester. euidentissimè docens, solum Deum esse fructus ex anima proueniētis dominum. Cum ea sententia & prophetæ cuiusdam concinit oraculum hoc. Ex me fructus tibi inuentus est. Quis sapiēs intelliget hæc? quis intelligens cognoscet ea? nō cuiusvis enim, sed solius sapientis est, nosse mentis fructus cuius sit. Hactenus de antiquissima & sacrosancta agricultura, qua summus autor in plantanda hæc feracissima planta, scilicet mundo, usus est: & consequenter de ea quam bonus vir exercet, & de quadruplicibus præmiis, legibusq; ac præceptis eodem tendētibus, pro virili diximus, Nunc huius iusti Noe vinitoriam artē, quæ est agriculturæ species, consideremus. Dicitur enim, quod coepit Noë homo agricola esse, & plantauit vineam, & bibit de vino eius, & inebriatus est. Ergo ebrietatis plantam arte sciētiaq; iustus hic excolit, quam insipientes sine arte ac modo tractant temerè. itaq; necesse habemus de ebrietate quæ dicenda sunt, dicere. mox enim cognoscemus & vim plantæ, vnde illa nascitur. Verum ea quæ de ebrietate narrat legislator, aliàs inspiciemus accuratius: nunc exquiramus & aliorum sententias. Fuerunt autem multi philosophi, qui rem hæc considerarunt non mediocriter. Quæritur enim, vtrum sapiēs inebriabit. Est igitur duplex ebrietas, altera vino madere significat, altera vino delirare. Qui autem hanc quæstionem tractant, alij negant vel nimio mero vsurum sapientem, vel deliraturum ob pocula. Alterum enim horum esse peccatum, alterum peccati causam, vtrunq; alienum à boni viri officio. Alij concedunt bono viro indulgere poculis, sed delirare præ potu nō item. Prudentiam enim eius sufficere ad resistendum si quid nociturum videatur, ne quid secus quam oportet accidat animæ; quandoquidem prudentia tantam vim habet ad affectus extinguēdos, siue feruenti amoris cæstro inflāmatos, siue multo vino calētes, vt his euadat superior.

superior, quia & in profundo flumine aut alto mari vrinantes pars pereunt imperiti natandi, pars huius negotij gnari sine mora enatant. Sic & nimium merum torrentis modo inundans animam, nunc oppressam vsq; in unum ignoſcentiae fundum demergit: nunc salutari eruditione subleuata non potest villo modo laedere. horum alteri nos satis, opinor, animaduertentes cum quanto malo suum sapientem componant e sublimi eum tanquam aucupes in terram detrahunt, vt in calamitates quibus ipsis laborant inducant, alteri diuersam temperantiae virtutem inuenientes fateri coguntur, quod qui haurit vinum immoderatus, impositus factus aberrabit facile, nec manus solum sicut athletae victi demittet, sed ceruicem quoque ac capite defluentem, genumque labantem, & pectus eunte toto corpore procidet. de hac re praemonitus non temere in bibacitatis certamine vitio descendet, nisi propter magnam utilitatem aliquam, puta salutem patriae, aut honorem parentum, aut liberorum vel alioqui coniunctissimorum securitatem, aut in vniuersum obpriuatum aliquod publicumve negotium: nunquam enim sustinebit intra se recipere venenum mortiferum, nisi admodum iniquo tempore, per quod est vita profligetur tanquam ex patria. nam hoc venenum, si non mortem, certe creat insaniam: & quid vetat etiam insaniam mortem dicere, cuius accessu praecipua nostri pars meminterit: quantum equidem intelligo, separatio corporis ab animae leuior, praeter grauiore malo alienatione mentis, si qua detur optio, eligenda est procul dubio. Quapropter prisci Graeci artem vini parandi *μικρομέθυμ*, vocarunt, & occupatas hac bacchas mænadas: quandoquidem insaniam desipientiamque causa est vinum immoderate ingurgitantibus. & haec quidem huius considerationis sunt tanquam procemia: pergamus nunc ad reliquam, bifariam, vt videtur, diuisam, alteris sapientem admissurum ebrietatem asseuerantibus, alteris ediuertitum id constanter pernegantibus. prior opinio his argumentis niti videtur. ante omnia quaedam res homonymas esse, quaedam synonymas. homonymiam autem & synonymiam constat esse inter se contrarias, quia homonymia dicitur de multis subiectis commune nomen habentibus: synonymia vero de vno subiecto. canis vocabulum omnino est homonymum, complectens multa dissimilia, quae per id significatur. nam & terreste latrans animal canis dicitur, & marina bestia, & celestis fides, quod autumnale poetae vocant, quod ineunte autumno exoriatur, maturandis perficiendisque fructibus. praeterea cynicae sectae antistites Aristippus & Diogenes, aliorumque huius vitae sectator

etatorum ingens numerus. Rursum alia vocabula sunt diuersa quidem, vnam tamen rem significantia, vt sagitta, telum, speculum. nam id quod arcus neruo ad scopum eiacularur, his omnibus nominibus dicitur. item vel palmula, vel remus, quo ad navigationem pro velis vtuntur. Quoties enim aut nullis ventis aut aduersis impeditur nauigatio, in transtris confidentes, quorum est hoc officium, & tanquam alas protendentes, ceu volucrem nauem cogunt iter facere. at illa sublimis volitans percurrit magis, quam sulcat maria, & magna celeritate in stationes tutas allabatur. item scipio, virga, baculus, vnius subiecti differentia sunt nomina, quo verberare, vacillantes gressus confirmare, inniti, aliisque multis modis vti licet. quae nequam verborum dicta sunt, sed vt clarius pernosceretur id de quo queritur. Merum vt vinum, ita & temetum prisci vocabant, quod nomen apud poetas saepe est obuium, vt haec quoque inter synonyma de vno subiecto praedicata censeantur, vinum atque temetum: & quae hinc deriuantur, vt voce non re discrepent, vini saturitas & temulentia: quae vtraque nimium usum significant, multis de causis bono viro fugiendum. Qui si vino maderit, temulentus erit etiam, nec grauius laedetur temulentia, quam si vino simpliciter expletus sit. haec est vna sententia de sapientis ebrietate, altera autem talis est. nostrae tempestatis homines, paucis exceptis, nihil cum priscis habent simile, sed & verbis & factis magnam praeseferunt discrepantiam. Nam & sermonem sanum validumque ad morbum perniciosum reducerunt, quem exitum viuida athleticaque habitudine ferme in nihilum redegerunt, pro solido neruosoque praeter naturam facientes prauis humoribus tumidum inflatumque inaniter, sed viribus cassum, vt cum maxime inteditur tum rumpatur facilime. actiones item studio dignas, ipsas quoque fecerunt e masculis (vt ita loquar) foemineas, & turpes ex honestis, vt per pauci reperiantur vel dictis vel factis antiquorum aemulatores. Quapropter illorum seculo poetae historicique ac reliqui musici studiosi florebant, qui non aures deliniebant rhythmis oblectabantque, sed quicquid in mente fractum luxatumque fuerat excitabant, item quicquid concinnum, adaptabant ad naturae virtutisque orgia. Nostra vero aetas fert coquos & cupediarios, tinctores & vnguetarios, magna curiositate semper nouum aliquem colorem, nouamve formam, aut odorem aut saporem comminiscetes in gratiam sensuum, vt imperatorem suum oppugnent intel-

lectum.

lectum. Sed quorsum ista commemoro? ut ostēdam etiam merum non in eodē nunc quo olim vsu esse. Nunc enim vsque ad animi corporisque languorem potant absque respiratione bibentes, & vltro pincernas vrgentes, indignantēque illis cessantibus, dum caldam, quam vocāt, frigefaciunt: & deliramentum illud Homericū, scilicet bibendi certamen conuiuis suis representant, in quo egregiē cōsistuntur, auriculas, nares, manuum extremos digitos, & alias quascunque partes corporis sibi prae rodentes inuicem. haec sunt, ut videmus, huius nouae, quae nunc introducta viget, hilaritatis pramiae: priscā autem illius & antiquae contraria. nam prisci omnis honestae actionis à sacris faciebant initium, ita demum finem optatum sperantes: & quamuis rei gerendae tēpus aegrē cunctationem pateretur, tamen ante omnia curabāt, ut votis ritē peractis litaretur, pro lucro moram hanc reputantes. incōsulta enim celeritas nocet cunctatio speratā affert vtilitatem. scientes igitur, quod vini vsus magna cautela opus habeat, nec affatim nec semper adhibebāt merū, sed decenter & suo tēpore, peractis enim votis, & sacrificiis placato numine, post purificationem corporum & animarū aquis, abluti & imbuti sacrarum legum cognitione, hilares & lēti ad remissionem victum se vertebant, saepe ne domum quidem repentes, sed in templis vbi sacra fecerant permanentes, ut & sacrificij memores, & locum reueriti, sacrosanctum re vera celebrarent conuiuium, nec verbo nec facto villo peccantes. ex hoc more natam aiunt vocem μεθύειν, quasi μετὰ τὸ θύειν, quia post sacra demū prisci indulgebāt poculis. Talis vsus meri cui magis, quā viris sapientibus conueniat, quibus nunc quoque debetur ea, quae potationem praecedit sacrorum operatio. Nā nemo pene malus re vera sacrificat, etiam si perenni sacrificio xuboum imolet quotidie. Nam praecipua victima mens ipsa non est integra. laevis verò non est fas aras attingere. haec est ratio secunda, qua potationem à bono viro non esse alienā ostenditur. tertia fit per diuersam etymologiam probabilis. sunt enim quidam qui putant huic rei non ideo tantum datū istud nomē quia soleat seq post sacra, sed ἀπὸ τῆς μετῆς, id est à remissione animi. relaxatur autē insipientium quidē ratio ad peccādum licentius: rectē sapientium verò ad fruendum tranquillitate hilaritateq; fit enim vir sapiēs vino maceratus seipso suauior. proinde ne hoc quidem modo errabimus, si ei potationem cōcedemus. huc accedit & illud, qd sapientia nō est res dura & terribis, denineta

denineta cogitationib⁹ tristibus, sed perpetua tranquillitate hilaris, plena gaudio læticiaq;: vnde sepe prorumpit in non insulosus lusus ac dicteria, cōiunctos tamen cū grauitate seria: quemadmodum in bene temperata lyra contrarij soni in vnam melodiam consonant. certē iuxta sacri Mosis opinionem sapientie finis lusus & risus est, non iste quo pueri ac infantes delectantur sed quo homines cani, qui nō tam cōsenuerunt tempore quā bonis consiliis. Non vides quod illum à nemine alio quā à seipso praecatore scientiam in qua se exerceret edoctum, nō risibilem sed ipsum risum esse dicis: is est Isaac, qui risus interpretatur, quem cōuenit ludere cum tolerātia, Rebeca Hæbreis nominata. diuinum autem lulum animo plebeio non est fas videre, soli regi licet, cum quo diu habitauit, etiam si nō omni auro, sapientia. is appellatur Abimelech, qui prospiciens per fenestram, per apertum & luciferum mentis oculum, Isaac vidit ludentem cum Rebeca uxore sua. Quod enim aliud negotium sapientem decet, quā ludere, gaudere, hilarescere cum honesta tolerantia. Vnde liquet quod temulentus erit etiam, temulentia conferente ad bonos mores, & afferente coniunctam vtilitati relaxationem. videtur enim merum ea quae cuique à natura indita sunt augere ac intendere, seu bona seu contraria, quod & aliae res pleraque faciunt. Nam & pecunia bono viro autor bonorum est, malo autem, ut quidem ait, malorum. rursus gloria insipientis malitiam reddit illustriorem, sicut iusti virtutem nobiliorem. ita & merum infusum malas affectiones temperat, bonas benigniores ac clemētiore efficit. certē nemo est qui nesciat, quod cum è duobus contrariis alterum plerisque conuenit, etiam alterum necessariò conueniet. ut album & nigrum sunt inter se contraria: si album bonis malisq; conuenit, & nigrum utique vtrisque; ex a quo conueniet, nō solis alteris. itidem sobrietas & ebrietas sunt contraria. sunt autem sobrietatis participes, ut maiores docent, boni malique. itaque vtrisque; conuenit ebrietas. ergo inebriabitur etiā bonus vir absq; villo virtutis detrimento. quod si tanquam pro tribunali non solum artificiosis probationibus, sed etiam inartificiosis quas vocant vrendū est, ex quibus vna est quae per testes fit, multos laudatos adducemus medicorum filios & philosophorum, qui non verbis modo, sed etiā scriptis attestantur huic sententiae. multos enim reliquerunt cōmentarios intitulatos de ebrietate, in quibus tantum de vino disputant, non attingentes delirationem, sed pra-

termittētes quicquid ad debacchationes insanas pertinet, itaq; horum etiam cōfessione temulentia est potatio largior. haurire autem vinum largius nō obfuerit sapienti cūm tempus est. ergo nihil peccabimus si cōcedemus ei temulentia. Quoniam autem nemo sine aduersario certans victor pronuntiatur, quod si certet, cum vmbra pugnare videbitur, necesse est etiam contrariam opinionem defendentium argumēta producere, vt iustum fiat iudicium, ne altera pars indefensa clamnetur. est autē primum & efficacissimum, quod nemo secretum rectē cōmittit ebrio. ergo vir bonus non inebriatur, sed praestiterit fortasse prius quā alia deinceps colligamus, ad singulas obiectiones respondere, ne molesti simus prolixitate nimia. Cōtradicit aliquis iuxta hanc rationem nec atra bile vnquam laboraturū sapientem, nec dormiturum, nec moriturū deniq;. cuiusq; autē nihil horum accidit, aut anima caret, aut numē habet, homo certē nō est. & quod de ebrio dictum est, pari modo potest accommodari ad atra bile furentē, aut dormientem, aut mortuum. nam nulli horum secretum rectē cōmittitur, quod penes sapientē rectē deponitur. non furit igitur, nec dormit, nec moritur sapiens.

PHILONIS IVDÆI, de Temulentia.



VAE ab aliis philosophis de temulentia dicta sunt, vt potuimus in p̄cedēti libro memorauimus: nunc cōsideremus quānam sit maximi sapientissimiq; legislatoris super ea reseruentia. sepe enim in suis legibus vini & producētis id plantę vitis meminit. eius potū aliis permittit, aliis nequaquā: mō eisdem aliquando concedit, aliquando non. hi sunt qui magnum votum vouerunt, quibus iam indicitur vini vsus, iam interdicitur, sacerdotibus sacra tractātibus, qui autem vino vtuntur, innumeri sunt, & in his pleriq; ob virtutem ab ipso propheta laudati. verūm prius quā de his incipiamus dicere, quādam ad argumentū hoc spectantia diligentius cōsideranda sunt opinor, ante omnia quod Moses non vnā rem, sed plures per merum significat, delirationem, dementiā, stuporem omnium sensuum, auiditatem insatiabilem, nō proband

bandam securitatem, & insipientiam quæ cætera huiusmodi cōplectitur, tum eam quę in his omnibus extat nuditatem, in quā ebrium Noë de uolutū narrat: hos autem vini effectus dicit esse. Sed innumeri sunt, qui ne gustato quidē mero sobrios se putantes implicātur similiter, quos videre licet alios desipere delirareq;, alios profus captos sensibus, alios nunquā expleri sitiētes semper ea quæ nō possunt assequi, eò quod destituatur scientia: alios cōtrā gaudētes & hilares, alios re vera nudatos. inter hæc omnia delirationis causa est noxia ruditas, non inscitia, sed sciētiæ fastidiū, stuporis, insidiatrix cæca ignorātia: insatiabilis, molestissima omnium affectionū cōcupiscentia: sicut lætitiæ causa est vsus virtutis simul ac possessio. at nuditatis non vna, ignorantia contrariorum, prauitas morum & rusticitas, veritas quę fucatis rebus detrahit rectoria, discernens & separans à virtute quicquid vitiosum est. hæc enim duo nec vestiri simul possunt, nec exui. sed si quis reiecerit alterutrum, necessariò contrariū eorum exhauriet. sicut enim voluptatē & molestiā natura inter se cōtrarias pugnātēsq;, vt est in vetere fabula, in vnū Deus coaptans fastigium. vtriusq; sensum nobis nō eodem sed diuerso tēpore indidit, hac lege vt alteri decedenti succederet altera: ad eūdem modum ab eadē radice, videlicet intellectu, duæ stirpes exortæ sunt, virtus atq; vitium, nunquam nec germinantes nec fructum ferētes eodem tempore. quoties enim arelcenti alteri folia defluunt, cōtraria germinare virerēq; incipit, vt credibile sit vtrāq; alterius felicitate offensam contrahere se: quam ob causam valde naturę cōsentaneam, Iacob exitum, introitū Esau legimus, dicēte scriptura: Et factum est quando exiuit Iacob, venit Esau frater eius. Quantisper enim in ambulat in anima prudentia, exterminatur amicus insipientiæ. sed quamprimū illa migrat, alter reuertitur gaudēs ob discessum inimicæ infēlissimę, propter quam exulauerat. Hactenus satis p̄fati, iā singula quę proposuimus cōfirmabimus, & à primo auspiciabimur. Ruditatem delirādi peccandiq; causam esse diximus, sicut è vulgo innumeros præ mero delirare. nam ruditas peccatorum animę, si vera fatenda sunt, caput est, à qua tanquam à fonte promanant actiones omnes huius vitæ, nullū omnino præbentes liquorem salubrem ac potabilem, sed falsuginosum, qui morbum atque perniciem gustātibus afferat. Quapropter legislator noster in nullos æquē sœuit ac in educatos perperam, vel hoc argumēto. qui sunt quos non tam studium quā natura consociat, siue in-

ter homines, siue inter animates ceteras: nemo etiam infans alios quam parentes dixerit. hoc enim natura docet absq; præceptore, vt nati curæ sint genitoribus, ipsorum saluti diuturnitatisque prospicientibus; hos tamen naturales protectores in hostium tradit ordinem, patrem matremq; accusatores è patris faciendis, vt qui soli seruare debuerant, perdant etiam. Si quis, inquit, habuerit filium contumacem & proteruum, qui non audierit vocem patris ac matris, & coërcitus obedire contempserit: apprehendēt eum pater & mater eius, ducētq; ad senatum ciuitatis illius, & ad portam iudicij: dicētque ad viros ciuitatis sue: Filius iste noster proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, conuiujs vacat & comotationibus: & obruet eum lapidibus populus, & auferetis hūc malum de medio vestri. Ergo quatuor crimina hic obijciuntur, contumacia, proteruitas, profusio in conuiuia, & temulentia, grauisimum verò vltimū, natum è primo, videlicet contumacia, atq; ita per gradus auctum, nam anima cum primū cœpit rectorem contemnere, per proteruitatem cōtentionemq; ad extremum terminum peruenit temulentiam, demētiam causam & desipientiam, sed præstat in singula crimina ordine inquirere. Omnium confessione constat bonum esse parere virtuti, atque etiam vtile: sicut cōtrā non parere, turpe simul ac inutile. iam si accedat proteruitas, malum fit longè grauisimum. inobediēs enim minus malus est quàm contentiosus: quia prior tantum iussa negligit, posterior data opera nititur in contrariū: age inspiciamus rem attentius. Fac legē iubere vt habeatur honor parentibus, qui nō honorat, est contumax: qui probro afficit, contentiosus. rursus quia seruare patriam iustum est, qui hoc facere grauatur, contumax: qui eā prodere conatur, proteruus dicendus est. item qui debitam gratiam rependere iussus tergiuersatur, facit cōtumaciter, qui autē insuper damnum dat, peruicaciter elatus peccatū admittit immedicabile. præterea qui sacrificia & alia officia pietatis negligit, inobediēs est præceptis, quæ lex super his reb; præcepit: proteruus autē in cōtrarium ad impietatem declinat, negās esse numen: qualis est ille qui dicit: Quis est cui obedimus? & rursus: Nō noui dominū. priorib; verbis negatur esse vllum numē: posteriora aiūt, etiamsi quod sit, ignotum tamen esse: quibus verbis prouidentia tollitur. nam si prouideret rebus, vtiq; nosceretur, quod autem de collatione in conuiuia dicitur, si intelligatur de participatione prudētiae rei præstātissimæ, est

vtilis

vtilis ac laudabile: sū de imprudentia deterrimæ, inutile ac vituperabile. In re optimā hæc sunt symbola, desiderium virtutis, honestorum æmulatio, meditationes continuæ, exercitia laboriosa, indefessi labores. in cōtrariam verò hæc, remissio, negligentia, delicia, luxus, lasciuia. Videmus certè istos qui quotidie descendunt in certamen temulentia, & hoc agunt solum vt vini plurimum in ventrem ingerant, symbola conferre tāquam in aliquid vtile, multari tamē rebus omnibus, pecuniis, corpore, anima. nam huiusmodi collationibus & rem familiarē minuunt, & corporis vires per delicatū victum frangunt atq; molliunt, & animas hiberni torretis in morem immodicis deliciis inundatas demergunt in baratrum, eodem modo qui collationes faciunt ad tollendam eruditionem, præcipuam sui partem intelligentiam lædūt, resecantes ab ea res salutares, prudentiam, temperantiāq; & fortitudinē atq; iustitiā. Proinde videt non temerè lex hic vti vocabulo cōposito *συμβολοκοπα*, sed admodū significanter: quia qui cōtra virtutem suos conatus quasi quædam symbola conferunt, sauciant, dissecant, concidunt vsque ad extremā perniciem animas audiendi atq; discendi auidas. Abraham quidem redire dicitur à concisione Chologomodor & regum cum eo fœderatorū: ediuerso Amalec meditatoris illius extremum agmen concidere: vtrūq; naturæ ordine. infesta sunt enim quæ contraria, & perpetuò sibi inuicē struunt perniciem. ceterum hic symbolorū collator, vel ideo maxime culpa rimetur, quòd non contentus iniuste facere, socios quoq; sibi asciscit, partim ipse docens alios, partim docentes audiens, vt & natura & institutione peccans, nullam sibi salutis spem reliquam faciat, quātum vis reclamante lege, & verante ne quis societatem ineat causa maleficij. ita est profectò, multifariā serpit ac pascitur in hominum animis malum, bonum autem exile rarumq; in his inuenias. Est autem hic quoq; admonitio perutilis, ne sequaris ea quæ vulgò iusta videntur, sed potius eos, qui quod iustum est faciūt. Reliquū est quartū crimen maximū temulentia, nō leuis, sed nimia. nā vino madere idē significat hic quod haustoveneno demētiam creante, scilicet ruditate tumescere, accēdi, arderēq; nec posse restinguere: sed cōflagrare, populante totam animam incendio, ideo meritò sequitur vltio, purgās mentem ab omnibus improbis moribus. dicitur enim: Tolles illū malum, non è ciuitate, aut regione, aut gente, sed ex vobis ipsis. nam in nobis ipsis insunt & quasi foueas sibi fecerūt cogitatio-

o iij nes

nes culpabiles ac reprehēdendæ, quas necesse est excidere quando curam respuunt. Hunc igitur contumacē, proteruum, sermo- nes verisimiles ceu symbola cōferentem in perniciem honesta- tis, mero ardētem & debacchantē in virtutes, & seipsum quoq; lædentem enormiter per temulentiam, æquum erat habere pa- rentes accusatores pro aduocatis: quorum est officium omnem admonitionem castigationēq; adhibere sanabilibus. patris autē matrisq; vt communis appellatio, sic vires distinctæ sunt, proinde rerum opificem patrem quoq; suæ creaturæ iuste pos- sumus, dicere: matrem autem, scientiam ipsius, cum qua cōgres- sus Deus, nō humano more, profeminavit creaturam. illa verò Dei semine concepto, enixa est iusto partu vnicū, illum dilectū sensibilem filium mundum hunc. Quapropter à quodā diuino viro inducitur sapientia de seipsa loquens in hunc modū: Deus creauit me primam operum suorum, & ante secula fundauit me. Necesse enim erat vt mater nutrixq; omnium rerum crea- turas omnes ætate antecederet. horum igitur parentum accu- sationem quis ferre possit? imò ne mediocrem quidem com- minationem, aut leuissimam inculatiunculam. nam ne dono- rum quidem largitatis quisquam capax est, ac fortasse ne mun- dus hic quidem, sed quasi parua lacuna influente magno gratia- rum Dei fonte celerrimè repleta supereffluit. & qui beneficia nō possumus excipere, vltices vires ferre poterimus? Verūm hi rerū vniuersarū parētes à præsentī sermone semouendi sunt. fatius est vt consideremus discipulos eorū familiarēsq;, qui cu- ram & præfecturā animarū sortiti sunt, duntaxat non auersarū à mūtis & dociliū. patrem igitur dicimus illum masculum perfectū rectūq; sermonē: matrem verò disciplinā illam en- cyclicā, æqualem choreæ more ac rotundam, quibus tanquam parentibus obedire bonū est atq; commodum. eius patris præ- ceptum est, sequi ac imitari naturā, nudam apertāq; veritatē confectādo. eruditio verò mater præcipit, institutis iustis pare- re, quæ per singulas ciuitates, gētes, regiones, statuerūt qui pri- mi veritatem tenuerūt, non tam re quàm opinione hominū. hi parentes habent ordines quatuor filiorum. Vnus vtriq; obsequi- tur, vnus neutri, primo cōtrarius. ex reliquis vterq; imperfect⁹, alter patrem vehemēter amat audītq;, matrem & eius monita negligit: alter contrā matris vt videtur amantior, huic mini- strat omnia, de rebus patris minimè sollicitus. primus omnium iudicio palmā auferet, cōtrarius repulsam patietur & perniciā. è reliq;

è reliquis alter secūda, alter verò tertia sibi vindicabit præmia: secūda qui patri obsequitur, qui matri, tertia, amatoris autē suæ matris, qui vulgaribus opinionibus ducitur, & per multimoda vitæ studia in omnigenas formas mutatur in morē Aegyptij Protei, qui quòd ingenio esset versatili, nullam verā certāq; habebat speciē, figura manifestissima Iothor est, effigies tumi- ditatis, ciuitatem ac rempub. conuenarum miscellaneorūq; hominum vanis opinionibus elatorum euidenter exprimens. Cum enim ille sapiens Moses vniuersum populū animæ ad pie- tatem atq; cultum Dei reuocaret, & mandata huius legēsq; fa- cratissimas promulgaret, dicēs: si eis inciderit cōtrouersia, & ve- nerint ad me, diiudicabo singulorum causas, & componā iuxta leges ac præcepta Dei: accedens iste Iothor opinione sua sapiēs, diuinis bonis nō initiatus, sed assuetus humanis ac corruptibili- bus, cōcionatur, & leges scribit cōtrarias legibus naturalib⁹, opinionem respiciens, cum illæ ad res veras referātur: attamē propheta & huius errorem miseratus, admonēdum ampli⁹q; docendum putat hominē, vt relictis inanibus opinionibus, cō- stanter sequatur veritatem. Nos, inquit, exēpto & exciso è men- te inani fastu migramus in regionem scientiæ, quæ nobis certo debetur ex fide diuini oraculi. proficiscere nobiscū, & bene tibi faciemus. reiicies enim damnosam opinionē, pro qua lucraberis veritatē, quia nihil vtilius. Verūm iste hoc quoq; carmine ni- hil proficiente contra obstinationē, haudquaquā sequetur scien- tiam, properè ad suum inanē fastum recurrens, narratur enim respōdisse inuitanti: Non proficiscar, malo in terram meam & gentem reuerti: hoc est, ad cognatam incredulitatem imbutā falsis opinionibus. Quoniam veram fidem, amicam viris forti- bus non didicit. cum enim ad ostentationē pietatis dicit, Nunc cognoui magnum esse dominū prædiis omnibus, suam ipse im- pietatem accusat apud peritos iudices. dicturi sunt enim: itāne homo impiè nunc demum cognouisti, quam prius nesciueras omnipotentis magnitudinē? inuenisti quicquā quod antiquius sit quàm Deus? possuntne posterī maiorum suorū virtutem ne- scire? huius autem rerum vniuersitatis nōne princeps est cōdi- tor eius & pater? itaq; si nunc demū ais à te cognitum, ne nunc quidē nosti, quia nō ab initio creationis: nec minus in simula- tione deprehēderis, dum confers quæ nō admittant collationē, dicens te cognouisse maiestatem eius Qui est, superiorem diis omnibus. nam si verè nosset eum Qui est, non crederes vllum

alium esse Deū nullius potestati obnoxii. Sicut enim sol exortu suo stellas abscondit, tanto suo splendore perfusus nostris oculis: ita quoties animæ oculi sincero, puro fulgidissimòq; luciferi Dei sensibili splendore irradiatur, nihil aliud possunt inspicere, affulgens enim eius qui est cognitio nihil non illustrat, ut etiam quæ sunt per se splendidissima, collatione hac obscurentur. proinde cum falso nominatis diis nunquã certum verumq; comparare sustinisset, si eum verè cognouisset: sed quia vnum ignorabat, sequutum est ut multos quamuis reuera nō sint, esse crederet, in qua sententia nemo non est, qui rebus animæ delictis, miratur ista corporea coloribus figurisq; variata, ut sensus seduci faciles decipiant. Talis homo à legislatore Labã vocatur, qui veras naturæ leges nō cernēs subscribit falsis humanis legibus, dicens: Non est is mos in regione nostra, ut iunior puella prius elocetur quàm grãdior. nam iste putat seruandum ordinem tēporis, æquum cēfens antiquiora prius, recētiora posterius in sum adduci. at ille mediator sapientiæ, quippe gnarus naturarū nullo subiectarum tēpori, & recētiora prius, & antiquiora posterius appetit. cui moralis etiã ratio consona. nam meditatores opus habent primū in iuuenilibus versari studiis, ut mox perfectioribus frui possint firmiter. & ideo nunc quoq; honestatis amatores non prius ad grãdiores philosophiæ fores se conferunt, quàm penetratis recentioribus, grãmatica, geometriãq; & encyclopædiæ tota musica. nã artes hæ sequestræ sunt sapientiã sincerè ambientibus & ex animo. Verum alter ille agit callidè, volens nobis natu maiorè obtrudere: non ut eam habeamus propriam, sed ut iunioris illecebris inescari denuò, remittamus prioris desiderium: quod plerisq; vsu venit, ad eruditionem per deuia tendentibus, qui ab incunabulis (ut vulgus loquitur) ad moti ad perfectissimum philosophiæ studium, indignum rati nō degustasse artes liberales, vix tandē ad eas applicuerunt animum. deinde à grandiore antiquiorèq; consideratione ad minorè iuniorèq; delapsi, apud eam cōsenuerunt, ut nūquam potuerint ad pristina recurrere. & hoc est opinor quod dicit: Absolue septennium huius, ac si dicat, ne sinas imperfectū bonum animæ: sed cura ut finem assequatur ac terminū, & adipiscaris posteriorè quoq; bonorū ordinem, pulchritudinē corporis, & id genus cætera. Ille verò absoluturum quidem se non pollicetur, expleturum tamē, hoc est, nunquã omitturum quicquam quod ad incrementū cōplementūq; eius faciat, imo superatur

peraturū difficultates omnes, etiamsi se innumera impedimenta in diuersum trahētia obiciant. Videtur aut̄ satis manifestè docere scriptura, q̄ cōsuedines mulieribus magis quàm viris curæ sint, per verba Rachel mirātis sola sensibilia. Sic enim patrem suum alloquitur: Ne molestè feras dñe, nō possum tibi assurgere, quia iuxta consuetudinem mulierū mihi est. Ergo mulierum est sequi vulgares consuetudines. certum est enim, consuetudinē pertinere ad infirmiores effœminatiorèsq; animas: quandoquidem, virilis, robustæ, verèq; masculę rationis officiū est, naturam ducem sequi. Miror autem veracitatē animæ, quæ in colloquio fatetur se non posse istis in speciem bonis assurgere, tamen veneratur singula, tantum non ea sibi ipsi præferens. quis enim nostrū resistit diuitiis? quis reluctatur gloriæ? nemo omnium: sed quādiu his caremus, magnificè loquimur, ut frugalitatis amici, quæ modico contentis, æquis, liberalibusq; ingenii competētē vitam cōciliet. q̄ si alicuius iam dictorum spes, aut saltem spei leuis aura aspirauerit, vanitatis coarguimur. statim enim cedimus non valentes resistere: & proditi ab amicis sensibus, destituimur omnibus auxiliis animæ, iamque non dissimulanter, sed apertè in aduersariorum castra perfugimus, & meritò. adhuc enim laboramus muliebribus consuetudinibus, quas nōdum potuimus eluere, & ad viriles focos trāscurrere, sicut narratur de mēte amātissima virtutū, Sarra nominata. huic enim omnia muliebria desisse discimus ex oraculo, cum esset paritura progeniem, sine magistro docilem, appellatam Isaac. fertur etiam non habuisse matrem, marito cognata paterno tantum, non item materno genere. sic enim is de ea dicit: Reuera soror mea est, ex patre non ex matre. Videlicet non ex materia sensibili, quæ iam consistit. iam dissoluitur, quæ mater, nutrix, altrixq; creaturarū dicitur apud priscos cultores stirpis sapientiæ: sed ex omnium rerum autore patrèq;. hæc igitur mulier extra totum corporalem mūdum promicans, & exhilarata diuinitus, pro risu habet humana fœdera, siue ad belli, siue ad pacis res pertinetia. nos autem à parum virili effœminatāq; consuetudine cum sensibus, affectionibus, rebúsq; sensibilibus deuicti, contra nihil eorum quæ apparēt, insurgere possumus: verum ab omnibus his quæ occurrunt, vel inuiti vel sponte trahimur. quod si noster exercitus non valens patris mandata obire succubuerit, nihilominus subleuabitur auxilio matris, scilicet eruditionis mediæ, quæ iura legesq; in aliis alias ciuitatibus

bus instituit. sunt item quidam qui maternis rebus cōtemptis, paternas amplectantur totis viribus, quos maximo honore sacerdotij dignatur recta ratio. horum acta si recenseamus, per quae adepti sunt hoc praemium, canillandi fortasse occasionem praebimus imperitis, qui decepti obuiis rerū imaginibus, latentes in obscuro vires earum non considerāt. nam qui vota, sacra, & omnes templi ceremonias tractant, sunt quod vix credas, homicidæ, fratricinæ, familiarissimorum ac amicissimorū interfectores, qui debuerant esse puri ex puris electi, nullo ne insciēter quidem patrato cōtacti scelere. sic enim dicit scriptura: Interficiat vnusquisq; fratrem suum, & vnusquisq; vicinum suū, & vnusquisq; proximum suum. & fecerunt filij Leui, sicut locutus est Moses. & ceciderunt e populo in illa die circiter tria virorum milia. Tantæ multitudinis interemptores laudat, dicēs: Consecratis hodie manus vestras domino, vnusquisq; in filio suo & in fratre suo, vt detur vobis benedictio: quid igitur dicendum, nisi communi quidem iure hos reos fieri, accusante matre publica consuetudine: naturali verò iure absolui, patrocinate patre sermone recto & rationabili. nec enim, vt quidā opinantur, viros interficiunt sacerdotes, animalia ratione praedita, quae constant ex animo & corpore: sed quicquid est carni amicum a sua mente refecant: quod existiment decorum esse sapientis legis cultoribus, alienare se ab omnibus rebus genitis, & habere illas pro hostibus. proinde fratrem non hominem, sed corpus animæ germanum occidemus, hoc est a diuina parte studiosi virtutis mortalem & affectibus obnoxiam separabimus. occidemus item propinquum, non hominem, sed sodalitiū. hoc enim animæ & inimicū est & familiare, alliciēs eā in laqueos, vt affluxu rerum sensibilibum mundata & obruta, nequeat ad cælum caput attollere, salutarēq; natura illas diuinas atque pulcherrimas. interficiemus & proximū, proximus autē menti est sermo qui profertur, probabilibus rationibus intermiscēs falsas opiniones ad perniciem veritatis rei pretiosissimæ. cur enim nō plecteremus hunc quoq; sophistā sceleratū, & quidē supplicio conuenientissimo, nempe silentio (nam sermonis mors est silentium) ne posthac intellectus distrahatur eius argutiis: postitque omnino alienatus a voluptatibus germani corporis, & propinquorū vicinorūq; sensuum praestigiis, solutus & liber dimissus, purē vacare his quae intellectu percipiuntur. hic est qui dicit patri matriq; mortalibus parentibus: non vidi vos ex quo

rei

res diuinas cōtemplatus sum, qui nō agnoscit filios, ex quo innotuit sapiētiæ. qui agnoscit fratres quotquot nō sunt abdicati a Deo, sed saluari meruerunt per illius gratiam. hic est qui arrepto siromaste, quasi *μαρτύρας*, & scrutatus naturas corruptibiles, quae in cibo potūq; felicitatem collocat, & ingressus fornacem (vt Moses inquit) accensam ardentēq; nimis iniquitatibus, nūquam extingubilem, vitam humanā videlicet, potuit mulierem per vuluam transfodere, quod visa sit esse causa gignendi, vt quae re vera patiat magis quam agat: atque etiam quemvis hominē substantiis affingentem affectus Dei autoris rerū omnium. atqui hic homicida iudicaretur a multis qui libenter fauent mulierculis. sed Deus pater omnipotens dignat eum laudibus maximis, & nūquam auferendis praemiis. ea fuerunt ingenia, & quidem germanitate quadam cōiuncta, pax & sacerdotium. erat enim egregium facinus, profligatis hominū vulgi more uiuentium penē inuictis copiis, & cupiditatibus in animo ciuile bellum excitantibus, pacem cōstabilire: & ob hoc meritum non diuitias, non gloriam, non honorem, non principatum, non formā, non robur, non vllam dotem corporis, non terram, non cælum, non mundum vniuersum, sed antiquissimi numinis verum cultum honore summo dignum, & mirificum ordinem sacerdotij modis omnibus expetendum accipere. germana autem esse haec praemia dixi nō temerē, sed quia scio non posse verum sacerdotem fieri qui adhuc humanā & mortalem miliret militiam, in qua vanæ opiniones ducūt ordines: sed requiri ad hoc virum pacatum, a bello tam alienum, vt etiam sit pacificus, perpetuūq; pacē colat sincerē ac simpliciter. tales sūt qui patrem & eius mandata magnificiunt, materna verò matremq; ipsam negligunt. Infensus autē vtriq; parētī, sic loquēs inducitur: Nescio dñm istum, nec Israël emitto. Hic videtur aduersari tum cōtendentibus recta ratione ad Deum, tum indolem eruditione constabulentibus, cōfunderēq; cuncta modis omnibus. & sunt hodiēq; (nondum enim humanū genus a mera malitia repurgatū est) qui nec pietati erga Deū, nec societati naturali hominū quicquā tribuunt, vtriq; impietate praferentes, nec Deo grati, nec fidi sui similibus: atq; ita oberrant per ciuitates pestes earū maximæ, praecuriositate miscentes se tā publicis q̄ priuatis negotiis, vel poti⁹, si vera dicēda sunt, subuertētes vtraq;: quos oportebat tāq̄ diros votis placato numine auertere: sunt eū pernicies omniū in quos incidūt, quapropter

et

& Moses decantat eorū exitium, deletorū prius quā ipsi sibi possent succurrere, & propriis opinionibus absorptorū tanquā fluctibus. Dicamus igitur deinceps de his contrario genere hominum eruditionem rectāque rationem colentium. ad quos collati dimidiati erāt qui alterius tantū parentis virtutes amulabantur. hi sunt & legū, quas pater rectus & rationalis sermo tulit, custodes optimi, & morū fideles dispensatores, quos instituit eorum genitrix eruditio. ab illo patre didicerūt honorare patrem vniuersorum: à matre verò, nō contemnere iura publicè recepta cōsensu, ciuium. Quādo igitur meditator ille Iacob exantlans virtutis certamina, permutaturus erat aures pro oculis, verba pro operibus, profectum pro perfectionē, benignissimo Deo volente illustrare mētis eius oculos, vt iam manifestè cerneret quæ prius auditu perceperat (oculis enim tutius creditur quā auribus) insonuit ei hoc oraculum: Non nominaberis posthac Iacob, sed Israël erit nomen tuum, quia cum Deo validus fuisti, & cum hominibus. Est igitur Iacob discens & proficiētis nomē, pēdētis ex auditu viribus: perfecti verò Israël, nam visionem Dei nomē id significat. & quæ virtus potest esse perfectior, quā eum Qui est videre: ergo qui summum illud bonū vidit, laudatur à paterno maternoque genere, fortis in Deo robustus apud dominum & homines, quoniam per hæc duo simul integrā illius boni possessionē adipiscimur. edoctus enim custodire leges patris, & iura matris nō contēnere, audebis ingenuè profiteri te obedientem patri filium, & placentē in conspectu genitricis. An non satis est custodire iura probata genitis hominibus, societatis gratia: simulque diuinas sanctiones, ob pietatis amorē? Quapropter fatidicus Moses per apparatus sacerorum, vtriusque rei perfectionem designat. non temerè enim nobis arcā intus & extra laminis aureis induit: nō temerè summo sacerdoti duas stolas attribuit, & duas aras ponit, exteriorē ad victimas, ad suffitus interiorē: sed volens nos per hæc signa docere virtutes vtriusque speciei. debet enim vir sapiens & intus in anima inuisibili, & in externis actionibus ornatus esse prudentia omni auro pretiosiore: quoties autē ab humanis studiis secedens eum Qui est, solum adorat, vnicolorem veritatis stolam induere, quā nihil mortale attingit. est enim linea, quæ materia non enascitur è mortalibus: rursus quoties transit ad curam reipub. deposita interiorē aliteram pictam & aspectu mirādam sumere. cum enim magna sit in vita varietas, opus est varia sapientia

sapientia clauū tenentis gubernatoris hic in ara seu vita cōspicua tergoris carnis cruoris & huiusmodi corporeorū videbitur magnam curā gerere, ne vulgare multitudinē offendat, quæ bona corporis facit animi bonis proxima. in interiore verò omnibus rebus incruentis, incorporeis, non carnis, nec nisi rationalibus vtetur, quæ per thus suffimentaque significatur. nam vt hæc nares, sic illa totam animā explent sua fragrantia. Sciendum tamen quod sapientia cum sit ars artium, videtur quidem variari diuersis materiis, tamen verā suam speciem immutabilē ostendit acuto visu præditis, & his qui nō circumfusa ei rerum mole distrahuntur, sed ab arte ipsa impressum ei characterem perspicunt. Ferunt Phidiam illum statuariū ex ære, ebore, auro, aliisque diuersis materiis cōfecisse statuas, in quibus omnibus vna eademque ars emineat: vt non solum eruditi spectatores, verum etiam valde imperiti opificē agnoscat ex ipsis operibus. quem admodum enim in gemellis natura eodē sæpe vsa characterē penè indiscretas similitudines exprimit: pari modo etiā perfecta ars, cum sit naturæ imago & effigies, quando assumit diuersas materias, format & imprimit eadem cunctis ideam, vt hac maximè ratione fiant cognata germanaque; ac gemella eius opera. idem igitur efficiet ea quæ inest sapienti potentia. tractans enim de eo Qui est, pietas nominatur & sanctitas: cum autē de cælo differit rebusque cælestibus, physiologia: mereologia verò, cum de aëre varietatibusque huius & mutationibus, siue per integras vices anni quadripartiti quas horas nominat, siue per singulos mensium dierumque circuitus cōtingentibus. ethica verò cū de corrigendis moribus hominum: cuius species sunt, politica ad reip. curam, & œconomica ad rei familiaris pertinēs: atque etiam sympotica, tractans epulas ac conuiuia. rursus alia facultas est regia, regēdis apta hominibus: alia legislatoria, quæ vetat aut præcipit. omnium enim horum sapiēs, verè πολύμητρος, id est multinominis, capax est, pietatis, sanctitatis, physiologiae, meteorologiae, moralis, ciuilibus, domesticæ, regiae, legislatoriaeque: & innumerarum aliarum facultatum, in quibus omnibus vnam eademque speciem habere videbitur. in hac autem de quatuor prognatorum ordinibus mentione illud præterire nō libet, quod cōfirmat hanc diuisionem partitionemque capitum. nam fastuosum hunc & per stultitiam inflatum filium parētes hoc modo accusant, dicendo: hic noster, digito indicātes inobedientem cōtumacemque; vbi demonstratiuè dicendo hic, declarat se &

se & alios genuisse, hoc est indoles generosas aut alteri parenti obsequētes aut vtriq;, quorum exemplum est Rubim. alios audiendi discendiq; cupidos, quorum est Simeō. nam hic auditus interpretatur. item alios Dei supplices, quale est leuitarū sodalium. itē nonnullos canentes sonora nō tam voce quā mente hymnum gratis agendis compositum, quorum præcentor Iudas, propter virtutem quasitam labore voluntario. quosdam item mercedibus dignatos & muneribus, vt Issachar. alios contemplatores cælestis numinis post derelictas sublimes cōsiderationes Chaldaicas, vt Abraham. alios à seipsis virtutem doctos, vt Isaac. item cōsilio viribúsq; pollentes amicos Dei. vt Mosē illum perfectissimū. Meritò igitur istum contumacem, proteruum, symbola conferentem, id est peccata peccatis annectentem, magna minoribus, recentia veteribus, voluntaria non voluntariis, & tanquam vino calentem, per totam vitam ebrium debacchātēmq;, vt qui stultitię merum magnūmq; hauserit calicem, lapidari sacra lex iubet: quia & recti sermonis mandata patris sui, & disciplinæ matris suæ legitimas admonitiones sustulit: cumq; haberet fratres probos exemplum honestatis domesticum, ne horum quidem virtutem imitatus est, etiam præuaricari ausus, vt corpus Deum sibi fingeret, & Typhum Aegyptio more coleret, cuius signū erat iuuenus aureus: circa quem choreas ducendo insani, carmen concinunt, non suaue, quale in comestationibus, epulis, festisq; cōpotationib⁹, sed reuera lugubre funestūmq;, tanquam temulenti, multoq; Lyeo laxati nervos anima. Narratur enim quòd Iesus audito tumultu populi dixit ad Mosē: Clamor pugnantium auditur in castris. qui respondit: clamor iste, quantum ego audio, nō ad pugnam aut fugam hortator est, sed ad pocula. móxq; propinquior castris, videt vitulum & choreas. Quid autē hoc anigma significet, docere bimus vt poterimus. Res nostræ nunc trāquillæ sunt & quietæ, nunc perstreperunt importunis tumultibus. cum silent, habēt pacem: ediuerso bellum implacabile cum tumultuantur. testis est qui hoc expertus didicit, tantò magis idoneus. audito enim strepitu populi, sic sollicitum eius curatorē ac præsidem alloquitur: clamor pugnantium auditur in castris. nam prius quā in nobis excitarentur ad clamorem irracionales impetus, mens erat stabilior. postquam autem animę regio strepere cœpit dissonis vocibus, affectiones his excitatæ seditionem intestinam cōmouent. ceterū castra ad bellū nata vidētur. vbi enim aliās rixæ sunt

sunt & pugnae cōtentionesq;, & cetera pertinacis belli facinora, nisi in hac vita quā in corpore agimus, quod allegoricè castra nominat. hæc castra solet intellectus relinquere, quando numine correptus ad eum Qui est, accedit contēplaturus ideas incorporeas. Tollens, inquit, Mosēs suum tabernaculū, tetendit extra castra, nō propè, sed procul, qua figura subindicatur, sapientem migrasse à bello ad pacē, & à mortali confusoq; exercitu ad pacatam rationalium feliciūmq; animarum vitam diuinā. dicit autem & aliubi: cum exiuero ciuitatem, expandā manus meas ad dominum, & cessabunt clamores. caue autem putes hæc loquentem hominem esse ex anima corporēq; contextū, siue complexum, siue contemperatum, aut quomodocunq; tandem nominandum est hoc compositum animal, sed mentem sincerissimam purissimāmq;: quæ tantisper dū in ciuitate corporis mortalisq; vitæ continetur se contrahit: & tanquam carcere inclusa, fatetur se non posse haurire liberiores aërem. quòd si contingat eam ex hac ciuitate exire, quemadmodū qui manicis pedicisq; ferreis soluuntur, sic solutos habens cōceptus animi cogitationesq;, liberis dimissisq; vtetur etiā actionib⁹, vt mox affectuum incitamenta cohibeantur. An non voluptatis intenzi clamores sunt: per quos quicquid libet impetrat? an nō & cōcupiscentiæ ferrea vox, minaciter flagitantis ministeria cessantiū? an nō & aliorum affectuum multifonus est & clamorosus strepitus? Verūm etiam si centum ora centūmq; linguas (vt poëtę loquuntur) vnusquisq; affectus habeat, ne sic quidē aures viri perfecti perturbare poterit, qui iā migravit nolens in eadem cum eis ciuitate habitare amplius. ceterū dicēte illo cui tale quid accidit, corporeum exercitū perstreperere bellicis clamoribus, procul pulso pacis amico silētio, sacer sermo assentit: nō negat enim clamorem esse bellicū, alterius tamen generis putat quā nonnulli existimant, scilicet non cedentium aut vrgētium, sed qualem nimio vino grauati solēt attollere, quod enim dicit, ad pugnam hortatium, perinde valer ac si diceret, prælio vincētī. nam valida pugna parit victoriā, sic sapiētē illum Abrahā post fusos fugatosq; nouē reges, videlicet quatuor affectus & quinque sensus, qui præter naturā mouebant, inducit scriptura hoc hymno cōfitentem & agentē gratias: Extendo manus meas ad dñm Deū excelsum, creatorē cæli & terræ, si à funiculo vsq; ad corrigiā caligæ accipiā ex oibus quæ tua sunt. ostēdit aut, quantum equidē intelligo, creaturā omnē, cælum, terrā, aquā, spiritum,

animam

animantes simul & stirpes. quisquis enim ad solum Deū tendit animæ viribus & ab eo iuvari sperat, merito dicit, nihil accipiā ex omnibus rebus quæ tuæ sunt, non à sole diurnam lucem, non à luna ceterisq; sideribus nocturnum lumen, non ab aëre nubibusq; pluuias, non ab aqua & terra potum cibumq;, non ab oculis visum, non auditum ab auribus, non à naribus odoratum, non ab oris salua gustum, non à lingua eloquiū, non à manibus dādi recipiendiq; facultatem, non eundi redeundiq; à pedibus, non respirationem à pulmone, non cōcoctionem à iecore, non ab aliis viscerib⁹ suū cuiusq; vsum, non ab arboribus satiq; fructus annuos: sed omnia hæc ab illo solo sapiente, qui gratuitā suā benignitatem largissimè distēdit per omnia, atq; ita prodest omnibus. quisquis igitur eum Qui est, potest cernere, & hunc rerū autorem agnoscit, creaturas eius minus quā ipsum honorabit, absq; adulatione dotes earū cōfiteus. est autē cōfessio iustissima hæc ipsa: nihil à vobis, sed à Deo totum accipiā, cuius possessio sunt omnia: tamē per vos fortassis accipiā. estis enim instrumenta immortalis eius gratiæ. at inconsideratus cæcā habens mentem qua sola Qui est cernitur, hac quidē nihil vsquam videt, sed quæ in mundo sunt corpora complectitur suis sensibus, putans hæc esse causas omnium. quamobrē aggressus deos sibi fingere, simulacris, delubris, & aliis innumeris statuis ex varia fabricatis materia repleuit orbē terrarū habitabilē, pictores fictoresque, quos legislator noster exterminat è sua rep. inuitās propositis ingētibus premiis tū priuatim tū publicè: vnde præter expectationem pro sanctitate inuecta est impietas. multorū enim deorū cultus in animis insipientium fit impietas, & honorem Dei negligunt qui mortalia cōsecrant: quibus non satis fuit solis lunæq; pro libito, atq; etiam telluris & aquæ vniuersæ imagines effingere, sed iam brutis quoq; ac stirpibus promiscuè diuinos honores concedunt, eos quomodo hymni victorialis auctor increpet, iam ostendimus. Moses quoque pariter postquam vidit regem Aegypti, iactātissimum illum intellectū, cum de curribus, id est instrumentalis corporis sex motibus, & cū triūuiris eorū præfectis, qui etiāsi nihil in rebus sit stabile, tamen putant de cunctis sentiendū tāquam certis & immutabilibus: hos inquā vbi vidit meritis impietatis pœnas luisse, & suum exercitum incursionem effugisse hostium, egregiè præter opinionem seruatū, hymnum canit Deo iusto veròq; remuneratori, à decentissimo & huic felicitati aptissimo exorsus carmen: quod equum

equum & incessorem in mare proiecerit, & intellectum vectatū à proteruo quadrupede, id est bruti affectus impetu, deleuerit, succursor & protector factus perspicacis animæ, cui perfectā salutem impertiit. idē vates & ad puteū carmen occipit, non iam ob solum affectuum interitum, sed & ob acquisitam sapientiam possessionem incōparabilem, quā per puteum significat: quæ non in superficie sed in profundo habet laticem dulcē animabus sitiētibus honestatis, necessariū potum ac suauissimum, priuatis autem non licet vel eruditionem haurire ex hoc puteo, sed solis regibus, quapropter dicitur: Saxo struxerunt eū reges. Est enim officium magnorum imperatorum ædificare sapientiam, non istorū qui armis terrā & mare subigunt, sed qui animæ potentiis varias in ea cōfusāsq; turbas debellāt, horū discipulos atq; familiares noscimus qui sic loquatur: Pueri tui ceperūt summam virorum bellatorum qui nobiscum sunt. nemo est occisus, sed adduxit domū domino quisq; vir quod inuenit, videtur hi quoq; rursū victoriale carmen occinere, perfectarum & principalium potētiarum cupidi. summarium enim & maximū numerum rationū fortitudinis à se captum aiūt: quos oportet bellicosos fuisse oppositos duabus legionibus: quarum vnus dux est difficilis venatu timiditas: alterius verò, furēs audacia, vtraq; bonæ mentis expers. pulcherrimè autem dictū est, neminē esse occisum, ad significationē integræ perfectæq; fortitudinis: sicut lyra & omne instrumentum musicū deficit etiāsi vnicus tantū sonus discrepet: concinnum verò est quando ad vnum pulsum consonantes, eandem reddunt symphoniam. eodem modo & animæ instrumentum discrepat quidem quando aut audacia nimis intensum sonare cogitur iusto acutius: aut timiditate supra modum remissum in grauiorē sonum laxatur. tum verò demū cōsonat, quando fortitudinis omnisq; virtutis toni temperati omnes vnā concinnā melodiam efficiunt: cuius symphonie cōcinnitatisq; magnum argumentū est, quod offertur donū Deo. hoc autem est colere cōuenienter eum Qui est, apertè confitendo ipsius donū esse hoc vniuersum quicquid rerum natura cōtinet. dicit enim appositisimè: Vir quod inuenit, hoc obtulit donum. Vnusquisq; nostrum quamprimū natus est inuenit magnū donum Dei totum mundū, quem ille sibi & suis charissimis largitus est, sunt autem etiā particularia dona, quæ & Deū dare decet, & homines accipere, nimirū virtutes, & his conuenientes actiones: quarum inuentionem plusquam ex-

temporalem, propter eximiam largiētis celeritatem qua uti solet, nemo nō miratur, etiam in eo qui nihil prætereā magnum habeat. ideōq; rogat, Quid hoc tam citō inuenisti fili, miratus affectus boni celeritatem. ille verō qui accepit beneficiū, conuenienter respōdet; Quæ dominus Deus tradidit, traditiones em̄ & præceptiones hominum tardę sunt, quas autem Deus facit, celeritatem, ut etiam temporis motum ocysimum præueniāt. Hi sunt igitur duces qui ad fortitudinē & vim hortantes victorialem ac gratulatorium hymnū auspicantur in choro, de quibus modō diximus. alij verō qui ob fugā & imbelles animos clade accepta lugubre canunt carmen, non itā vituperādi quā miferandi, haud secus ac qui à natura oblatum corpus habent; quibus vel mediocris languoris occasio magnū ad incolumitatē affert impedimentum. alij verō nō quōd molliores animi nervos habeant succumbunt inuiti, oppressi aduersariorū validioribus viribus; sed more volūtariam seruitutē subeūtium, vltro sibi acerbos dominos asciscunt quāuis ingenui, & ideo cū vendi non possint, miranda temeritate ipsi emunt dominos, idem faciendo quōd solent isti ebriosi nūquam vino satiabiles, nam & hi volentes non coacti magnā meri vim ingerunt, ut sua sponte sobrietate profligata ex anima sibi consciscant delirium. ait enim, Vocem hortatium ad potationem ego audio: hoc est, non inuitos furore laborantes audio, sed vltro sibi accersentes insaniam. Omnis autē qui castris propinquat, vitulum videt ac choreas, & mox ipse quoq; cōmouetur. in typhū enim eiusq; saltatores incidimus, quotquot prope corporea castra volumus gradum sistere, quādoquidem cōtēplatiui homines & res incorporeas visere desiderātes, cum sint ab omni fastu alienissimi, longissimē remoti à corpore, solent degere, proinde ora Deum ne vnquā hortator fias ad pocula, hoc est, ne vnquā spōte præcedas in via ferente ad ruditatē & insipientiā. mala enim quę inuitis accidunt, dimidio leuiora sunt, cum nō grauētur à sincera conscientia, quod votū tuum si exaudietur, iam nō eris priuatus amplius, sed honorem acquires maximum, nempe sacerdotium. solorum enim propemodum sacerdotum & Dei cultorū est officium sine vino sacra facere: quia vinum & quicquid creat delirationem, sanitati mētis sit cōtrarium. Locutus est, inquit, dñs ad Aaron dicens: vinum & sicera nō bibetis tu & filij tui tecum, quā ingrediemini in tabernaculum testimonij, aut accedetis ad altare, & non moriemini: legitimum sempiternum in generatio-

nes

nes vestras, quo à profanis, sancta, & ab impuris pura distinguantur. Aaron autē est sacerdos, quod nomen interpretatur montanus, sublimia celsaq; sapiens ratio, non per iactatiæ molem inani fastu turgidā, sed per magnitudinē virtutis, quæ mentē vltra cælum attollēs, non sinit cogitare quicquam humile, qui autem sic affectus est, merum & omne venenū insaniam afferens nunquam vltro sibi admouebit. incumbit enim ei necessitas ut aut sacrosancta tabernaculi penetralia ingressus secretis sacris operetur, aut ad altare accedēs victimas pro sua populiq; salute immolet. quæ negotia sobrietate opus habent atq; solertia, me certē subit mandati huius admiratio. Sicut enim venerāda res est, sobrios & sui cōpotes ire ad vota & sacrificia: sic ediuertō ridicula si quis corpore animōq; præ vino labāte id facit. nisi fortasse quoties domini & parentes & principes adeundi sunt, curare decet seruos & filios & subditos ut sobrij sint, nequid dēcto factōve peccent, nēve pœnam incurrant, si videantur dignitatē maiorum contēnere, aut si clemētius cum eis agatur, certē irrideantur: omnipotentē verō patrē aliquis adoraturus cibum, potum, somnum, cæterāq; quorum vsum natura postulat non moderabitur: malētq; ad lautiorē victū declinās imitari luxu perditos: & oculis nimio vino grauatis, vacillante capite, obliquata ceruice, crapulam ructans, totōq; corpore languidus, aquā abluendis manibus aut aras attinget ac victimas: atqui tali nō est fas vel procul sacros ignes intueri, quod si hæc intelligatur nō de tabernaculo altariq; constructo ex visibili & inanima & corruptibili materia, sed de illis inuisibilibus sola mēte cernēdis, quorū ista sunt sensibiles imagines, tātō magis obstupescet ad huius præcepti miraculū. quoniā enim omnium rerum aliud exemplar aliā imaginē fecit opifex, virtutis quoq; archetypū primō fecit, quo mox expressit characterē ei simillimū, quod quidē archetypū signaculū incorporeū idea est: imago autē expressa corpus iam, sensibile quidē suaprē natura, nōdum tamen expositū sensui: sicut in altissimi oceani gurgitibus enatū lignū diceremus posse quidē vri, nōdum tamē igni obnoxium, quippe marino humore madidū. Ergo tabernaculū & altare intelligamus ideas, alterā virtutis incorporeæ significatiuā, alterā sensibilis eius imaginis. altare quidē, & superimposita, vidētur facile: vel quia sunt in atrio foris, vel quia noctu ac interdium perpetuis illustratur ignibus: tabernaculū verō & quicquid eo cōtinetur, nō patet oculis: nō ideo tantū, quia sitū in penetralibus,

p ij verum

verum etiam quia propinquanti, aut curiosus intuenti, sine clementia supplicium lex intentat: nisi quis integer sit & purus ab omni magna paruaq; noxa, omnibus naturæ dotibus præditus, nã huic permittitur vt quotannis semel ingressus inspiciat non videnda cæteris, quando in hoc vno incorporeorum incorruptibiliũq; bonorum alatus amor cælestis inhabitat, is quãdo ab idea percussus sequitur signaculũ illud quod particulares virtutes exprimit, considerando mirandõq; pulchritudinem eius diuinissimã, ad quam accedit expressam ab illo archetypo, mox eũ subit ruditatis & ineruditionis obliuio, succedente eruditionis ac scientiæ memoria, & ideo dicitur: Vinum & ficera nõ bibetis, tu & filij tui tecum, quando ingrediemini tabernaculum testimonij, aut ad altare accedetis. quæ verba non tã interdicens sunt, quã decernentis pro sententia. nam interdicens sic loqueretur: vinum quando sacrificabitis ne bibatis. q; verò sententiam profert, maũult dicere non bibetis. nõ est enim possibile vt incitiã causam ebrietatis delirationisq; animẽ, in se admitrat, qui iustitiam meditat, & oblectat se per singulas virtutũ species. solet enim scriptura hoc vocare tabernaculum testimonij: siue quia verax Deus virtutis testis est, cui non sine bono nostro credimus: siue quia virtus confirmat animas extirpãs cogitationes incertas ac dubias; & in vita quasi pro tribunali veritatem reuelãs. Ait enim propheta nõ moriturũ qui sobrius sacrificat: quod ruditas mortem, immortalitatẽ afferat eruditio, nã sicut nostris corporibus interitũ morbus, incolumitatẽ affert sanitas: itidẽ animas prudẽtia seruat, cum ipsa sit mentis sanitas: imprudentia verò interemit, cum sit morbus earũ insanabilis. Addit autẽ disertẽ, hoc legitimũ æternum: docens nos immortalem hanc legem esse inscriptã naturæ tabulis, quæ pronũtiat eruditionẽ rem saluberrimam, incitiã verò causam morbi ac interitus, quin & hoc inde discimus, id quod verè legitimũ est: consequenter æternũ esse, quãdo, & recta ratio, quæ legis vicem obtinet, non est corruptibilis. nam ediuersõ quicquid iniquum, vix vno die durabile à seipso dissoluitur, cõfessione omniũ qui sapiunt, propriũ autem legis & eruditionis est, profana à sacris, ab impuris pura discernere: sicut ediuersõ iniquitatis & ineruditionis, inter se pugnãtia cõfundere cõmiscerẽq; omnia. Quamobrem & Samuël regum prophetarũq; maximus, vinum & quicquid epotũ inebriat, sicut sacra eloquia testantur, ad extremum vsq; diẽ non bibit, ascriptus est enim in diuinum exercitum.

citum, qui nunquam imperatoris sapientissimi prouidẽtia destituitur. is Samuël fuit fortassis homo, accipitur tamen non vt cõpositum animal, sed vt mēs, solo Dei cultu ac ministerio gaudens. interpretatur enim ordinatus Deo, eõ q; actiones eas quæ à vana gloria proficiscuntur, grauem turbationẽ ordinis existimer. hic ex humana matre nascitur, cuius nomẽ interpretatur gratia. nã sine diuina gratia nõ est possibile vel deserere mortalia, vel immortalibus semper abærere. cæterũ quæcunque anima impleta fuerit gratia, gaudet confestũ & ridet exultatq;. bacchatur enim, ita vt vulgõ ebria videatur insanite rapta extra se. & idem dicitur ad eam à quodam puerulo, non vno, sed à quolibet iuueniliter petulante: Quousquẽ temulenta es? aufer istam temulentiam à te. Solet enim correptorum numine non solum anima concitari ceu quodam cestro, sed & corpus erubescere incandescerẽq;, interno gaudio prorumpẽte in exteriora: quæ res multos insipientes decipit, qui sobrios vino madere autumant. est tamẽ quædam ebrietas etiam sobriorum, qui bona mera hauriunt, & propinationes à perfecta virtute accipiunt. cæterũ qui temulenti sunt, ne degustant quidem prudẽtiam, qua abstinendo famem eius sentiunt cõtinuam. merito igitur ad iuuenilem irrisionem venerandæ auferãq; vitæ insultantẽ respondetur: Mulier dura dies ego sum, vinum aut potũ inebriantem non bibi, & effundam animã meam corã domino. Ingẽtes opes animæ, quæ gratiis Dei plena est, primunt duram diem vocat se ipsam, respiciens illudentem puerulum. nã huic & cuius insipienti aspera, ardua, difficillimãq; videtur via ducens ad virtutem sicut & quidam è priscis testatur, dicens:

Omaino vitium facillẽ est contingere cuius.

Contra virtutem sudoribus vndique diui

Præsepere, & longus ad hanc perq; ardua callis,

Asper & est primum: sed vbi alta cacumina victor

Contigeris iam fit facilis, licet ardua dudum.

Deinde negat se vino & potũ inebriante vsam, & perpetuã vitæ sobrietate gloriatur. nã obtinere cogitationem liberã, purã, immunẽq; ab affectionibus perturbatricib; res est profectõ admiratione dignissima. Vnde fit vt intellectus sobrietate mæra saturatus, semper & per omnia cũ Deo versari pperet. Quid enim aliud sibi volunt illa verba, Effundã animã meã in conspectu domini, nisi totam me ipsam ei consecrabo: id fit quoties quis abruptis quibus prius stringebatur vinculis, quæ mortalis

vite indiderant vana studia, exolutus omnibus, & intatum exspatiatus, extensus, effususq; , vt vel ad extremos mundi pertingat terminos, ad pulcherrimam celeberrimamq; illam Ingeniti contemplationem penetrat. hic igitur chorus sobriorum est, eruditionem ducem sequentium: alter vero prior ebriorum, cuius princeps inscitia fuerat. Quoniam autem ebrietas non solum delirationem significauit, natam ex ineruditione, sed & in totum sensus priuationem, quam in corpore nimium vinum producit, in anima vero ignoratio eorum quae merito sciri deberent: superest vt dicamus paucis de ignorantia, dumtaxat ea memorando quae sunt opportunissima. quis igitur est morbus corporis, cum quo conferenda sit ignorantia? aut cum cuius sensus priuatione conferri potest? certe qui oculis auribusq; mulctati sunt, nihil vel videre vel audire valent, dei lucisq; , propter quae sola (si verum fatendum est) vitam expetimus, nescij: & in perpetuis tenebris sempiternaq; nocte habitant, surdi ad parua, magna; omnia: quos merito vita communis impotentes solet nominare. nam etiam si reliquae corporis vires vniuersae incolumes sint & absolutissimae, tamen supplantat ab orbitate oculorum auriumq; , magno casu corruunt, vt non amplius possint resurgere. id enim quod hominem fulcit, verbo quidem pedes sunt, reuera autem auditus visusq; : quos donec habet integros, erectus incedit, priuatus vero his, proclinatur & e medio tollitur. iidem omnino ignorantiae sunt effectus in anima, laedentis eius visum auditumq; , nec lucem nec sermonem in eam intrare sinetis: hunc nequid doceat, illam ne res indicet: atq; ita offusis irrationalibus tenebris profundissimis, ex formosissima animae specie surdum saxum redditur. nam ignorantiae contraria scientia quodammodo animae pro oculis est & auribus: quippe quae & intedit animam in ea quae dicuntur, & res dispicit: nec vnquam vel videndo vel audiendo falli sustinet: se si quicquid auditu spectatumq; dignum censet considerat contemplaturq; : & si forte itinere terrestri aut navigatione opus est peruatit vsq; terrae ac maris terminos, vt plura videat, & aliquid recitius audiat. impigerrimus enim est amor scientiae, inimicus somno, amicus vigiliis. proinde semper excitans & acuens cogitationem; cogit eam obambulare, omnia, auditum faciens auditum, & ingentem ei discendi sitim instillans. ergo scientia visum auditumq; praebet. quibus freta bene se gerit anima. nam qui videt auditq; , scit quid sit utile, & id experedo, fugiendoq; contrarium, proficit. ignorantia vero grauiorem quam corporis

corporis mulctationem animae inferens, omnium peccatorum causa fit: quando caret omni externa ope, vt quae nec ipsa sibi prospicere potest, nec praemoneri ab aliis, proinde vsquequaq; destituta, & derelicta a custodibus ac praesidibus, a quibusvis hominibus rebusq; patitur insidias. cauendum igitur ne vnquam tantam meridiam ingeramus, vt sensus officium non faciat: neve tam longe discedamus a scientia, vt ignorantia suas densissimas tenebras in anima possit spargere. Sunt autem duo genera ignorantiae, simplex alterum prorsus sensu carens: alterum duplex, cum quis non modo inscientia tenetur, verum etiam putat se scire quae haudquaquam scit, elatus falsa opinione sapientiae. prius malum est leuius, vt quod leuiora peccata gignit, plerumq; inuoluntaria, secundum vero maius, vt quod maiora parit, nec solum inuoluntaria, verum etiam iniqua de industria. talibus mihi videtur Lot ille filiarum genitor esse obnoxius maxime, qui masculum & perfectum in anima germe educare non potuit. duas enim filias ex vxore in saxum post mutata suscepit, quam non aberrauerit si quis appellet consuetudinem inimicam veritati: suo apte ingenio, & quoties ab aliquo ducitur a tergo resistentem, respectantemq; antiquas sodales, & in more inanimatae statuae remanentem in earum medio. filiarum autem senior quidem vocabitur consilium, iunior vero assensio. nam consilio comes est assensio, post assensionem autem nemo consultat ulterius. mens igitur sedes in suo consistorio, sollicitare filias incipit, & cum grandiore quidem consilio considerat atq; scrutatur singula, cum iunior vero assensione facile quibusvis annuit, vt infesta pro amicis complectatur, si modo voluptatis esca inuitet vel minima. haec autem sobria quidem cogitatio non sustinet, sed occupat a temulentia: & velut vino extra se rapta, ideo dicitur: Potauerunt patrem vino: vt omnino impos fieret sensuum intellectus, qui prius videbatur idoneus per se ad consultandum de rebus utilibus, facile tamen quibusvis verisimilibus vt veris certisq; assentiens: cum natura humana haudquaquam sufficiens sit manifeste quicquam dispicere, & vel quasi utile ac verum eligere, vel vt falsum ac inutile fugere. multum enim tenebrarum offusum corporibus rebusq; , non sinit singulorum naturam conspici: imò etiam si quis curiosior aut discendi cupidior conetur introspicere proprius, tanquam luminibus orbatum offensans, prius quam aliquid apprehendat prolapsus frustratur. nam ne prelucente quidem eruditione intellectus proprium inde lumem sibi valens accedere, ad res inspiciendas non tam iuuatur quam impeditur. sic enim natura comparatum est, vt

paruus splendor extinguatur à magnis tenebris: quo extincto nulla est visus utilitas. quisquis autē sibi placet vel consilio vel facultate discernendi inter fugienda & sequenda, monēdus est: si earundem rerū eadem & indiscreta semper nobis imaginationes acciderent, fortasse necessariò sequuturū vt quas nobis natura dedit iudicādi facultates geminas, sensum & intellectū, tanquam veraces admiraremur, nec decipi faciles, quippe quæ primo aspectu quid experendum, quid fugiendum videant. sed quoniam cōpertum est nos aliās aliter ab eis affici, nō possum⁹ quicquam certò asseuerare, cum id quod apparet nō maneat firmum, sed in varias subinde transformetur facies. necessum est enim vt instabilis imaginationis instabile sit etiam iudicium, idq; multis de causis: quarum prima est animalium nō vna tantū parte, sed plures penē quā dicitur potest differētiā, in generatione horū & habitu, in cibo & victu, in his rebus quas experit & fugiunt, in sensuum actionibus & cōmotionibus, in corporū animarūq; innumerabilibus proprietatibus. nam vt omittamus ista quæ iudicāt, inspicere quādā ex his quæ iudicant, vt chaniæ leontem & polypū illum aiunt mutabilē colore semper loca referre in quibus degit: hunc verò saxa quibuscunque adhæserit, forsan à natura saluti eius prospiciēte donatum hoc versatilis coloris remedio cōtra pericula, Vidistin⁹ vnquam columbæ ceruicē solaribus radiis expositā. quā multis modis colores variet: puniceum, ceruleum, igneum, & carbūculi speciem referentē, pallentem item, rubentēq; & alios omnigenos, quorum ne vocabula quidē memorare sit facile. apud Scytharū quoq; gentem, quem Gelonos vocant, fertur mirādum animal, rarò quidem, nasci tamen, rarandum nomine, magnitudine bouis, facie verò ceruo quā simillimum. de hoc narrant, pilum eius omnia propinqua, siue arbores, siue alia, colore imitari, & per eam similitudinē fallere in quēcunq; inciderit, atq; ita magis quā viribus periculū à venatoribus imminēs euaudere. hæc & similia certissimū argumentum sunt, nos non posse quicquam certò cōprehendere. deinde vt omittamus animalia reliqua, soli homines immane quantum in rebus omnibus inter se differunt: qui nō modò aliās aliter ne iisdem iudicant, sed & alij aliter, dum iisdem quidam delectātur, quidam offenduntur. nam quæ his probantur, aliis displicent: quæ hi vltro accersunt vt domestica, alij procul in malam rem profigāt vt alienissima, equidem fortē fortuna theatrum ingressus aliquo-

tices

tices, animaduerti ad vnū carmen tragædorū citharædorūve in scena certantiū alios sic demulceri, vt non temperarent sibi quin assurgentes acclāment & applauderent: alios nō magis moueri hoc, quā illos ipsos gradus saxeos quibus insisterent: alios in tantum offendi, vt è theatro se proriperent vtraq; manu cōpressis auriculis, nequid ex eo sono reliquū molestiā crearet fastidiosis animis, quid attinet ista dicere? vnusquisq; si ipsū per se cōsideres, quod vix est credibile, innumeras mutationes in corpus animāq; recipit, quæ modò expetierat fugiēs, haudquaquā mutata, sed in eodem statu manentia. eadē enim aliter à sanis accipiuntur, quā ab ægrotis, aliter à vigilantibus quā a dormientibus, aliter à pubescentibus quā a senescentibus: imò qui stat alias quā qui mouetur imaginationes concipit, alias intrepidus quā timidus: item moerēs quā gaudēs, infensus quā beneuolus. Quid opus verbis prolixioribus? dicam compendiosè: qui vis corporis animāq; motus, siue iuxta naturā siue cōtrā factus, causa est vt quæ apparēt, mutari videantur, inconsistentibus somniis simillima. nec minima causa imaginationū inconstantiā sita est in consideratione, in distantis, in locis quibus cōtinentur singula. an non videmus in mari pisces extēris natātes pinnulis semper maiore specie quā qua re vera sunt? itidem remos vel rectissimos, fractos in aqua videri cōtingit. hæc longè falsissimas imagines obticientia solent mentē decipere. interdum enim cum sint exanimata, putantur viuere, & ediuersò quæ viuunt, esse mortua. item quæ stant, moueri: quæ mouentur, stare: quæ accedunt, recedere: quæ recedunt, accedere. breuiā videntur, quæ prælonga sunt: quæ angulos habent, diceres teretia: aliāq; innumera fallūt aspectū, quibus nemo prudens tāquā certis subscriberet. quid qualitates factitiā, in quibus addidisse detraxisseve aliquid multū profuerit aut obfuerit, præsertim in his quæ tractāt medici? nanq; horum compositiones recipiunt qualitates certis terminis dimensas & regulis citra quas non licet cōsistere, sicut nec progredi vltius tutum est. nā diminutio remittit eorū vim, sicut intēdit additio. Vtrūque autem noxam afferit: alterū ob virium defectum inefficax, alterum violente lædens præ nimietate earū. leuitates quoq; ac asperitates, densitates oppilationēsq; & his contrariā raritates apertionesq; quantū ad auxiliū noxamve cōferant manifestum est. Ac ne illud quidem ignotum, q; penē nulla res, si consideres ipsam per se, intelligitur, sed collatione cū suo cōtrario exami-

p v natur

natur, vt paruum collatum cum magno, aridum cum humido, frigidū cum calido, graue cum leui, nigrū cum albo, infirmum cum valido, purum cū multo. Similiter etiam quæcunq; ad virtutem referuntur aut vitium, vtilia noscuntur per noxia, honesta adhibitis ediuersō turpibus, iuxta & in genere bona cū iniustis & malis cōposita. deniq; quicquid aliud in vniuerso mūdo consideraueris, ad eandē formulā iudicari cōperies. Nam per se vnumquodq; cōprehendi non potest, sed cum altero cōparatum venit in notitiam. Quicquid autē de seipso testari non potest, egēs alterius patrociniō, infirmā fidē habet. itaq; sic quoq; coarguuntur qui facile de quavis re vel negant vel asserunt. nec mirū: nam si quis vltius in res progrediatur, & collustrer eas sincerius, sciet quod ne vna quidē res iuxta simplicē suam naturam nobis occurrit, sed omnes multipliciter tēperate mixtaq;. Colores sine mora cōprehēdimus. at quomodo? nōne foris cum aēre ac lumine, intus in ipso visu cū humido? dulce verō & amarū quomodo probaretur absq; oris humoribus? quid saporis grati naturę vel ingrati? quid ex suffitu odores, nū simplices sincerāsque naturas præ se ferunt? an potius mixtas ex ipsis & aēre, interdum etiā ex igne liquāte horū corpora, & ex facultate quæ inest naribus? Ex his sanē colligitur, nec colores à nobis percipi, sed temperaturā constantē ex subiectis & lumine: nec odores, sed mixturā quæ cōstat ē corporū exhalationibus & omnium capace aēre: nec saporis, sed id quod cōficiē ē re gustabili, & humore saliuaceo. Hęc cum ita se habeāt, dānāda est stultitia, seu arrogantia, seu temeritas eorū, qui facile vel asserere, vel negare de quavis re sustinēt. si em̄ simplices facultates absunt, mixtæ verō & collatitæ nos frustrātur, impossibile est vt cernātur inuisibiles, & per mixta intelligatur vniuscuiusque forma, ad eam mixturā cōferētis suā portionē. Quid igitur superest, nisi vt necessariō suspendamus sententiā? Illa quoq; deterrēt ne temerē credamus incertis, quæ penē per totū orbem diffusa sunt, cōmunem tū Græcis, tum barbaris in iudicādo lapsum inducētia quæ nā? institutiones ab ætate tenera, consuetudines patriæ, leges antiquæ, ex quibus vniuersis in nullo cōsentiunt oēs, sed per singulas regiones, gentes, ciuitates, vicos deniq; ac domos, saltē viri discrepāt à mulierculis, & pueri à cæteris. Nam quę nobis turpia vidētur, illis honesta: quæ decētia, illis indecora: iniqua, iusta: impia, sancta: legitima, illegitima: viruperāda, laudabilia: puniēda, honore digna, & cætera decernūtur contra

ria.

ria. Sed quid opus est his immorari prolixius, cū reuocent nos magis necessaria? q; si quis velit omīssis aliis recentioribus spectaculis, inquirere in præsens capitulū diligentius, & examinare singillatim educationes, mores, leges, regionum, gentiū, locorum, ciuitatum, subditorum, principum, clarorum, obscurorum, liberorum, seruorum, doctorum, indoctorum, non vnā alterāque diem, nec mensem aut annū, sed totam vitam in hoc conterer vel longissimā: nihilominus pleraque considerationem eius effugient. cum igitur alij ab aliorum iudicio non modicū distent, & adeō discrepent, vt pugnent etiam inuicē, necessariō cōsequitur vt etiā allabantes imaginationes rerū differant inter se, & pugnantes sint de his sententiæ. quæ cū ita sint, quis est tam demens & delirus vt, certō affirmare audeat, hoc aut illud esse iustū, prudens, honestū, vtile? quicquid enim hic decreuerit, alius irritabit meditato à teneris vnguiculis cōtraria. Equidē nō miror si miscellanea cōfusāque turba, morū legūque vtrūque inductarū serua, ab incunabulis obedire his haud secus ac dñis atque tyrānis assueta, & animā cōtusa colaphis, nihil magis & virile valens sapere, credit acceptis semel maiorum traditionibus: & mentem sineus in exercitā, sine scrutatione ac examine vel affirmat vel negat. philosophos quos vocāt miror, quorum plerique simulantes se venari manifestā in rebus certitudinē, ceteruatim diuisi, decernunt dissona, interdū etiā contraria, non de vna quapiam haud magni momēti re, sed propemodum de omnibus magnis paruisque, de quibus solēt quærere. cū enim hi mundum infinitū inducant, illi finitū: hi creatum affirmant, illi negent: hi sine præde principēque, temerē arbitrato suo ferri eum contendunt, illi credant prouidentia, curaque mirifica & vniuersum & partes eius Deū regere ac gubernare ita vt in tuto sint: qui fieri potest vt de subiectis rebus eisdem cōceptus habeāt? iam quæ in natura boni considerāda imaginationes obueniūt, nōne suspendere assensionem potius quā assentiri cogunt? dum alij bonum esse cēsent solum honestum, idque reponunt in anima: alij diuidūt hoc in quasdam minutias, & vsque ad corpus externaque protendant. hi dicunt felicitates à fortuna cōcessas, corporis esse satellites, vt sapientiam, robur, integritatem, omnium sensuum, & huiusmodi cætera stipantia regiam animā, cum enim tres sint bonorum ordines, tertium & extremum secundum & medij propugnatorē esse secundum verō primi munimentum protectoriumque factū maximum. De his ipsis, & de diuersis

diuersis vitæ rationibus, de finibus ad quos actiones omnes dirigenda sunt, deq; aliis innumeris quæ tractantur in rationali morali, naturaliq; philosophia, disceptationes nascuntur ineffabiles, de quarum nulla in hodiernum vsq; disceptatores isti cõsentiunt, meritò igitur cum duabus filiabus, cõsilio assensioneq; coniuñctus & vnà cubans intellectus, ignorantia laborare inducitur, dicitur enim, & nesciuit quando accubuerunt, aut quãdo surrexerunt filia. nam nec somnũ, nec vigiliam, nec quietẽ, nec motum videtur certò cõprehendere: sed etiã cum optimè cõsuluisse putatur, inconsultissimus deprehenditur, rebus ad expectatum finẽ non peruenientibus: & quoties subscribere quibusdam vt veris placuit, facilitatis incurrit infamiã, quam primũ cõperiuntur incerta dubiaq;, quibus prius crediderat, vt certissimis: itaq; cũ negotia soleãt cõtra opinionẽ cadere, nihil tutius fuerit quã assensum suspẽdere. Hastenus de his, nũc vertamõ sermonem ad sequẽtia, diximus suprã temulẽriã nomine significari etiã illud quod multis sæpe attulit noxas maximas ignaui vẽris studiũ, cui deditos videre licet, etiã si omnes corporis lacunas expleuerint, adhuc tamen inexpletas ac inanes habere cõcupiscẽtias. isti quãuis præ saturitate distẽt ad modicũ tempus tanquã athletæ lassì respirãt, tamen mox ad idẽ certamen reuertuntur. Proinde rex Aegyptiã regionis, id est corporis, paulò antè infensus visus pincernã ministro temulẽtiã, mox ei recõciliatus in sacris libris introducit, gliscẽte cõcupiscẽtia tactus eius desiderio, idq; in die natiuitatis corruptibilis, non in incorruptibili luce illius Ingeniti luminis. dicitur enim fuisse dies natalis Pharaonis, qñ è carcere principẽ pincernarũ reuocauit ad ministeriũ. hoc enim propriũ est amatori corporis, vt præclaras putet res natas & corruptiles, eò q; densissimis tenebris præpediat, quò minus noscat incorruptibiles. ideo statim principium voluptatẽ temulentiã, eiusq; ministrũ beneuolentiã cõplectitur. Sunt autẽ luxuriãtis animæ tres familiares cubicularij, princeps pistorũ, princeps coquorũ, princeps pincernarum, quorum admirandus ille Moses sic meminit: Et iratus Pharao duobus eunuchis, pistorum principi & pincernarũ principi, misit eos in carcerẽ principis coquorum. est autẽ & coquorum princeps eunuchus. dicit enim aliubi: abductus est Ioseph in Aegyptũ, & emit eum eunuchus Pharaonis princeps coquorum. & rursus: Vendiderũt Iosephũ spadoni Pharaonis coquorum principi. sed cur nec viro nec mulieri cõmittuntur dicta officia?

cia? An quia seminare viris, semẽ excipere mulieribus à natura datũ est, ex quorũ cõgressu & natiuitas omnium & generis conseruatio prouenit. sterilis autẽ castratãq; animæ officium est gaudere pistoriis operib; sumptuosis atq; poculis. & curiosis condimentis cupediariorũ, vt quẽ nec virtutis verè masculũ semẽ emitere valeat, nec emissum excipere nutrirẽq;, sed tanquã exile saxosumq; aruũ, tantũmodo apta sit ad corrupendum ea quæ semper viuere debuerãt. Hic decretum statuitur cõmuniter omnibus vtilissimũ, quòd quivis opifex voluptatis non gignit sapientiam, cũ nec mas sit nec foemina: & cũ nec indere nec excipere sit idoneus semina ad immortalitatem facientia, meditatatur quòd turpissimum est in vita exercitium, vt corrupat incorruptibilia, & extinguat insitos naturæ igniculos inextinguibiles. taliũ nulli Moses permittit ingredi ecclesiã Dei. interdicit em̃ ne spado & exectus ingrediatur in ecclesiã domini. quid enim nõ valenti sapientiã gignere profuerint sacre cõciones audite, cui fides execta est, nec potest seruare depositũ vtilissimorũ vite dogmarum. proinde tres sunt qui curant conuiuium humani generis, princeps pistorum, pincerna, cupediarius. meritò, quia sunt tria quibus vti & frui cupimus, cibi, cupedię, potus. sed alij cõtenti sunt solis necessariis, quæ ad salubriter liberalitẽq; viuendum requiruntur: alij querunt immòdica, nimia, superflua, quẽ appetitus excitant, & corporis lacunas multitudine onerãt ac opprimũt, magnos & varios morbos parere solita. Et vulgus quidem voluptati, concupiscentiis affectibusq; deditotũ, sicut in ciuitaribus plebeij, non inuidiosam vitam viuẽtes, & paucis rebus opus habẽtes, nõ egẽt variis curiosisq; ministeriis, cõtenti simplicibus coquis, pincernis atq; pistoribus. qui autem putant se imperare ac regnare in viuendo suauiter, & ad hunc scopum omnia minora maiorãq; referunt, dignos se æstimant ministris principibus coquorum, pincernarũ, pistorũq;, hoc est in vnoquoque horum absolutissimis. nam placentarũ, popanorum, liborũq; varia genera, non materiis tantũ, sed & modis conficiendi formisq; diuersa, non tantũ ad gustum, sed & ad aspectum illicitũ curiose inuenta, exercẽt pistores eximios. examen autem vini in lotium abeuntis facile nec lædentis caput, aut contrã augẽtis sanguinem & olentis suauiter, multum parũve aquæ ferentis, & ad vehementem intensãq;, aut remissã lenẽq; potationem facientis, caterorũq; similibus, ad pincernarũ præfecti officium pertinet, in hac arte absolutissimi.

micatèrum pisces auésq; & id genus alia parare, & obsonia cõ
dire callent insignes cupediarij, non tantùm quæ auribus didi-
cerunt & oculis, verùm etiam quòrtidianis experimētis, dum vi-
tæ delicatæ ac tenellæ, sed non optada, semper noui aliquid ex-
cogitât. quos omnes eunuchos esse steriles sapiētiæ docuimus.
is autem cui recõciliantur, ventris rex intellectus pincerna est.
nã suaptè natura genus humanum est ad vinum proclive quo
vix vnquam saturatur, quando somno, cibo, coitu, similibusque
rebus nemo non expletur, mero autem non item, præsertim qui
exercent hoc studium. bibendo enim sitiūt, incipientes à mino-
ribus cyathis: procedente verò potatione iubent pincernas in
maiores infundere calices, postquam incaluerunt iã parum sui
cõpotes, infundibula, crateras, amyctides integras exhauriētes,
& merum ingurgitantes, donec profundus somnus occupet iã
nec seipos nec quæ ingesserunt cõtinere valentes, regurgitan-
te potu nimio, & tamen sic quoq; insatiabilis appetitus, tanquã
famelicus, furere non desinit. vitis enim Sodomorum vitis eo-
rum est, vt inquit Moses, & palmes eorum è Gomorra. vua eo-
rum vua fellis, & botrus amaritudinis ipsi. furor draconũ vini
eorũ, & furor aspidum insanabilis. Sodomia orbitas siue cæcitas
interpretatur. vitis autè hæc eiúsq; fructus, significat homines
vinolentia, gula, turpissimísq; voluptatibus perditos. ceterũ
quod latentius subindicatur hoc est: veræ lætitiæ nullum ger-
men in anima sui amante intitum esse, quòd talis sanas radices
nõ habeat, sed incendio redactas in cinerẽ, in qua pro aqua ful-
mineis flãmibus, Deo iustè animaduertente in impios, cælũ plue-
rat inextinguibilibus. non deesse tamen in ea concupiscentiæ
plantas maximas, honestatis steriles. quãdoquidem is affectus
exardescit in omnia spectatu digna, conferturq; cum vite: non
ista matre mirum fructuũ, sed ea quæ amaritudinem, malitiã,
vafriem, irã, furorem morésq; irritabiles pferre solet, mor-
dens animã in morem viperarum & aspidum, venenatos mor-
sus & omnino incurabiles habentium: quos deprecamur votis
assiduis, obsecrãtes Deum clementissimum, vt siluestrem hæc
vitem eradice: eiiciãtq; omnes eunuchos & virtutis steriles in
perpetuum exilium: & pro his in animis nostris mites plantas
inferat per disciplinam rectam, largiaturq; nobis fructus acra-
tiones verè masculas, à quibus seminari possint actiones hone-
stæ, & virtutes incrementum accipere, vt cum felicitate habe-
mus conseruemusque sempiternam consuetudinem.

PHIL

PHILONIS IVDÆI, de his verbis, Resipuit Noë.



DOSTOYAM ea quæ de ebrietate secutæque
hanc nuditate legislator dixit, enarrauimus:
accedemus ad ea quæ deinceps cõiuncta sunt.
sic enim in sacris literis scriptum sequitur:
Resipuit Noë à vino, & cognouit quicquid
fecerat ei filius natu minimus.]Sobrietas non
solum animabus, verùm etiam corporibus, omniũ confessione
vtilissima est. nam & infirmitates arcet. è nimia repletionè na-
sci solitas, & sensus mirificè acuit, nec finit corpora plus iusto
grauata corruiere: sed attollit ea simul & subleuat, reuocans ad
officia propria, omnibus eorum partibus opportunissima. In
summa, quantorum malorum autor est ebrietas, tantorum edi-
uersò bonorum sobrietas. ergo quandoquidem etiam corpori-
bus, quibus peculiariter vini potus prodest, amica est sobrietas,
nõne multò magis animabus? à quibus omne mortale alimẽ-
tum alienum est. quid enim sobria mente præstantius est apud
homines? quæ gloria? quæ diuitiæ? quod robur? quæ potètia? de-
niq; quid aliud ex his quæ mirantur homines? adsit modò ani-
mæ oculus, qui rotas collustrare omnia valeat, nulla sui parte
suffusus humoribus, aut nictatione impeditus. tunc enim acutis-
simè cernens, ipsũq; intellectũ & prudentiã intuens, occurret
simulacris intelligibilibus, quorum spectaculũ demulcens ani-
mum nõ sinet posthac flecti ad quicquã sensibile. Et quid mirũ
si animæ sobriæ cernentiq; acutissimè nulla creatura potest æ-
quari honore? quãdo corporei quoq; oculi, & lux ista sensibilis
apud nos omnes habetur in honore maximo? quãobrem multi
visu amisso, vitã etiã vltro abiecerũt, existimantes mortẽ malũ
esse cæcitate leuius. quãto igitur anima præstãtior est corpore,
tãto mens præstat oculis, quæ si illeesa sit & expers noxæ, à nulla
iniquitate temulentiæ simili oppressa, somnum quidẽ ablegabit
causam obliuionis officiorũ atq; pigritiæ: vigiliã autè cõplexa
cernet acutè quicquid spectatu dignũ fuerit, excitata à memo-
ria, & occupata actionib; tali cognitioni cõgruentib;. Talis est
cõstitutio sobrij hoĩs. ceterũ iuniorem filiũ dicens, nõ ætatis
nomẽ scribit, sed qualibus moribus præditi sint rerum nouarũ
amatores indicat. alioqui quomodo nõ vidẽda videre cõtra ius
fãsq;

fasq; conatus esset, aut silēda eloqui, aut domi cælanda proferre in propatulum, & trāfilire animæ terminos, nisi per curiositatem ausus fuisset quod nemo antea, deridēs casus alienos, qui debuerat ingemere, nec cauillari in tali re postulante reuerentiā vultūq; seriū. hic certē mos est legislatoris, vt & prouectos ætate appellet iuuenes, & eos qui nondū senuerunt, seniores: nō respiciens annorum, numerum, aut tempus breue lōgūve, sed impotentias animæ, quæ mouetur melius aut deterius. Ismaëlē penē vigesimum annum agentē, cum virtutibus perfecto Isaac collatum, nominat puerulum. Sumpsit, inquit, panes & vtrē aquæ, & dedit Agar; imposuitq; super humerū eius, & puerulū; quando eos ē domo ablegauit Abrahā. ac rui sumi: Proiecit puerulum sub vna abiete. & : Non videbo mortē pueruli, atqui ante natum Isaac annum tertiumdecimū egressus Ismaël circumcisus est: & post alterius iam septēnis ablactationem, ne spurcius cum legitimo ex æquo luderet, vnā cum matre pulsus est. & tamen quamuis iuuenis vocatur puerulus, sophista ipse collatus cum sapiēte. Isaac enim sapiētiā, Ismaël sophisticam sortitus est, sicut vtriusq; personam in quibusdā dialogis exprimimus, nam sicut se habet admodum puer ad virum perfectū, sic se habet sophista ad sapiētē, & disciplinæ encyclicæ ad virtutis scientias. In cantico etiam maiore populū vniuersum ad res nouas proclinantē insipientis & infantis ætatis nomine pueros vocat. Iustus, inquit, & sanctus dominus: peccauerunt ei pueri eius reprehensibiles, generatio praua & peruersa, hec cene redditis domino: itāne populus stultus est & non sapiens? An nō aptē alloquitur homines probrum habentes in anima, per stultitiā ac dementiam sæpe labentes in rectæ vitæ actionibus, non puerilē ætatem corporis aspiciens, sed ad mentis infantiam expertem rationis ac veritatis, ad eundem modum & Rachel, id est formositas corporis, iunior quā Lia pulchritudine animæ describitur, nam illud mortale, hæc immortalis est, & quicquid pretiosum videtur sensibus, à sola pulchritudine animæ vt imperfectū vincitur: quapropter & Ioseph iuuenis semper ac natu minimus dicitur, cum em̄ præficatur gregibus vnā cū germanis fratribus, iuuenis appellatur, & pater vota pro eo faciēs ait: Filius accrescēs minimus natu, ad me reuertere. Hic est ille qui pugnat pro omnibus corporis potētis, externarū opū haud fictus amicus, qui senioris animæ antiquius pretiosiusq; bonum nōdum perfectē inuenit, si enim inuenisset, vel totā Aegyptum perpetuò cursu fugiens

fugiens abiuisset. nūc verò sibi placet, eò q̄ illam nutriat alarq; cuius bellatores ducēsq; submersos ac perditos vidēs Israēl hymnum Deo cecinit. iuuenis est igitur moribus, qui nūdum potest cū germanis virtutibus pascere, id est brutam animæ naturam curare ac regere, sed adhuc bona quæ videntur præfert his quæ verē sunt, quāuis aut incrementis proficiat in melius, tamē iunior ad perfectū collatus censetur, eum qui bonū in sola honestate collocat: quamobrem adhortās ait, Ad me reuertere: ac si dicat, senioreni sentētiā expere, non omnia iuueniliter age, iam tādē virtutē propter ipsam dilige, nec tanquā puer insipiens fortunæ bonorū splendore percussus, decipi te ac falsis opinionibus repleti patere, atq; ita satis demonstratū puto, iuuenem in sacris literis sæpe vocari nō ætate vigentē, sed eum qui habet animā temerariam & nouarū rerum cupidā: iam ostēdemus non ætate sed honore præstantes nominari seniores. Quis enim versatus in sacris libris ignorat, quòd ille sapientissimus Abrahā breuioris quā vllus penē omnium maiorū suorū inducitur: illorum tamen qui diutissimē vixerunt nemo quod sciam, sed solus hic scribitur senior, dicunt igitur sacra oracula, quòd Abraham erat senior ætatis prouectæ. & Dominus benedixit abrahamo rebúsq; ipsius omnibus, quod mihi videtur subiunctum tanquam causa præcedentium, cur senior dicatur ille sapiens. Cum em̄ à benigno Deo bene afficitur animæ pars rationalis, nec vnā modò, sed omnes benedictionis species accipit, seniliter sapit, atq; ita fit senior, sic & cari Deo populi confistorium, quod cogitur ex decies septeno numero, seniores solent nominari. Dicitur enim: Conuoca mihi septuaginta viros è senioribus Israēl, quos tu ipse nosti quod seniores sint. Ergo non eos quos vulgus senes existimat, quippe curandis sacris præpositos, sed quos solus hic sapiens nouit, seniorum appellatione dignatur, quos enim hic reprobauerit tanquā bonus mēfarius, falsam virtutis monetā habentes, iuuenili temerariōq; sunt omnes animo, quos autem commēdare voluerit, probati & iuxta prudentiam seniores censendi sunt, certē vtrunq; quod dixi eruditę aures in vno legis edicto possunt agnoscere clarissimē. Si habuerit, inquit, homo vxores duas, vnā dilectā, alterā odiosam, & pepererint dilecta odiosaq; & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitū & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscat primogenitū, dabitq; ei

bitq; ei de his quæ habuerit cūcta duplicia. iste est enim principium liberorū eius, & huic debetur primogenita. Obseruasti iam quod dilectæ filium nunquā seniore[m] vocat aut primogenitum, odiosæ verò filium sæpius. atqui prior ille natus, odiosæ verò filius posterior, apparet in edicti principio: Si pepererint, inquit, dilectæ odiosq;. At tamen prioris partus quāquam antiquior, à rectè iudicāte iunior decernitur: posterioris verò filius quamuis prærogatiua tēporis careat, maiore antiquiorq; portione, dignus habetur. Quam ob rem quoniam harum mulierum alteram dilectam voluptatis, alterā odiosam prudentiæ, significatiuam dicitur. illius enim cōsuetudinē vulgus eximie diligit, et ceteris & veneficiis suis alliciētē homines à die natali vsq; senectutem vltimā: huius autem tetricos verēdōsq; mores odit miserē: sicut insipientes pueri parētum aliorūq; suorum vtilia quidem, sed parum iucunda monita. ambe in anima pariunt, altera studiū voluptatis, virtutis altera, sed voluptatis itudiū, partus imperfectus est, & nunquā non puer, modis omnibus, etiā ad annosam ætatem perueniat. ediuerso virtutis amor ab incubulis (iuxta proverbiū) in prudentiæ senatum allegitur, nunquam seclusus senium. ideo disertè dictū est de virtutis vulgō exolæ filio, quod hic sit filiorum principium, quippe natus simul & principatu primus, cui ius primogenitorū debetur lege naturæ, non iniquitate hominum. hanc igitur legem secutus propheta, quam pro scopo sibi proposuit, consequenter inducit Iacob minorem natu quā[m] Esau: quoniam imprudentia mox à prima etate nobiscū coalescit, honestatis æmulatio serò nobis in nascitur, quāuis suapte vi sit quā[m] illa antiquior. Quapropter Esau fratri cedit iure primogenitorū, quod alter sibi libēter asserit vt debitū. Huc facit & quod filiis Ioseph accidit, si inspicitur diligentius: quādo numine correptus ille sapiēs ad motus ad se nō directè manus imposuit in capita, sed decussarim, vt læuatāgeret eum qui videbatur senior, iuniori verò dextrā impone-ret. vocatur autē natus grādiōr Manasses, iunior verò Ephraim. Quæ nomina si interpreteris, memoriā & reminiscentiā significare inuenies, interpretatur enī Manasses Ex obliuione, quod nomē est alterius, videlicet reminiscencia. Nā qui reminiscitur eorū quæ oblitus est, excedit ex obliuione. Ephraim verò fertilitas memoriæ, appellatio conuenientissima, quia fructus vtilissimus & reuera vescus est animabus, memoria in rebus indifferētibus. ceterū memoria viris demū & robustis contingit, ideōq;

iunior

iunior cēsetur, ob natiuitatem serotinam. obliuio verò & reminiscencia penē alternis à prima etate cum vnoquoq; cōuersantur. Quamobrem temporis prærogatiuam habēt, & ad læuam statuuntur à sapiente ordinum peritissimo. virtutis autem primogenita obuenient memoriæ, quam Deo carus homo dextra dignatur, & portione potiore. Ergo postquam ad se redit iustus ille & cognouit quid ei fecisset iunior filius, imprecationes diras exerit. ita est profecto, quādo mens ad sobrietatem redit, sentit quid à nouatrice malitia passa sit antea, quando per ebrietatem aduertere non poterat. nunc cōsideremus cui maledicat. nam & hoc vnum è scrutatione dignis est: quoniam nō filio qui peccasse videtur, sed huius filio, suo nepoti maledicit, cuius nullum crimen extat vel magnū vel exigū. nā ille qui patrem curiosis oculis spectare sustinuit & spectatū irrisit, atq; etiā irridēdum prodidit, Cham erat ipsius Noë filius, in quem autē alieni peccati culpa & maledictio cōfertur, est Chanaan. dicitur enim: Maledictus Chanaan puer verna, seruus seruorū erit suis fratribus.] Quid, inquam, iste commisit? animaduenterunt hoc fortasse legisperiti, quibus promptum est causas huiusmodi reddere. nos verò sequendo rectam rationem, propositæ quæstionis solutionē scrutabimur, vbi pauca necessariò præfati fuerimus, Status & motus inter se differunt. ille quiescit, motus agitur, cuius duæ sunt species, altera migratiua, altera se voluēs eodē in loco. statui germanus est habitus, motui verò actus. id appo-sito exemplo demonstrabimus euidentius. Fabrum, pictorem, agricolam, musicum, & alios artifices etiam si quiescant, nec in vllō versentur harum artium opere, nihilominus solemus iam dictis vocare nominibus, quando suæ quisq; artis peritiā assecutus est atque scientiam. sed vbi faber lignarius tractat materiam: pictor suis coloribus tēperatis figuras quas vult deliniat in tabula: agricola in terræ sulcos iactat semina, aut palmites propagat vel plantat arbores, rigando riuosq; inducendō plantis alimentum necessarium suppedirans, aliāque rustica tractās opera: musicus item tibiis, citharis, ceterisque instrumentis ad omnigena metra & rhythmos aptè vtitur: aut omis-sis manufactis per naturalia vocem expedire potest concinnam congruentēque sonis omnibus, aliūve quicumque artifex artem suam exercet, tum præter dicta scientiarum nomina quiddam aliud de eis prædicatur necessariò: de fabro quòd fabricet, de pictore quòd iam pingat, de agricola item quòd terrā colat: de musico

q ij

quòd

quod pulset citharā, aut tibia vocēq; canat, aut simile quippiā faciat. utros igitur vituperamus aut laudamus? an non eos qui agunt & operantur: si bene, laudem lucrantes: si contra, vituperium: qui verò scientia contenti nihil faciunt, auferunt tantum securum præmium silentij, eadem ratio in stultos cōpetit, & in vniuersum in virtutem atq; vitium. prudētes, temperati, fortes, iusti sunt innumeri animo, qui huc euaserunt naturę felicitate, institutis legitimis, labore improbo puicaciq;. ceterū pulchritudinem expressam rerū administrationibus nō potuerūt ostendere propter paupertatem aut obscuritatem, aut morbum corporis calamitatēsq; ceteras, quæ humanam vitam obambulāt. hi bona sua quasi vinctā clausq; possident. alij verò his solutis, dimissis, liberisq; vtūtur omnibus, habētes ostentādi hęc materiam copiosissimā. prudens quidem curā, vel publicæ rei vel domesticæ, vbi cōsulendi atq; intelligēdi vim proferet: tēperatus cæcas diuitias luxurię seruire solitas ad vsum & meliorē vsum reuocabit: iustus pro magistratus potestate dabit operā, vt suis cuiq; rebus frui liceat. Virtutis meditator pietatem exercebit, & parato sacerdotio curam locorum sacrorum atq; ceremoniarum geret, quæ nisi accedant, sunt quidem virtutes, sed immotę quietaq;, quemadmodum aurum argentūmq; in obscuris terre latebris abditū ad nihil vtile. ediuersō videre licet innumeros timidos, luxuriosos, insipiētes, iniustos, impios, esse intus in animo, nec tamen posse vitiorum singulorū turpitudinem exerere quod opportunitate ad peccādum careāt. quod si se offerat qualem cupiūt occasio, terram & mare vsq; ad extremos terminos implere cladibus, & nihil vel paruum vel magnum illæsum sinere, sed vno impetu subuertere corrumperēq; omnia. Quemadmodum enim vis ignis tātis per dum materia caret quiescit, qua accedente incenditur: sic quæ sunt in anima potētia spectātes virtutem aut vitium, extinguntur destitutæ (vt dixi) opportunitatibus. fortuitis autem excalescunt, occasionibus. quorsum autem hæc dicta sunt? nisi, vt doceamus, quod filius Noë Cham quiescētis vitij nomen habet, nepos autem iā mouentis se. Chā enim interpretatur calor, Chanaan commotio. calor autem in corpore febrem indicat, in anima vitium. nam sicut qui febre decumbit, nō vna quapiam parte, sed toto agrotat corpore, ita totius animę infirmitas est vitium. Hoc iam quiescit, iam mouetur, motū eius vates hebraico nomine vocat Chanaā. nullus autem legislator pœnam decernit cōtra iniustos quiescentes, sed quociens

ties mouentur, & exercent iniusta opera: sicut ne mordaces quidem bestias vir moderatus occidet, si absit morsus periculū. tollenda enim est ex animo crudelitas procliuis ad cædē omniū. meritō igitur hic iustus videtur seruare maledictionem suo nepoti Chanaan. videtur, inquam, quia si nō actu, potentia tamen filio suo Cham per illum maledicit. motus enim ad peccādum Cham, ipse fit Chanaan. Vnum enim subiectū est vitium, quod nunc in statu, nunc in motu consideratur, antiquior autē status quàm motus, vt eius quod stat, id quod mouetur, videatur progenies: ideo iuxta naturæ ordinem Chami filius Chanaan scribitur, scilicet motus quietis, vt & illud alibi dictū confirmetur. Reddens iniquitates patrū in filios in tertiā quartāmq; generationem. Cōtra hos enim affectus cogitationum & quasi partus pœnæ procedunt quæ ipsas manebāt, ni accedat factum culpabile, euasuras accusationis periculum. Quamobrem & in lege de lepra ille modis omnibus maximus Moses, motum quidem eius & serpigine impetiginēmq; proscribit vt in purā, quietē autem purā pronuntiat. dicit enim: Si diffundatur in cute, cōtaminatū sacerdos pronuntiabit: purū verò si lucens candor eodē loco maneat. itaq; immunis est quies à vitiis & affectionibus animæ. id enim per leprā subindicatur, quod non fit dānationi obnoxia: motū autē & impetū eius dānari meritō. simile quiddam in sacris Geneseos literis cōtinetur euidentius. dicitur em̄ ibi ad illū nequā: heus tu, peccasti, quiesce. quia peccatū propter motum actionēmq; vitiosam damnatur: quies verò propter statum & silentium inculpabilis & salutaris est. Hactenus satis, opinor, præfati sumus: nunc execrationē quomodo se habeat inspiciamus. Maledictus, inquit, Chanaan puer, seruus erit fratrum suorum: & benedictus Deus Sem, & erit Chanaan seruus eorū.] diximus aliquando Sem cōmunem nominis rationem habere cum bono quando non speciale nomē habet, sed generale hoc ipsum Nomē: quia & bonū solum nominandū est, vt fausti omnis & celebratione dignū: sicut ediuersō malum infaustum nec nominādum. quid igitur bona prædito natura precatur? quod est eius, votū nouum & eximiū, cuius mortalis nemo facit cōpotem, à quo ceu quodam oceano copiosi perrēnēsq; fontes bonorum funduntur atq; profluunt: nam dominum Deūmq; mūdi, omniūmq; in eo cōtentorū, priuatim, & per excellentiā Deum Sem inuocat: quod vide quàm sit omni fastigio sublimius. cui enim hoc cōtigit, totius mūdi honorē æquat. cum enim præses

curatorque amborum idem est, necessario sequitur ut & quæ curantur, honore sint paria. an-non largissima sunt hæc, munera? nam sensibilis mundi herus ac benefactor pronuntiatur his verbis, dominus Deus: intelligibilis verò boni seruator & benefactor tantummodo, non herus aut dominus. Quicquid enim est sapientia præditum, amicum Deo non seruum est. id quod ipse fatetur de Abraham. Num cælabo ego amicum meum Abraham quid facturus sim? quæ fors cuiusque contigit, is humanæ felicitatis terminos transgreditur. solus enim hic est patritius, quippe qui patrem cedere Deum potest, solus adoptiuus eius filius, non diues, sed omnia possidens, qui solus deliciatur in copiosis verisque bonis, nunquam senescentibus, perpetuo virentibus: non nobilis, sed bona fama celebratus, laudem habens non adulatione adulteratam, sed veritate stabilem, solus rex, quippe qui à summo rege potentiam & potestatem accepit irrefragabilem, solus liber, manu missus ab heri morosissima vana gloria, quam efferentem se supra modum ex arce superna liberator Deus deiecit. hunc tantis tam eximiis confertisq; bonis dignum habitum quid decet facere, nisi sermonibus, canticis, hymnis benefactori suo gratias agere? & hoc est, ut mihi sit verisimile, quod his verbis subindicatur: benedictus Deus Sem] quoniam qui Deum in sortem accepit, is merito debet eum solum laudare ac benedicere, quando hoc tantum habet quod reponat, nec valet referre vllam aliam gratiam. hæc sunt vora pro Sem facta: quæ pro Iapheth fecit qualia sint videamus. Dilatet, inquit, Deus Iapheth, & habitet in domib; Sem; & fiat Chanaan seruus eorum.] Eius qui solam honestatem bonum existimat, finis est breuior. in cæta enim rerum nos circumstantium copia, ad solam mentem rectricem se applicat. Eius autem qui tria facit bonorum genera, animi, corporis, externa, rem concidens in multas particulas dissimiles, finis dilaturatur. Quapropter propriè huic precatur latitudinem, ut etiam virtutibus animæ, prudentia, temperantia, cæterisque singulis uti valeat, præterque sanitate corporis, integritate sensuum, viribus & robore, & id genus rebus aliis. adhæc externis quoque lucris, quæ ad diuitias, gloriam, vsum fructum necessariorum voluptatum faciunt: hæc de latitudine. Considerandum cui precetur, ut in domibus Sem habitet: non satis enim id declarauit. Possumus tamen dicere, eum de omnipotente hoc velle intelligi. Quæ enim domus in omni creatura inuenitur dignior quam

quam Deus inhabitet, præter animam perfectè purgatam, quæ solum honestum bonum existimat, cætera censeat rationi subdita, & huic debere obsequium, dicitur autem in domo habitare, non ut in loco: continet enim omnia, ipse à nulla re continetur: sed tanquam illius loci curam genes præcipuam. Quisquis enim domum possidet, necesse habet ut ei provideat. Proinde in quemcunque bonum illud Deo carum impluit, perat ut omnipotens in ipso habitare dignetur: ut paruum hoc ædificium, mentem videlicet, in altum sublatum à terra extremo cælo inferat. cæterum precationis verba pulchrè coaptantur, nam Sem tanquam radix virtutis honestatisque supponitur, ex qua frugifera planta sapiens ille Abraham succreuit, ex quo nata progenies ille à seipso doctus Isaac fructus est, ex quo rursus per labores seminantur virtutes, in quibus decerrat Iacob ad luctam cum affectibus exercitatus per angelos, ratione vinctus non oleo. ab hoc principe duodecim tribus descendunt, quas diuina oracula aiunt esse regnum & sacerdotium Dei, à primo Sem egregiè procedente serie, iuxta votum Deo domos eius inhabitante. est enim regis domus regia, reuera sacra solaque ius asyli habens. Possumus tamen fortasse votum hoc, & ad Iapheth referre, ut in domibus Sem habitet. nam ei qui etiam corporis commoda & externa lucra in bonis numerat, precari conuenit ut ad solum animæ bonum recurrat, ne in tota sua vita aberrat à vera opinione: quæ sceleratissimis etiam exacratissimisque contingunt bona existimans, ut sanitatem, pecuniæ copiam, & id genus alia, cum vera bona malo nulli obuenant: nihil enim malo bonoque commune esse natura voluit. Quapropter tantum voris felicitas ista expetitur, cuius finem non potest quisquam insipiens assequi. hunc finem ille primus probæ posteritatis autor scribitur optare cuidam è domesticis, dicens: Ad me reuertere: ut reuersus in eius sententiam, & solum honestum tanquam bonum complexus, à tergo relinquat diuersas de vero bono existimationes. habitet igitur in domibus illius animæ quæ solum honestum esse bonum asserit. omisis aliorum domiciliis, qui & corporis bona & externa habent in pretio. non immeritò tamen insipientem in seruitutem addicit virtutis cultoribus: ut aut sub dominatione potiorum ad meliorem viuendi rationem transeat: aut si pergat esse improbus, facile pro potestate castigetur à suis dominis.

PHILONIS IVDÆI, de Gigantibus.

Factum est quando cœperūt homines multiplicari super terram, & natæ sunt eis filia. Quærendum, opinor, cur post natiuitatē Noë filiorūmq; illius, humanum genus multiplicatum sit. Fortassis in prōptu causa est. Semper enim collatus cum paucis, magnus numerus contrariorum inuenitur. Ideo generosa vnus indoles, multorum prauum ingenium coarguit. Siquidem pauca quædā quæ fiunt ex arte ac scientia, vel quæ bona & honesta sunt, produnt quàm ingēs multitudo inertū, ignarorum, iniustorū, & in uersūm nequā hominū in suis tenebris latuerit. Viden' q̄ & in hoc quàm latè patet mūdo sol vnus immensas latissimēq; terra & mari diffusas tenebras quàm primū affulget, dispellit? Meritō igitur etiā huius Noë iusti natiuitas eiusq; filiorū ostendit diuersam iniustorū multitudinem. Natura enim ita comparatum est, vt contraria eluceant per cōtraria. Cæterū nemo iniustus seminat in anima prolem masculam, sed qui sunt ipsi parum viriles, fracti effœminatq; cogitationibus & sentētiis, gignunt fœminas, vt expertes virtutis feracis non nisi bonorum fructuum, & plantatores omnium vitiorū affectionūmq;, quarum muliebria sunt germina. Qua de causa filias homines hī genuisse dicuntur, nemo ex his filios. Quoniā enim Noë iustus mares gignit, quippe qui rectam masculamq; rationem sequitur, hoc ipso vulgus iniustum fœminas gignere ostēditur citra cōtrouersiam. Non est enim possibile vt à cōtrariis eadem gignantur, sed contraria. Viderunt angeli Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, & acceperūt sibi ex omnibus quas elegerant. Quos alij philosophi genios, Moses solet vocare angelos. Hi sunt animæ volitantes per aërem. Nec est cur quisquam hoc fabulosum existimet. Necessum est enim vt totus mundus in omnibus sui partibus animata habeat, quādo primariæ partes eius elemētares sibi apta cōtinēt animalia, terra terrestria, mare ac amnes aquatilia, ignis ex igne genita: quæ ferūtur plurima nasci in Macedonia. Cælum itē sidera. Hæc enim in totū sunt animæ immortales diuinæq;: & ideo mouentur in orbem, qui

qui motus mētis cognatus est. Horū enim singulorū mens est integerrima, Proinde necessariò sequit, vt & aër sit plenus suis animalibus. Hæc autē nobis sunt inuisibilia, cū & ipse nō sit sensui visibilis. Nō in ideo quia nō possumus animarū figuras visu assequi, aër eis est vacuus. Comprehēdere autē eas intellectu necesse est, vt simile contemplerur per simile. Nec enim negabimus omnibus terrestribus, aquatilibusq; vitā per aërem & spiritū cōtingere. Quid pestilētia, nōne aëre vitato solet accidere, qui singulos animat: idem q̄ illatus est & innocuus, qualis solet esse flantibus auris septentrionalibus, nōne haustus purioris spiritus multum ad incolumitatem proficit? & credimus eum qui alias aquatiles terrestresq; animates animat, carere animabus propriis: imò cōtrarium est credibilis, etiam si reliqua elemēta nihil animalium gignerent, tamē solum aërem animalia parere, quādo singulari opificis gratia indita sūt huic animarum semina. Harum quædam descenderunt in corpora: quædam semper abhorrent ab omnibus terræ partibus. Harum sibi sacratarum ministeriis summus ille parens & opifex vti solet in administrandis rebus mortalium. At illæ alterę tanquam in flumen descendentes in corpus, aliquādo rapidissimis eius absorbentur gurgitibus: aliquando eluctatæ cōtra impetum, primū enatant, deinde reuolant illuc ynde auolauerant. Hæ sunt animæ supernam quandam doctę philosophiam, quæ ab initio finem vsq; meditantur mortem corporum, vt incorpoream incorruptibilēmq; vitam apud illum Ingenitū incorruptibilēmq; adipiscantur. At quæ submerguntur, sunt reliquorum hominum, qui neglecta sapientia dediderūt se incertis fortunæ flatibus, quorum nullus fert ad optimā nostri partem mentem videlicet, sed omnes ad cognatum nobis corpus cadauerosum, aut ad res magis quàm hoc inanimas, puta gloriam, pecuniam, potestates, honores, & cætera quæ homines nūquam vera bona contemplati, fingunt pinguntque sibi, decepti vanis opinionibus, proinde si cogites, animas, genios, angelos, non tam re differre quàm nominibus, exoneraberis superstitionis onere grauissimo. Quemadmodum autē vulgus dicit bonos malosq; genios, & similiter animas, sic etiam angelos: alteros qui boni vocantur, legatos quosdam vltro citroq; cōmeantes inter Deum & homines, sacrosanctos propter hoc inculpabile pulcherrimūmq; ministerium: alteros ediuersō profanos ac nefarios, quos & ipse abominādos haud falsò dixeris. Testis

est hymnographus, cuius sunt hæc verba in quodam cantico: Emisit in eos iram furoris sui, furorem, iram, oppressionemq; immisionem per malos angelos. hi sunt illi mali angelorum nomen usurpantes, qui rectæ rationis filias scientias & virtutes nesciunt, morti autem obnoxias hominum mortalium progenies consecantur, quæ nullam natiuam secum afferunt pulchritudinem sola mente visibilem, sed fucatam formam qua sensus decipitur. Accipiunt verò non easdem omnes filias, sed alias alii selectas sibi ex innumeris. Quidam per visum, quidam per auditum, quidam per gustum & ventrem, quidam per ea quæ sub ventre sunt, quidam etiam per remotissimas occasiones intendendo suas concupiscencias varias, in talibus impossibile est manere ac perennare Dei spiritum, sicut ipse legislator indicat. Dixit, inquit, dominus Deus: Non permanebit spiritus meus in his hominibus in seculum, quia caro sunt. Manet enim interdum, sed non permanet apud nostrum plerumque. Quis enim est adeo rationis expertus aut animatus, ut nulla unquam de optimo illo maximoque eum volentem nolentemve subierit cogitatio? imò vel scelestissimis obuersatur nonnunquam repentina honestatis imaginatio, quam tamen apprehendere & apud se retinere nequeunt. Statim enim discedit emigratque à tali domicilio, non ferens ius & fas inde profligatum esse: quales nunquam accedit, nisi ut coarguat eos honestatis pretulisse turpia. Dicitur autem Dei spiritus, vno modo aer fluens supra terram, tertium elementum quod super aquam vehitur: quam obrem in opificio mundi ait: Spiritus Dei ferebatur super aquam. Aer enim cum sit leuis attollitur & sursum fertur, aquam pro basi habens. Altero autem modo, immortalis illa scientia, cuius omnis sapiens merito sit particeps. Id ostenditur in artifice ac opifice sacri operis, his verbis: Excitavit Deus Beselelem, & implevit eum diuino spiritu, sapientia, intellectus, scientia, ad omne opus excogitandum. Quibus verbis definitiue quid sit Dei spiritus describit. Talis est etiam Moysi spiritus, qui visitare solet illos septuaginta seniores, ut fiant prestantiores cæteris, & reddantur meliores, non futuri verè presbyteri, nisi participatione illius sapientissimi spiritus. Sic enim dicitur: Auferam de spiritu qui in te est, & imponam in septuaginta seniores. Sed caue putes hanc ablationem fieri per abscissionem disfunctionemque; imò potius qualis ab igne sit: qui etiam si faces innumeras accenderit, idem manet ne tantillum quidem diminutus. Talis est natura etiam scientie. Postquam enim discipulos & familiares peritos omnes reddidit,

nihilò

nihilò diminuitur: nonnunquam augetur etiam, sicut narrat de fontibus, qui frequentantur ab aquatoribus. Nam & hos fertur hoc modo dulciores fieri. Sic continua colloquia, meditatione & exercitium afferentia, perfectionem absoluunt. Quod si proprius ipsius Moysi spiritus, aut cuiusvis creaturæ, tantæ multitudini familiarium distribuendus fuisset, in tot portiones concisus, utique diminueretur. Nunc autem spiritus ille sapiens, qui inest ei, diuinus est, insecabilis, indiuisibilis, probus, qui ubique implet omnia, qui prodest absque suo detrimento impartitus alteri, ut nihil decedat ipsius intellectui, scientiæ, sapientiæ. Quapropter fieri potest, ut spiritus Dei maneat in anima, ut autem permaneat impossibile est, sicut diximus, & quid mirum? quando ne aliam quidem rerum vlla possessio firma & constans est, in tot mutationibus aliis super alias. Causa autem inscitie præcipua caro est, & cum hac intercedens familiaritas: sicut ipse faterur, qui dicit ideo non posse spiritum Dei permanere, quia caro sint. Certè & coniugium, liberorum educatio, paradæ rei familiaris necessitas, obscuritas, egestas, negotia tum priuata tum publica, & cætera innumera sapientiã adhuc florètem arefaciunt. Sed nihil ei tanto impedimento est, quanto natura carniū. Hæc enim tanquam fundamentum ignorantie ineruditionisque; primū ac maximū subiicitur, super quod illæ exædificantur. Anima enim carnis expertes & corporis, desiderantes totos dies in hoc amplissimo vniuersitatis theatro, videndo audiendoque; res diuinas, quas insatiabiliter expetunt, fruuntur voluptate interpellata à nemine. Quæ verò grauatur carminum sarcinis, depressa ab his nequeunt os ad cælestes cursus attollere, sed ceruice demissa, more quadrupedum, pronæ ad terram affiguntur. Quapropter legislator sublaturus è medio concubitus incestos & illegitimos, in hunc modum præfatur. Homo homo, ad omnem domesticum carnis suæ non accedet, ut reuellet eius turpitudinem: ego dominus. Quomodo posset quis magis adhortari ad contemptum carnis & eorum quæ carni amica sunt, quam verbis his: atqui non solum dehortatur, sed & certò pronuntiat, quod quisquis verè homo est, non accedet unquam sponte ad amicas cognatasque corporis voluptates, semper alienare se ab eis meditans. Siquidem hæc vox, homo, iterata significat, non compositum ex anima & corpore, sed virtutibus præditum hominem. nam hic est ille verus, quæ è prisca quidam accensa meridie lucerna, percontantibus obuiis, hominem aiebat se querere. Quod autem vetitum est, ne quis accedat ad quemcumque car-

nis

nis domesticum, habet rationē necessariam, Quædã enim admittenda sunt, vt commoda ista, quorū vsu sanitatem tuemur, Superflua verò in malam rem ableganda, à quibus accensæ cupiditatis absumunt omnes virtutes vno incēdio. Proinde non ad omnia quæ carni amica sunt, appetitus excitetur. voluptates enim ferociētes per sæpe canū more adblāditæ, repente mutatae morsum infigunt insanibilem. itaq; virtutis amicā frugalitatem cōplexi præ caris corpori, turbam ingentē hostium pertinacium profligabimus. Quòd si quādo tēpus improbè postularit, vt suprā sufficientē modū accipiamus aliquid, ipsi tamē non accedamus. dicit enim: Non accedet ipse reuelare turpitudinē. Hoc explicādum est quid sit. Sæpenumero quidã qui nullas cōgesserunt pecunias, tamen in re lauta fuerunt. Alij minimē cupidi gloriæ, consensu ciuiū laudati honoratq; sunt. Quibusdã præter omnē spem magnum robur contigit. Omnes isti discant non esse accedendum mente ad quicquam talium: hoc est, non esse hæc vltra modum suscipienda, sed sic existimādum, hæc singula adeò nō esse bona, vt sæpe magnā cladem afferat vel pecunia vel gloria vel robur corporis. sunt enim hi proprij reditus, auarorum pecunia, ambitiosorum gloria, robur verò istorū qui certaminibus delectantur & gymnasiis: qui omnes animā præstantiorē dederūt in seruitutē deterioribus rebus inanimis, sed quicunq; secū habitant, splēdas istas & multis cōcupitas felicitates intellectus imperio subiiciunt. accipiēdo eas quoties vltro veniunt in rectum vsu, sed longè disitas nō accedēdo, quippe qui vel sine his possunt felices euadere. Quisquis autem has ē propinquo & ē vestigio sequitur, replet philosophiā opinionibus turpibus: & ideo turpitudinē retegere dicitur. Nonne in propatulo sunt probra istorū qui se vocant sapientes, dum sapientiā vili pretio tanquā sub hasta in foro vēditant, nunc præfenti lucro exiguo, nūc blanditiis suauiloquis, nūc pollicitationibus quouis somnio vanioribus. Quod autem subiūgitur, Ego dominus, perpulchrè apteq; ad docendum dictum est. Quasi dicat: cōfer bone vir, bonū carnis cum bono animæ cæterarūq; rerum omnium. illud carnale bruta voluptas est. Hoc verò vniuersale diuina mēs numēmq;, quod regit omnia. Bella collatio quæ possit similitudine fallere: ac si quis animata cū inanimis, bruta cum rationalibus, cōgrua cum incōgruis, paria cum imparibus, lucē cum tenebris, diem cū nocte, deniq; omnia cōtraria cum contrariis cōferat, & hæc profus eadem esse cōtendat.

Atqui

Atqui hæc tamen cognationem quādam vt creata habeant, tamen Deus ne præstantissimæ quidē creaturæ similis est: quoniā quævis creatura patitur, ille ingenitus est & semper agit. Bonū sanè fuerit non deserere cōstitutum diuinitus ordinem, in quo res gerenda est fortiter: nec transfugere ad effœminatam fractamq; voluptatē, cuius amicitia nocet, prodest inimicitia. mirificam enim habet naturā: quos suis bonis dignatur, eos multat cōtinuò: quos verò his priuat, eos adiuuat maximè. Nocēt enim eius munera, quæ mox ablata profunt. Proinde ò anima, si quod voluptatis amatorium te inuitat poculum, declina ab eo & auerfis oculis in genuinam natiuamq; virtutis pulchritudinem, perge illā intueri, donec amore huius correpta, traharis tanquam à magnete, vt attracta cum adamata cohæreas. Cæterum hæ voces, Ego dominus. non sic tantum accipi debent, ac si diceret, ego perfectū, incorruptibile verūq; bonū, quod quisquis cōplexus fuerit, spernet ista imperfecta carni hærentia: sed perinde quasi diceret, ego princeps, rex & dominus. Nec subditis in principū præsentia, nec seruis coram hæris, tutum est iniquè agere. Cū enim præsto sunt castigatores, timor cōtinet in officio, quos non admonet suum ingeniū. Propè est enim Deus qui replet omnia: cuius conspectum ac præsentiam si non reueremur, certè inuictam potentiam, & seueritatem inuitabilem metuendo cōtinebimus nos à maleficio, reputantes quàm grauius aliquando soleat animaduertere: ne sapientiæ spiritus diuinus à nobis demigraret facillè, sed quā lōgissimò apud nos perseueret tempore: quemadmodum apud Mosē illum sapientissimum. Nā hic vtitur pacatissimis habitibus & quietissimis, aut stans aut sedens, haudquaquam natus ad mutationes motūque varios. Dicit enim: Mosēs & cista non mouebātur, siue quia vir sapiēs nunquam à virtute separari potest, siue quia & virtus est immobilis, & vir probus immutabilis, quòd ambo in recta ratione stabiliantur. & rursum alibi: Tu verò hic sta mecum. oraculum enim hoc propheta: redditum est, de statione quieteque immota apud Deum nunquā mobilem. Necessè est enim rectū fieri quicquid applicatur ad sanam regulā. Et hoc est cur mihi videtur nimius fastus cognomine Iothor, percussus inflexo sempèr; sui simili proposito viri sapientissimi exclamare scitādo in hunc modum: Cur tu sedes solus? Qui enim cōsiderat in media pace bellum cōtinuum, non inter gentes, regna, ciuitatesq; subinde nascens, sed in singulis domibus, imò singulis hominibus

minibus, merito miratur posse aliquē frui serenitate in hieme & rāquillitate in fluctibus. Vides quōd ne ratio quidē summa sacerdos, quæ semper immoratur & vacat sanctis dogmatibus, omni tēpore habet ea visendi licentiam, sed vix semel annis singulis? Quicquid enim effertur sermone, non est iu tuto, cum ad duos pertineat. Quando autem sine voce anima sola cōtemplatur eum Qui est, res est securissima, cōstabilita in vnitāte indivisibili. Quemadmodum igitur in multis, id est multos vitæ fines sibi proponētibus, Dei spiritus non permanet, etiam si apud eos versetur ad tēpus exiguum, sed vni tantū generi præsens est, quod exutum nativis affectibus, intra velū quo opiniones excluduntur penetrat ad Deum expeditis nudisq; cogitationibus: sic & Moses extra castra totius corporalis exercitus fixo sibi tentorio, id est mente erecta & in nullā partem proclinante, adorare Deum incipit: ingressusq; caliginem loci non conspicui, manet illic, & initiatur mysteriis sanctissimis. Nec hoc contentus etiā alios his orgiis initiat, doctor rerum diuinarum, quas interpretatur purgatis auribus. huic cerrē semper adest Dei spiritus, in omnem rectā viam deducens. ab aliis, vt iam dixi, discedit ocisimē, quibus & vitæ præfinit terminū. dicit enim: Erunt dies eorum anni centum viginti, sed Moses quoq; post expletū hunc annorum numerū ē mortali vita demigrat. & qui potest aquū videri, vt noxij pares fiant ætate vati tam sapienti? In præsentia hoc solū sat erit dicere, quæ nomine cōmunicant nō omnino esse similia. interdum etiam diuersa toto genere, vt vile ac probatum possint esse paria vel numero vel tēpore, quādo inducuntur & in geminis: cæterū vires habent distantissimas inter se diuersissimasq; diligentiorē autem disputationē de cxx annis differemus quovsq; prophetica vitam totam examinabimus, vbi ad eius mysteria fuerimus idonei. nunc sequamur textus ordinem. Gigantes autē erant in terra diebus illis.] Aliquis fortē putat quæ poëtæ de gigantibus fabulatur hic legislatorē subindicare, cum hæc immēsum distēt à fabulis, & ipsis veritatis inhæreant vestigiis. Ideo laudatas elegantēsq; artes picturā atq; statuariā ē sua republica reiecit, q̄ veritatē mēdaciis vitiet illudētes per oculos animabus facilibus & credulis. Nullā igitur de gigantibus affert fabulā: sed illud te docere vult, alios esse terræ, alios cæli, alios Dei homines. Terræ quidē eos qui venantur voluptates corporis, & harū vsu mfructū, quæ rēdo vnde cūq; singularū materiā. Cæli autem eos qui tenent artes ac sciētias,

ant

aut eas sectantur. Quod enim nostri cælestē est, mens est: quæ & motus cæli considerat, & in reliquis exercet se artibus liberalibus, acumen intelligendis huiusmodi rebus sibi comparās. Dei verò homines sacerdotes & prophetæ sunt, quorū maior est dignitas, quā vt se misceāt humanæ reipublicæ, & mundi ciues sint: sed sublimiores omnibus rebus sensibilibus, migrarunt in mundum intelligibilē, ibi sortiti domiciliū, ascripti reipublice idearū incorporearum & incorruptibilium. Proinde Abraham quā diu hæbat in Chaldæorum terra opinionēq; & nōdum murato nomine vocabatur Abrā. h. c. mo cæli erat, sublimis et heræq; naturæ scrutator, in effectibus eorūmq; causis & id genus aliis philosophādo: ex quo studio & appellationem præsentem sibi quesivit. Abram enim interpretatur pater sublimis, nomen conueniens consideranti sublimia cælestiaq; intellectu, præsertim cum cōcreta huius naturæ nostræ pater sit intellectus pertingens ad ætherē & vltērius. Sed quādo iam seipso melior nomē mutaturus est, fit homo Dei, iuxta redditum sibi oraculum, Ego sum Deus tuus. da operā vt mihi te approbes, & esto inculpabilis. Quod si vnus totius mundi Deus, ob priuatum affectū dicitur huius viri Deus, necessariō ipse quoq; Dei est. Interpretatur enim Abrā pater electus soni, id est intellectus p̄bi viri. est em̄ electus, purgatus, & pater vocis qua cōsonamus. talis autē vni Deo dedicatur, cuius assecla factus, totius suæ vitæ semitam dirigit, incedēs per viam verē regiam, scilicet omnipotentis regis vnici, in neutrum latus declinans & digrediens. at filij terræ mente sua exorbitantes, & puteos fodientes in inanima immobilisq; natura carniū (facti sunt duo in carnem vnā, inquit legislator) adulterauerūt ne misima optimum, desertōq; meliore ordine suo, ad deteriore cōtrariūmq; transfugerunt. Nebrod huius facti principe. Dicit enim legislator. Hic cœpit esse gigas super terrā, interpretatur autē Nebrod transfugiu. Nō enim satis erat miserimæ animæ neutrarū esse partiū. sed accedēs ad hostes arma sumpsit cōtra socios, & apertū his bellū intulit. Ideo Nebrodis regnum fuisse traditur Babylon, id est trāspositio, eadē res quæ trāsugium, pari cognitione rerum ac nominū. Quisquis enim molitur trāsugere, mentem mutat & transponit. Consequens igitur est iuxta Moysen sanctissimū. malum virū esse non modō extorem & exulem, sed etiā transfugam: bonū verò, cōstantissimum socium. Hactenus de gigantibus dixisse contenti, transeamus ad sequentia. Sunt autem hæc.

PHIL

PHILONIS IVDÆI, Quòd Deus sit immutabilis.

POSTEA, inquit, cum ingressi essent angeli Dei ad filias hominum, illæ genuerunt eis.] Querendum quid sibi velit illud Postea. Est ratio, indicans aliquid ex præcedentibus. Præterit autem mentio de diuino spiritu, quem permanere seculis omnibus in multifaria multifariorumque animarum induta poderosissimis carnibus, dictu est perdifficile. Post illum spiritum angeli ad filias hominum ingreditur. Etenim quantisper anima illustratur purissimis intelligentiæ radiis, per quos Deum & eius potentias videt sapiens, nullus nequam angelus subintrat cogitationem, sed extra locum aspersione lustratum omnes excluduntur. vbi verò hebetatum mentis lumen fit opacius, illi tenebrarum amici arrepta occasione fortuita, cum affectionibus effœminatæ, quæ hic vocantur filia hominum, congressi gignunt sibi, non Deo. Quod enim propriè Deo gignitur, virtutes sunt integræ: sicut deprauata vitia ad cognitionem malorum pertinent. Proinde disce si vis, ô mēs, non tibi ipsi gignere, exemplo Abrahami perfectissimi, qui dilectum, vnigenitum, animæ germanum filium, effigiem à seipsa doctæ sapientiæ, nomine Isaac offert Deo, & reddit magna cum alacritate, quasi necessariam debitamque gratiam, vincitum pedibus, vt ait lex, & noui generis victimam: siue quia iam nihil mortale Deo destinat calcare dignabatur: siue quia vidit creaturam esse instabilem, postquã cognouit firmitatem eius. Qui est certissimã, cui credidisse dicitur. Huic successit Anna ipsius discipula, donum diuinæ sapientiæ. interpretatur enim hoc nomen gratia. Hæc enim diuino semine grauida. vbi perfectum pariendi tempus aduenit, enixa est morem Deo sacratum, cui factum nomē imposuit Samuel, quod interpretatur ordinatus Deo. moxque acceptum datori reddidit, nullum suum proprium bonum iudicans, nisi ex diuina gratia. Sic enim in primo Regiorum ipsa loquitur: Do tibi eum donum. ac si dicat eum qui donum est, id est dono gratuito acceptum tibi do: iuxta illud dictum Moysi sanctissimi: Dona mea, munera mea, sacrificia mea serua-bitis offerre mihi. Cui enim gratia debetur nisi Deo? aut quomodo ei

do ei referetur, nisi per hæc ipsa quæ accepimus? nec enim aliud licet capere. Qui nulli indigus offerri sibi postulat propter summam suam erga genus nostrum benignitatem: vt per studium cultus diuini & gratiarum actionis, puri fiamus ab iniquitatibus, & abstergamus vitæ sordes contractas vel verbis vel operibus. Est enim stultitia, cum templum non subeas nisi corpore à balineis nitido, vota sacræque facere mente impura contaminatæque; atqui templum est saxorum lignorumque; inanima constant materia. Et cum nefas sit corpus suapte natura inanime inanima tangere: ferendum videtur, vt Deum purissimum accedat quis impuram habens animam, nisi mox sequatur poenitentia? Quisquis enim nullius præteriti peccati sibi conscius, etiam vetera conatur eluere, accedat bono animo. sin minus, absistat cum impurus sit. non poterit enim fallere perspicentem mentis sinus intimos, & inambulans in eius penetralibus. Ceterum animam Deo caram pulchre describit etiam illud canticum: Sterilis peperit septem, fecunda verò defecit. Atqui vnus Samuelis mater est quæ hæc dicit. & quomodo ait septem se peperisse, nisi quis vnitatis & septenarij naturam eadem existimat, non solum in numeris, sed & in mundi totius harmonia, & in animæ probæ rationibus. Samuel enim in solius Dei ministrorum ordinem ascitus, nemini præterea seruiens, ab vno & ente honestatur: qui status est septenarij animæ in Deo quiescens, & nullis mortalibus occupatæ negotiis: quando excedit senarium, qui attributus est primatum assensibus, qui non valentibus, & in secundo gradu consistere necesse habentibus. sterilem igitur non iam effœtatam, sed etiam nunc vigentem, in fortitudinis tolerantiaque studio decertantem ob optimum præmiū, credibile est septenarium vnitati honore parem parere, quorum numerorum fecunda & prolifica natura est. fecundam verò illam ait defuisse gignere liberos, idque verè ac euidenter. quando enim anima cum sit vnica multos parit ab vno illo distincta, merito fit numerosissima. deinde grauida oppressaque multitudine natorum à se pendetium, quorum plerique immaturi abortiuque sunt, viribus deficit. parit enim quicquid ad formas coloresque pertinet, per oculorum concupiscentiam: quicquid ad voces, per aurium. prægnas fit etiam ex ventris & eorum quæ sub ventre sunt desiderijs. itaque grauida natorum ex se pendetium tanto numero, manibus præ languore demissis deficit: ad quem modum vinci contingit omnibus, qui corruptibiles ipsi gignunt sibi corruptibilia. nonnulli verò non solum vinci, sed & mori sustinent

stinent, nimis amori sui dediti. Ut ille Onan, qui sentiens semē sibi non profuturum, non prius desit rationale genus in rebus præstantissimum corrumpere, quam ipse totus periret, & meritō. Nam si omnes omnia sui causa facturi sunt, nihil parentum honorem, liberorum disciplinam, patriæ salutem, legum incolumitatem, gentium constitutionem, non vllum priuarum publicumve officium, non sacrorum ceremonias, nō pietatem erga Deum curando, erunt infortunatissimi. nam vnumquodque ex his quæ diximus, vel periculo vitæ redimendū est. at isti hæc cuncta expetenda tantopere, facile contemnūt, si nihil voluptatis afferant. Quapropter Deus iustus iudex hanc immanem opinionē quæ nominatur Onan, tollit ē medio. nec minus abominandi sunt omnes qui sibiipsis generant, id est qui propriā tantū vtilitatem captant contemptis cæteris, tanquam sibi solis nati, non item innumeris aliis. patri, matri, vxori, liberis, humano generi: & hoc amplius, si dicere fas est, cælo, terræ, vniuerso mūdo, scientiis, virtutibus, patri ac rectori vniuersorum, quorum singulis quantū licet reddendum est debitum officium & sic cogitandum cuiq; non propter ipsum facta esse cætera, sed ipsum esse auctarium rerum omnium. Verūm de his satis, contexamus sequētia. Vidēs dominus Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & omnis eorū intentio prona esset ad malum toto vitæ tempore, recogitauit Deus quod hominem fecisset in terra, dixitq; Deus intra se: Delebo hominem quem creauī à facie terræ.] Non deerunt fortassis nefarij quidam qui suspicabūtur legislatorem subindicare, pœnituisse opificem creati hominis, visa tanta impietate, voluisseq; hac de causa vniuersum id genus extinguere. Hi sciant se istiusmodi opinione subleuare ac extenuare peccata priscorum hominum, si conferatur cum ipsorū impietate. Quod enim potest esse grauius erratum cōtra Deum, quàm credere mutari eum cum sit immutabilis: quamuis quidam opinantur, ne homines quidem veros ambigere incertis sententiis. nam sinceris philosophos hunc præcipuum ex sua scientia fructū decerpere, quod non mutantur vācum negotiis, sed indestexa constātia se adaptant rebus omnibus. Quin & legislator probat hoc trāquillitatis studiū, dictum enim illud ad sapientem ex persona Dei: Tu verò hic sta mecum mentem fixā & à recto nusquam dimotam cōmendat. est enim profectō mirandū, si quis lyræ in modum animam musica arte coaptatam, nō sonis acutis & grauibus, sed rerum inter se con-

trahat

trariarum scientia, & meliorū ex his delectu, neq; intēdat plus æquo, neq; remittat, emollita virtutum rerūmq; suapte natura honestarum harmonia, conseruans eam in eodem tēperamento cōcinnè pulsandi psallendique. hoc enim instrumentum natura fecit absolutissimum, quod imitantur manufacta organa. id si quis pulchrè temperauerit, efficiet symphoniam lōgē optimam, quæ non in sonoræ vocis fractos tonos delinit, sed in laudata vitæ officia. Ergo cum hominis anima tēpestatem, subitis vehementibusq; vitiorum procellis irruentibus excitatā scientiæ sapientiæq; auris componat, sedatisq; tumidis vndis ad trāquillitatem reducat: dubitas an ille incorruptibilis, beatus, virtutis, perfectionis, felicitatisq; potens, non egeat mutatione sententiæ, sed immaneat primis consiliis non supponens alia: siquidem humana facile mutantur, vel propter ipsorum hominum, vel propter negotiorum inconstantiā. Verbi gratia: amicos eligimus sæpe, quos post non longam consuetudinem ob nullam ipsorum culpā auersamur, & in loco inimicorū aut certè ignotorum habemus. hoc factūm leuissimi mam facilitatem nostram arguit, qui non possumus perseuerare in pristino proposito. at Deus nō vertit fauorem in fastidium, interdū tamen statuimus manere in sententiā: sed familiares non manent sui similes. itaque necessariō noster quoq; animus vnā cum eis mutatur. præuidere enī futuros negotiorū exitus, aut sentētiā aliorū, nemini mortali est possibile: Deo autē, vt in luce purissima, omnia sunt conspicua. penetrans enim sinus intimos animæ videt, quæ non cernuntur aliis, & pro sua prouidentia præscientiāq;, quæ virtutes ei peculiare sunt, nihil abuti libertate sinit, & suæ potestati eximi. quandoquidem etiam futurorum incertitudo nō cadit in ipsum: apud quem nec futurū est quicquā nec incertū. Liquet igitur necessariō sequi vt & parēti sua progenies & opifici suum opificium, & curatorī suo quæ ab eo curatur, nota sint. Deus autē reuera pater, artifex, curator est rerū quæ cælo mūdōq; cōtinentur omnium. Atqui futura obscurantur à venturo tempore, nūc breuiore, nunc lōgiore. Deus verò & temporis est opifex, est enim pater patris eius: mundus verò pater temporis, quod motu suo progenerat. itaq; tempus nepotis Dei seriē obtinet, mūdus enī hic iunior Dei filius est, vrpote sensibilis. senior enim hoc nō traditur, sed intelligitur: qui pro iure primogenituræ apud patrem manet. Cæterum iunior filius sensibilis motu suo naturā temporis fecit existere. itaq; apud Deum nihil fu-

r ij

turum

an non necessum est eam navigationem aberrare? itē si quadrigas auriga in Circēsis, an non necessum est eas turbatas ferri cursu devio? Quid ciuitas si destituatur magistratibus aut legibus? sunt autē & leges dubio procul pro magistratibus, nonne carens magistratibus legibusq; ciuitas illa malis opprimeretur maximis? Atqui natura cōparatum est, corpus absente anima, animam absente ratione, rationem destitutam virtute, interire funditus. Quod si hęc singula rebus destitutis nocent tātopere, quantam miseriam in à Deo destitutis agnoscimus? quos ille auersatus tanquam desertores ordinis, exterminauit procul à sanctissimis suis legibus, indignos sua prouidentia habitos. In vniuersum enim scire oportet, quod qui præstantioris ope destituitur, sit obnoxius maximis culpis & criminibus. quādo enim dices imperitum artis lædi maximē? nonne quando à scientia omnino deseritur? quādo verò indoctā & valde ineruditū? nonne quādo à doctrina & disciplina derelinquitur? quid insipientes quādo infelices pronuntiamus potissimē? nonne quādo omnino repelluntur à prudentia? quando verò intēperantes & iniustos? nonne cum à temperatā iustitiāq; damnātur exilio perpetuo? quando verò impios? nonne quādo pietas eos à sacris suis excludit? ideo arbitror eos qui non omnino sunt inexpliabilis, optare puniri potius quā dimitti. nam hęc missio facile subuertet eos, ceu malē saburatas naues carētes gubernatoris prouidentia, animaduersio verò ad correctionem profuerit. Aut nō sunt potiores qui sub pædagogis educātur, quā qui peccātes à nullis cohibentur castigantibus? nō meliores iidem qui sub magistris discunt artes, quā qui quoties aberrant, obiurgantur à nemine? vel felicius proficiunt qui sine curatore degunt, quā qui parentes à natura institutores sibi additos Deo fortunante nacti sunt? sin minus, saltem secundarios præfectos adepti, quos orbitatis miseratio cōciliare solet, in omnibus cōmoditatibus genitores minus desiderāt? Ergo quicumq; peccatorū sumus nobis conscij, precemur Deū vt puniat nos potius quā incastigatos prætereat. præteritos enim nō ipse propitius in seruitutem suam vindicabit, sed inclementis genitura: seruos faciet: qd si vt benignus clementer lenitēq; puniat, errata nostra corriget, sermonē suum castigatōrē immittēs in nostrā animā, per quē pudore admissorum incusso, ipsam in sanitatem restituat. Propterea legislator ait, quicquid in animo suo peccata fuerit vidua & expulsa, manere ipsam. Deum enim virū & patrem vniuersorum

forum semen geniturāq; omnibus præbentem iuste dicemus. mentem verò eiectam Deo viduam, quæ aut geniturā diuinam non excepit, aut exceptam data opera abortum fecit. Quamobrem quicquid statuerit, cōtra seipsam statuet, idq; omnino immedicabile. Quomodo enim euitari potest malum, quod cōtra seipsam pronuntiat creatura incōstans & ad omnem occasionē mobilis, ascribens sibi virtutes creatoris? quārū vna est qua citra controuersiam rigidēq; definit singula. Quapropter nō solum viduabitur à scientia, sed expelletur etiam: quod sic intelligitur. Anima vidua, nōdum tamen expulsa ex honestate, potest per quandam toleratiam cum recta legitimāq; ratione redire in gratiam: quæ autem semel seiuncta fecit diuortiu, vt irreconciliabilis in omne æuū reiecta est, pmissa potestate reuertendi ad pristinū domiciliū. Hastenus de his verbis, Maior est culpa mea quā vt remittatur: dispiciamus sequentia. Ecce eiicies me, inquit, hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar.] Quid ais bone vir? itāne etiam eiectus è tota terra abscondaris? at quomodo? poterisne viuere? an ignoras qd animalibus natura, non eadem sed diuersa loca incolēda distribuit? mare piscibus & omni aquatico generi, terrā terrestribus omnibus: homo autē utique iuxta corporis tēperamentū animal terrenū est. propterea quicquid migrat è suis regionibus, & velut in alienas transfertur, exanimatur facile: terrestria si mergantur in aquā, aquatica si in terrā expellantur. proinde si eiiciaris è terra cum sis homo, quō te vertes? natabisne in aqua more aquatiliū? atqui mersus mox exanimaberis. sed fortē sumptis alis sublimis euolans per aërem vagari conaberis, è terrestri factus volucris: fac si potes, muta characterē quē tibi semel impōsit Deus. sed haudquaquā poteris. Quārō enim sublimius te ipsum extuleris, tantō citius grauiorēq; casu ad terrā, propriū tibi locū relaberis. Itāne homo aut vlla creatura potest se à deo abscondere? quonā ab eo qui nusquam non est, qui prospicit vsq; omnes terminos, qui vniuersa replet sua præsentia, à quo nihil vel munitissimū deseritur? Et quid mirum si nulla creatura latere potest eum? Qui est, quādo ne materialia quidē principia cuiquā licet effugere, sed necessū est vt euitato vno incidat in aliud. Vtinā igitur opifex arte qua fecit in vtroq; elemēto degentia, huius quoq; animalis vbivbi victuri fecisset miraculū, vt à natiua grauitate terreni aquaticiq; pōderis in aërē ignēq; se posset attollere: ac rursus post cōsuetudinem cum sublimibus, si migrationē inde requireret,

locum loco mutaret contrario. Sed debuit utique in vna aliqua mundi parte consistere, quandoquidem in omnes excurrere non poterat: & alioquin etiam opifex nihil ei præterea reliquum fecerat, absumptis in mundum quatuor elementis, ut ex perfectis partibus absolutissimum opus hoc vniuersum redderet. Ergo cum totum opus Dei nemini liceat effugere, an non multo minus autorem eius & rectorem effugere poterit? nemo igitur hæc verba non examinata facile admittens, e sua simplicitate legem æstimet: sed introspectis latentibus significationibus, discernat id quod manifestum est. Quid si verba ista, Si eiecis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, sic intelligantur: si non præbes mihi bona terræ, ne caelestia quidem accipio. si non datur frui voluptatibus, ne virtutem quidem desidero. si non impartiris humana bona, diuina quoque tibi habeto. nam apud nos necessaria, cara, & verè germana bona sunt hæc: edere, bibere, vestiri, per visum frui colorum varietatibus, per aures oblectari omnigenis sonorum concentibus, per nares exhilarari suauibus vaporum fragrantis, ventris & eorum quæ sub ventre sunt ad satietatem expleri voluptatibus, aurum argentumque non negligere, honores principatusque & quicquid ad gloriam facit consequi, prudentiam verò, fortitudinem, iustitiam, res retricas, & vite molestiam afferentes, missas faciamus. quod si liber eis vitæ non ut bonis perfectis utendum est, sed ut causis bonorum, odium diculum caput. Ergo priuatus his lucris corporeis in conspectum Dei non venies? at ego tibi dico, venies omnino, etiam si priuatus fueris. solutus enim duris tum corporis tum rerum corporearum vinculis, imaginaberis illum sapientem Abraham. Videns ut relinques terram, cognationem, ædes paternas, sensum, rationem, incipit occurrere eius Qui est potentissimus: postquam enim totam domum egressus est, ait lex visum ei Deum: docens quod manifestè apparet extricato rebus mortalibus, & recurrere ad incorpoream huius corporis animam. Ideo Moses accepto suo tabernaculo, extra castra id figit, longè semotum à corporali exercitu. hoc enim solo modo sperat se fore supplicem cultoremque perfectum caelestis numinis. & ait id vocatum tabernaculum testimonij, valde cautè, ut tabernaculum eius Qui est fit, non vocetur tantummodo. ex virtutibus enim ea quæ Dei est verè est, consistans ex essentia: quoniam & Deus solus stat in essentia: quæ ob causam necessario de seipso dicit: Ego sum Qui sum: & si quicquid post eum est, non per essentiam sit, sed sola opinionione

nione hominum. Mosis autem tabernaculum figuratè humanam virtutem significans, appellatione non ipsa re dignabitur, cum sit imago diuini illius tabernaculi. huc accedit quod & Moses quando in Deum Pharaonis constituitur, non reuera factus est Deus, sed tantum existimatione creditus. Deum enim datem quidem scio & largientem, dari verò non intelligo. Dicitur autem in sacris libris, Do te deum Pharaonis, patiente qui datur non agente. Is autem Qui verè est, actiuus necessario non passiuus intelligitur. Quid igitur ex his colligimus? quod sapiens dicitur quidè Deus insipientis, reuera autem non est Deus, sicut nec adulterinus stater est stater. idem collatus cum eo Qui verè est, homo Dei reperietur: cum insipiente verò si conferatur, Deus imaginatione existimationeque videbitur, non veritate ac essentia. quid igitur nugaris dicens, Si me eiecis à terra & te, abscondar. imò si te à terreno arcuero, manifestè ostendā meam imaginem. argumento est, quod à facie Dei migrabis: post migrationem autem nihilominus terrenum corpus inhabitabit. Dicit enim rursum: Exiit Caim à facie Dei, & habitauit in terra. Itaque non eiecus à terra absconderis ab eo Qui est, sed eum deuitans in terram confugisti, locum mortalem, imò nec omnis qui inuenerit te occidet, quem admodum sophisticaris, nam quicquid inuenitur, utique ab alterutro inuenitur. aut simili aut dissimili: simili cognatoque iuxta communionem omnium familiaritatemque; dissimili verò iuxta diuersitatem contrariam. simile igitur conseruare studet sui simile: dissimile verò perimere solet sui dissimile. Sciat ergo & Caim & quisquis alius vafer est, quod non à quouis occurrere interficietur: sed malefactores quidem germanorum cognatorumque vitiorum emulatione custodes eius erunt & satellites, qui verò prudentiam ceterasque virtutes exercet, tanquam insensissimum hostem tollent si poterunt. In vniuersum enim & res & corpora à familiaribus amicisque seruantur, ab alienis verò & infestis interimuntur. Quapropter oraculum contra fictam hanc Caimi simplicitatè ferens testimonium ait: non ita sentis ut loqueris. Ais quod quicumque artis tuæ palæstras inuenit, interficiet. nosti autem quod non quivis ex innumeris qui inter tua cæsentur auxilia, sed solus virtutis amicus, tecum gerit bellum sine induciis. Qui, inquit, occiderit Caim, septem multas dissoluet. Id quam ratione ad dictas interpretationes habeat non video, quod septem multas dissoluet. nam nec dicit quæ septem, nec multa modum, nec dissoluendi, itaque existimandum est omnia

ralia figuratè latentèq; significare aliquid. Quid si tale quiddam docere vult: quod irrationale est in anima in septem partes dividitur, visum, odoratum, auditum, gustum, tactum, sermonem, genituram. octauum intellectum horum ducem si quis velut Caimum interimat, simul & illa septem dissoluet. robore enim mentis valido confirmantur hæc omnia, & cum eiusdem imbecillitate deficiunt. perfecta autem corruptio quam inducit vitium, perfecta dissolutionem accipit. septem autem illa, in sapiens animo incontaminata puraque; & proinde honore digna inveniuntur: in insipientis contra impura pollutaque; & ut dixi mulctata, hoc est mulctata digna & supplicio. Quando igitur aqua terram purgare statuit opifex, voluitque; animam purgari ab ineffabilibus iniquitatibus, eluereque; & abstergere maculas per sacram purificationem, hortatur eum quem reperit iustum, qui non est oppressus à diluuiio, ut inducat in arcam, id est hoc corpus vas animæ, ex omnibus pecudibus mundis septenas, masculum & feminam: æquum cærens ut bona ratio puris utatur omnibus partibus irrationalibus. Et quod hic legislator definiuit, necessario contingit omnibus sapientibus. habent enim purificatum visum, examinatum auditum & sensus ceteros. habent sermonem quoque immaculatum, & appetitus Veneris non illegitimos. singula autem horum septem, partim masculus sunt, partim femina. Quoniam enim aut quiescunt aut mouentur, quiescunt quidem per somnium, mouentur autem vigiliatiam iam & agentiam: quicquid habitum habens quiescit, ut passioni obnoxium vocatur femina. quod verò præditum motu actumque; animaduertitur agere, masculum nominatur. atque; ita in sapiente hæc septem spectantur pura, contra in malo mulctata omnia. Quantam enim putas multitudinem quotidie à suis oculis, velut à transfugis, proditam coloribus figurisque, & his quæ videre nefas est? quantam ab auribus omnes sonos consuetantibus? quantam ab odoratus gustusque; instrumentis attractis per vapores varietatesque; ceteras plurimas. Taceo multitudinem eorum quos infrenis linguæ fluxus irreuocabilis perdidit, aut libidines cæstro suo impotenter concitos. Plena civitates, plenus est orbis terræ quam late patet malis talibus, quæ humano generi vel in media pace aere continuamque; bellum inferunt tum priuatim tum publicè. propterea videntur mihi qui non omnino rudes sunt, malle cæcitate quam videre quæ non decet: malle surditatem quam audire sermones perniciosos: linguam quoque; libenter amissuri, ne proloquantur

loquantur quæ cælanda sunt. Certè fertur quosdam sapientes, cum in rota cruciarentur ad extorquenda secreta, præmordisse linguam suam, & ita grauiorem cruciatum rependisse tortoribus, dum eos voti fecerunt impotes. Castrari utique melius est, quam trãuersum abripi libidinum illicitarum rabie. Quæ omnia in calamitates perniciosas animam mergentia, merito extrema poena sequitur. Additur deinceps, Posuit dominus Deus in Caim signum, ut non interficeret eum quisquis inuenisset. Quod autem signum, non declarauit, quamuis solitus singularum rerum naturam per signa indicare: sicut in rebus Aegyptiis dum virgam matat in serpente, & manum Moysi in niuis speciem, & fluium in sanguinem. An fortè hoc ipsum signum est appositum Caimo ne interficeretur, quod nunquam interfectus est. nusquam enim in lege de nece eius narrat, subindicans quod sicut illa fabulosa Scylla, immortale malum est insipientia, quæ nunquam in totum emoritur, & tamen nunquam non moritur. Atque utinam fieret contrarium, ut semel è medio tollerentur omnia: nunc perpetuè repullulantia, immortali morbo affligunt quoscunque aliquando corripuerunt.

PHILONIS IVDÆI, de agricultura.



Cœpitque Noë homo agricola esse, & plantauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus est in domo sua. Vulgus hominum rerum naturas ignorans, etiam in nominibus eis imponendis erret, oportet. nam qui eas velut per anatomiam considerant, facile assequuntur appellationes earum proprias: qui autem res tractant confusius, non tam exquisitas. Moses verò, in tanta rerum peritia, nominibus rectissimis aptissimisque; & mirè perspicuis uti consuevit: proinde sæpe in libris legum diuinarum inuenimus rebus conuenire nomina: quod vel in præsentis capite liquet, in quo iustus ille Noë agricola inducitur. Et cui non ad iudicandum procliuiori videri posset idem agricultura, quod facultas operaria: atqui duo hæc adeò non sunt eadem, quantumuis coniuncta, ut sint etiam pugnancia, possunt enim & imperiti laborare in re rustica: agricolæ

colæ autē nomen ipsum peritiæ fidem astruit, quod videtur et propter artem suam inditum. præterea cogitandū illud quoq; terræ operarium finem vnicum spectare mercedem (sunt enim plerique mercenarij) non sollicitum quā bene operetur. agricola verò non parcat impensis, modò possit vel agellum emere, vel ita rem administrare, vt reprehensionē peritorum effugiat. nullum enim aliud lucrum querit, quā vt ex annuis prouentibus fructum percipiat. itaq; dat operam vt siluestres arbores traducat ad mitius ingenium, mitium verò incrementum industria sua promoueat, & si quæ præ alimento nimio luxuriat, putatione coerceat: alias verò contractiores nouis stolonū accessionibus amplifcet. adhæc generosas plantas in multos ramos se diffundentes propaginet, paratis circum nō admodum profundis scrobibus: parum frugiferas autem insitis in earum stirpes & vnitis præstantioribus, ad meliorem frugem reducat. quandoquidem sic homines quoq; faciunt, adoptiuos filios in alienas gentes propter virtutem asciscendo, in quibus constanter perseuerent. ita & rusticus radicibus excidit plurimas iam effetas, quæ intercipiēdo succos magnū damnū in proximo sitis afferūt. circa huiusmodi em negotia versatur ars curatrix stirpium è terra nascentiū. Nunc ad peritiā agriculturæ, qua excolūtur animæ, considerandā nos vertamus. hæc ante omnia curat ne quid seminet plantæve, quod sit sterile: sed omnia mitia fructiferaq; relatura fructum annuū moderatori homini. hunc enim natura principem animalium stirpiūq; & omniū rerum mortalium cōstituit. homo autem in vnoquoq; nostrum quis alius esse potest quā intellectus, qui solet satorum plātarūq; fructus colligere. Quoniam autem infantibus lac nutrimentum est, adultis quæ è frumento coquuntur, animæ quoq; suum lac debetur in ætate tenera, videlicet liberalis musicæ rudimenta: sicut viros perfectum alimentum decet, vt instituatur in prudētia, cōperantia, cæterisq; virtutibus. hæc enim sata plāzaraq; in mēte ex præscripto artis rusticæ de qua loquimur, egregios fructus ferēt, & actiones laudabiles. simulq; quotquot affectionum vitiorūq; plantæ in altum pullulant, ferentes fructus leuiferos, succidātur vt nihil fiat reliquum, vnde noua rursum peccatorū prorumpāt germina. quod si qua nec vtilis fructus feret neq; noxius, excidentur tales, nō tamen absumētur, sed vertentur in vsū cui cōperunt, aut in vallum ad munitiōnem castrorū, aut ad septū oppidi, quod sit pro mœnib⁹. sic em præcipitur:

præcipitur: Omne quod non fert fructū cibo vtilem excides, & facies inde vallum oppido, si quis tibi bellū inferat. Huiusmodi arbores sunt similes doctrinis contemplationē solam habentibus, inter quas recēsenda est medicina ista otiosa nō coniūcta cum actionibus ægros incolumitati restituantibus: & rethoricæ gentis caudicū mercenariūq; nō in quærendo iure occupatum, sed dolo captans assensum auditorum. huc accedunt & dialecticæ geometriæq; partes quæ momenti nihil ad morum correctionē afferunt, sed intellectū solum acuunt, ne hebetior sit ad singula de quibus ambigitur: sed diuidēdo distinguēdoq; proprietates singulorum discernat à cōmuniūbus qualitibus: certe philosophiæ rationē triplicem præcos aut agros assimilasse, ita vt naturalem arboribus stirpibusq; facerent similem, moralem verò fructibus, propter quos sunt arbores: deniq; rationalem sepi & maceriæ. Quæadmodum enim maceria fruct⁹ plantasq; agri conseruat, arcens irrupendi nocēdiq; cupidos, ita & rationalis pars philosophiæ præsidium munitissimū est reliquarum duarū, moralis atq; naturalis. cū enim duplices & ambiguas dictiones explicat, & sophismatum persuasibilem speciem dissoluit, & probabilem deceptionē maximam perniciosissimāq; escam animæ tollit è medio, adhibitis sermonibus disertis & demonstrationibus indubitatis, tanquam ceram leuigatam intellectum parat ad excipiēdos physiologiæ moralisq; disciplinæ characteres valde probos ac integros. Hæc sunt quæ animæ agricultura proficitur: effodiā arbores omnes imprudentiæ, intemperatiæ, timiditatis, iniustitiæ: excidant & voluptatis, cōcupiscentiæ, iræ, furorisq; ac similiarum passionū stirpes, etiā si se ad cælum extulerint: adurā & radices earum, immisso penitus in terrā incendio, ne qua pars, imò ne quod vestigium, ne vlla vmbra fiat reliqua. & hæc quidem auferam. inferam autē, primū in puerilis ætatis animas surculos, quorum fructus ipsas enutriet. sunt autē hi, scribendi legendiq; certa industria, corū quæ apud sapiētes poetas habentur diligens. scriptatio, geometria, oratoriæ facultatis meditatio, & vniuersa liberalis musica. in iuueniles verò ac viriles iā meliores perfectioresq; prudētiæ plantam, fortitudinis, temperantiæ iustitiæ, cōmuniūq; virtutis. quod si quid ad siluestrem quam vocāt musam pertinens nullum quidem vescum fructum afferat, possit tamē quæ ad cibū profunt munire conseruareq; hoc quoq; reponam, non propter ipsum, sed quia natū est ad necessariarū vtilitūq;

rerum ministerium. ideo sapiētissimus vates huic quidē iusto animæ agriculturā vt congruentē assignat, dicens: Coepit Noë homo agricola esse: de Cain verò ait: Erat operans terram, & paulò post qñ in fratricidij facinore deprehēditur, dicitur: maledictus tu a terra quæ aperuit os suum vt acciperet sanguinē fratris tui de manu tua, qua operaberis terram, & non apponet tibi dare fructus suos.] Quomodo manifestius ostendi posset, quod terræ operarium non agricolam legislator existimat malum virum, quàm nunc ostensum est: nec tamen suspicari debemus de homine qui manibus pedibusq; & cæteris corporis viribus ad opus est validus, aut de montana planave terra sermone hic fieri, sed de vniuscuiusq; nostrū potētis. nam mali anima circa nihil aliud occupari solet quàm circa terrenum istud corpus & cūctas eius voluptates, proinde vulgus hominū obedendo varios tractus vsq; extrema terræ, mare quoq; traiciendo, & sinus eius penetrādo, nullāmq; huius vniuersitatis partē imperscrutatam relinquendo, semper & vbiq; ista colligit, quæ ad cumulādā voluptatē faciunt. nā sicut piscatores retia demittunt interdū longissima, in medio cōplexi magnum maris spatium, vt quāplurimos pisces inclusos ac velut obsidione cinctos capiant: eodem modo maxima pars hominū, non in sinum aliquem maris, sed in totam aquæ, terræ, aerisq; naturam, omnicipientia, vt poëtæ loquuntur, lina extēdens, omnia vbiq; ad voluptatis vsum inuocat & attrahit. etenim terræ metalla perquirunt, vasta maria traiciunt, omnia belli pacisq; exercent negotia, materiam copiosam ceu reginæ voluptati parātes: quippe non iniriati agricultura animæ, quæ seminans plantansq; virtutes, fructum vitam beatam decerpit ex eis, qui autem exercēt & tractant quæ carni grata sunt, lutum maceratū, fictilem statuam, animæ carcerem, quem illa à natiuitate ad extremū diē ceu cadaverosum onus circūferre cogitur, colunt magno studio. Hæc est differētia inter agriculturā & operationem terræ, itēmq; inter agricolam & operarium. nūc considerādum ne in dictis rebus aliæ quoq; sint cognatæ species, quæ sub nominum cōmuniōne occultent differētiās. sunt autē quas querendo inuenimus duæ, de quibus differemus quantum poterimus. ergo sicur agricolam & operatorē terræ, quamuis idem videbantur, tamen allegorias excutiendo longē diuersos reperimus, ita rursum pastorem & pecuarium. legislator enim iam pecuariæ, iam pastoralis artis meminit: quas appellationes lector parum curiosus

riofus fortasse putaret æquiuocas, significantes idem studium. atqui res ipsæ multum differūt, si spectētur singularum officia. quamuis enim pecorum magistris cōsuetudo vulgaris vtrāq; vocem applicat, at non & intellectui curatori animæ vtrāq; cōuenit. malus enim si sit, pecuarius gregis præfectus vocabitur: contra, si bonus & virtutis amans, pastor nominabitur. id iam clarius faciam. Natura vnicuiq; nostrum cognatas addidit pecudes, ex vna radice animæ duabus velut stirpibus pullulantibus: quarum altera integra indiuisaq; intellectus appellatur: altera ab imo in septem ramos diuiditur, in quinque sensus, & duo instrumenta vocis geniturāq; . quæ multitudo tota bruta cōparatur pecori: & quia numerosa est, iuxta nature legē operā ductoris necessariam postulat. quoties igitur imperitus regēdi sed diues seipsum præficit, plurimorum malorū causa fit pecori. nam ipse necessaria copiosē suggerit: at illud in tanta copia ciborū nimia saturitate petulās redditur. saturitatis enim germana proles est petulantia. per eam petulātiā saltitant, & cōtempto rectore vagantur, soluuntq; stipatum antea gregis ordinem. atq; ita ductor desertus, ex præfecto priuatus fit, discursans fatagensq; si fortē possit denuò in vnum compellere. & cū videt se operam perdere, gemit ac flet, damnans suam facilitatem, & culpam in seipsam referens. Ad eundem modum pecus sensuum, quando intellectus supinè se gerit & ignauiter, auidè saturatum copia rerum sensibilibium ceruicem iactat & subfultat, impingēs in omnia visu patentia, vel quæ videre nefas est; auribus quoq; voces recipiēs insatiabiliter, sitiendo semper ob curiositatem, interdum delectans se obrectationibus parum liberalibus. Quid enim aliud credimus quotidie per totū orbē tot milia spectatorum in theatra contrahere? homines enim vti spectaculorum & fabularum cupidine, infrenes tum oculis tum auribus, consecretantur citharistas citharcedosque, præter saltatoribus cæterisq; mimis inhiant, propter gestus motusq; ac status effœminatos: atque ita factiones theatricas instaurāt, securi cæterarum rerum priuatarum publicarūque, totam vitam in huiusmodi spectaculis conterentes miseri. Alij autē his etiā miseriore infelicioresq; sunt, qui gustum tāquam è vinculis exoluerunt. qui mox in omnes cibos potusq; facto impetu, ex iam apparatus carpit quodlibet, immanem famē habēs absentium: vt etiam cū vētris sentinam expleuerit, cōcupiscētia tamen auida & inanis etiam tum circumspiciat, ne quid reliquum

liquum oculos fugerit, ut hoc quoque more ignis omnium abluatur. hanc ventris diluuiem pedisequa à natura addita comitatur libido coitus, furore ac cœstro pertinaci concita, & molestissimam rabiem afferens: cum enim è multis condimentis potum; meratiore contracta crapula grauantur homines, non sunt amplius sui compotes: sed properantes ad amatorios concubitus comessabundi oberrant ianuis, donec deferuente despumatoque affectu possint quiescere. cui rei prospiciens natura videtur ventri subiecisse instrumenta coitus: qui saturitatem solet sequi, & tum demum agere suum negotium. Hos igitur qui tali pecori affarim præbent quicquid desiderat, pecuarios vocabimur, ediuerso pastores dicemus illos qui delectu rerum necessarium habito, quæ commodissimæ sunt has ei præbent, recisa & amputata inutili superfluaque copia, quæ non minus nocet quam inopia: quique modis omnibus prouidēt ne grex neglectus in morbos incidat: imò vota etiã faciunt ne qua externa calamitas ingruat. in primis autē curam adhibēt ne grex vagabundus dispergatur, metum intentando castigatore non obtemperantibus rationi, & animaduersione utē. lo cōtinua, mediocri quidē in errata sanabilia, seuera autem si his accedat cōtumacia. Quamuis enim abominandæ videantur, plurimum tamen profunt pœnæ insipientibus, quemadmodum medicinæ silua corporeo morbo laborantibus. Hæc sunt pastorum studia, quæ voluptati noxiæ insuauem utilitatem præferunt. Tanta certè curæ pastoralis honestas creditur & utilitas, ut poëtarum gens reges soleat vocare pastores populi: sicut legislator sapiētes dignatur hoc nomine, qui soli veri reges sunt. introducit enim eos præfectos tanquam gregis omnium hominum qui affectu bruto rapiuntur: & ideo Iacob etiã ille meditatione perfectionē assequutus, pastor est in eius literis. pascit enim hic Labanis pecora, scilicet insipientis animæ quæ nihil bonum arbitratur præter ea quæ videt sentitque, coloribus umbrisque fallacibus seruiliter dedita. Laban enim interpretatur dealbatio. Moses quoque sapiētissimus hominum cœsetur in pastorum numero. Hic enim pastor intelligitur metis præferentis fastum veritati, quæ bona videri quam esse mauult. Iothor enim superfluus interpretatur, superfluus autem fastus est. ad inducendum in rectam vitam errore ascitus, qui est in causa ut aliud apud ciuitates ius habeatur, non apud omnes, id quod iustum est. quippe qui naturale perperuumque ius ne in somnis quidē vnquam vidit. Dicitur enim Moysen pastorem fuisse pecorum Iothor sacerdotis

tis Madiã. Idem precatur ne cuius grex (sic vocat totum vulgus animarum) committatur: sed ut bonum pastorem habeat, cauētem ipsi ab omnibus insipientiæ, iniustitiæ, ceterorumque vitiorum laqueis, inducētem verò in eruditionis virtutumque reliquarum dogmata: Dispiciat, inquit, dominus Deus spirituum & omnis carnis hominem huic cœtui. Deinde post pauca verba subinfert: Et non erit cœtus domini tanquam oues quibus pastor deest. Sanctum profecto votum, ne sine curatore præfectoque sinatur vnicique nostrum cognatus grex: ut ne in deterrimam malæ reipublice speciem ochlocratiã, quæ ex optima democratia deprauatur, prolapsi, cum multis & intestinis seditionibus agitemur in perpetuum. certè non sola magistratum penuria parit morbum ochlocratiæ, sed & exortus iniusti alicuius violentique principis. tyrannus enim suapte natura inimicus, ciuitatibus quidē homo: corpori autē & animæ ac vtriusque negotiis, intellectus ille ferox, qui arcem in vno quoque cōmuniit. Officiunt autē non hæc solæ dominationes, verum & nimis æquanimis principatus præfecturæque, benignitas enim res est cōtēptibilis, vtriusque tum principibus tum subditis noxia: illis dum cōtēpti subiectis, nec priuatim nec publice valent quicquam rectè cōstituerē, interdum etiã principatu se abdicare coguntur: his verò dum ex cōtinuo magistratum cōtēptu negligētiores facti, magnam morbum arrogantiam sibi cōtrahunt, ut merito hi à pecudibus, illi à pecuariis nihil differre iudicandi sint. nam illi sunt autores oblectandi se rerum copia: hi non ferendo saturitatem, vertunt se ad petulantiam. Oportet autem sicut caprarium, aut bubulcū, aut opiliorem, aut in cōmune pastorem, intellectum nostrum præesse, semper utilitatem pecoris voluptati præferentem. ceterum prouidentia Dei prima & propè sola causa est, ne partes animæ rectore careant: sed pastorem adipiscantur omnino bonum & inculpabile, quo preposito impossibile sit dispergi que intellectus colligit. necessum est enim eodem omnia cōparare ordine, vnius nutum spectantia. quandoquidem nihil est molestius quam parere multis imperatoribus. at pastorem officium res est tam præclara, ut non regibus solis & sapiētibus viris, & animis perfecte purificatis, sed & Deo rectori omnium iuste tribuatur. id quod non aliquis è vulgo confirmabit, sed propheta cui nos decet credere, qui sacros hymnos cōscripsit. sic enim loquitur: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, idem pro se quisque dicat. nam tale carmen omnem amicum Dei meditari cōuenit. sed præcipue mundum hunc id decet. nam sicut quedam gregem, terram,

ram, aquam, aërem, ignem, & quicquid in his cōtinetur vel fir-
 pium, vel animalium, mortaliū diuinorūmq; adhæc cæli natu-
 ram, solis ac lunæ circuitus, reuolutiones cæterorum siderum
 choreasq; concinnissimas, tāquam pastor ac rex Deus regit iu-
 re legēq; præfecto his recto sermone primogenito filio, qui cu-
 ram sacri huius gregis tanquam magnus prorex in se recipiat,
 dictum est enim alicubi: Ecce ego sum, mittam angelum meū
 ante faciem tuam, vt custodiat te in via. Dicat igitur & vniuer-
 sus mundus, maximus pfectissimūsq; veri Dei grex: Dominus
 pascit me, & nihil mihi deerit. dicat vnusquisq; priuatim idem
 hoc, non voce per os linguāq; fluente, ad breue aëris pertin-
 gente spatium: sed illo peramplo mentis sono, perueniēte vsq;
 ad extremos orbis terminos. impossibile est enim deesse com-
 modū aliquod vbi Deus præsidet, solitus plena perfectāq; bona
 largiri rebus omnib⁹. Quin & ad æqualitatē pulcherrimē hor-
 tatur modo dictum canticū, reuera enim qui omnia cætera ha-
 bere videtur, sed grauatim fert vnus dominium. Inops & pau-
 per est. quod si qua à Deo pascitur anima, hoc vno solōq; cōtēta
 ex quo pendēt omnia, rei nullius omnino est indiga, non cæcas
 diuitias respiciēs, sed quē oportet, acutē cernēs & magni faciēs,
 huius omnes discipuli vehementē perperuūq; amorem cōcepe-
 runt: & ideo contēpra pecuaria, excoluerunt pastoralē scientiā.
 Argumēto est Ioseph, circa corpus & nouas opiniones semper
 occupatus: qui naturæ brutæ præesse cū imperio nescit (senio-
 res enim ad magistratus legitimos gerēdos vocari mos est: hic
 autem semper ætatē bene fert etiā in annis senilibus) sed nutri-
 re augerēq; hanc solitus, putat se posse virtutis quoq; amatores
 ad se pellicere, vt ad bruta inanimāq; cōuersi, vacare nō possint
 rationalis animæ studiis. ait enim: Si rex (id est intellectus cor-
 poræ regionis rex) percontabitur quodnā sit vestrum negotiū,
 respōdere: viri pecuarij sumus. Hoc audito indignātur non im-
 merito, cū sint proceres, iuberi se profiteri subditorum ordi-
 nem. Nam qui sensibus per sensibilia subministrant alimentorū
 copiā, serui sunt eorum quos alunt, tāquam dominis quo-
 tidie tributū pendentes necessarium. contrā principes sunt qui
 hos regunt, & refrenant insatiabilem eorum impetum quo ra-
 piuntur ad superuacanea. Ac primū quidem & si nō libenter
 hoc verbum audiant, silebunt, intēpestiuum rati apud negligē-
 tes auditores differere de differētia curæ pecuariæ pastoralisq;
 scientiæ. Sed cū iterū inciderit eadē cōtentio, resistēt totis vi-
 ribus,

ribus. nec prius quā vincant, remittent cōtentionē, præ se fe-
 rentes liberale ingenii, atq; adeo generosum & principatu di-
 gnissimū. proinde rogāte rege, quodnā est vestrum negotium,
 respōdebunt: pastores sumus, sicut & patres nostri. An nō viden-
 tur hac professione non minus sibi placere, quā rex ipse cum
 quo loquūtur, sibi placet tāto imperio: quando nō solū sibi met-
 ipsis hoc vitæ genus suoptē testimonio vindicant, sed & suis pa-
 tribus, quasi omni studio curāq; dignissimū: atqui si de capra-
 rum ouiumve cura sermo esset, poterat eos pudere verū fateri,
 dum fugiunt ignominia. nam in gloria humiliāq; vidētur hæc
 apud eos qui fortunatiores sunt quā prudētiores, apud reges
 præcipuē. Cæterū Aegyptiorum gens innatā & insignem ha-
 bet iactātiā, vt vel modica felicitatis aura aspirante irrideat
 fastidiātq; plebeiorum hominum in victu parando studium &
 diligentiam. Quoniam autem animæ potētias tum rationales
 tum brutas considerare est propositum, meritō se iactabūt qui
 sibi sunt cōscij quod possint brutas compescere, ascitis in auxi-
 liū rationalibus. Quod si quis inuidus & criminator incusando
 eos dicat. qui sit igitur vt pastorem artem exercētes, & cogna-
 ti gregis curā ac regimen professi, in Aegyptū, corporis eiusq;
 affectionum regionem, appellere induxeritis animum, & nō in
 quācunq; aliā: huic respondendum est liberē, Inquilini vt esse-
 mus, non inhabitatores perpetui, venimus. re vera enim omnis
 sapientis anima cælum habet patriam. in terra peregrinatur:
 & sapientiæ domum existimat suam, corporis verò alienam, cu-
 ius inquilina sibi videtur. ergo quando intellectus receptum in
 suam administrationē gregem animæ iuxta naturæ magistræ
 leges constanter regit, probatum eum reddit & valde laudabi-
 lem: vituperabilem verò qñ non legitime eum tractat, sed secu-
 rē negligentēq; .ideo meritō ille quidem regis nomen susline-
 bit, pastor appellatus, hic verò popinarij, pecuarius vocatus, &
 voraci pecori cibos parare solitus. atq; ita quid agricola ab ope-
 ratore terræ, quid item pastor à pecuario differat, satis accuratē
 demonstratum est. restat tertiū quiddā modo dictis cognatum,
 de quo iam loquemur. equitem ab incessore multum differre
 arbitrandum est, non solū hominē vectatum animali hinni-
 bili ab alio similiter vectato homine, sed etiā rationē à ratio-
 ne. ergo qui sine equestri arte ascēdit, dici debet incessor, qui se
 cōmisit iumēto lasciuo, à quo abripiat quocūq; ipsum detule-
 rit impetus, & nō præcauēdo voraginosos terræ hiatus, aut fos-
 sara

sam aliquā profundiorē, violento cursu vnā cū equo præcipite-
 tur submergarūque. ediuerso eques ante omnia frenū in os in-
 dit, deinde in tergū insilit, & quāuis ferri videatur, reuera tamē
 circumagit eum à quo gestatur tanquā gubernator. nam & ille
 videtur ferri à naue quam gubernat, sed si verē pronunties, ipse
 deducit eam ad portus optatos. ceterū quādo sonipes bene iter
 carpit habenis obtemperans, palpum & laudem refert ab equi-
 te. quādo autem fertur iusto concitatus, cohibetur quò minus
 properet, quod si pergat cōtumacius, reducto freno cogitur cer-
 uicem reflectere atq; gradū sistere. scuticis quoq; ac calcaribus
 cōtinetur in officio ne subsulet lasciuiēs, & aliis modis quibus
 domitores vtuntur cōtra ferociam. nec mirū videri debet. ascē-
 dente enim equire simul ars equestris ascēdit: vt iam duo periti
 infideant, atq; ita vnum subiectum imperitum animal moderē-
 tur facile. iam omisso hinnitore vectorēq; tuā, si liber animam
 considera. inuenies enim inter partes eius & equos & aurigam
 ascensorem, sicut & extra te. Equi sunt furor & concupiscentia,
 ille mas, hæc foemina: ideōq; ille vt mas gestit elata ceruice li-
 bertatem appetens: hæc verò seruilior & callidior domū depa-
 scit ac deuorat, vt foemina. infessor autē & aurigavnus est, nem-
 pe intellectus: sed auriga tunc, quādo ascendit cum prudentia:
 quādo autem cū imprudentia: infessor est, imprudēs igitur præ-
 imperitia non potest habenas retinere, sed patitur elabi è mani-
 bus. at iumenta habenis libera temerē discurrūt nullo ordine.
 fessor verò præ imbecillitate sustinere se nō valens decidit: & la-
 ceris genibus, manib⁹, facitq; malē multatus miser deflet suū
 infortunium. nonnunquam autem pedibus in curru hæres rap-
 tatur supinus, & tractum in orbita caput ceruicem humerōsq;
 ambos cōfauciat. deinde huc illucq; distractus & illisus omni-
 bus passim obiacētib⁹, miserimo genere mortis extinguitur.
 Et huic quidem talis exitus obuenit. currus autem iā leuior &
 violentē quassatus, vbi in solum inæquale incidit facile fran-
 gitur, vt instaurari non possit & cōpingi denuò. iumēta autem
 omni retinaculo liberata cōcitantur & efferantur, nec prius de-
 sinunt currere quā collabantur, aut in aliquam rupem delata
 ipsa quoq; intereant. atq; ita currus animę vnā cum vectore to-
 tus perit per aurigæ inscitiam. Tales igitur equos vectorēsq; arte
 carentes tolli præstat, vt virtus maneat incolūmis. Cadēte enim
 imprudentia, stare prudentiam necessum est. ideo Moses inter
 præcepta tradit: Si egressus fueris in bellū cōtra inimicos tuos,
 & vid

& videris equum incessorēmq; & maiorem multitudinem ho-
 stium, noli timere, quia dominus Deus tecum est. Furorē enim
 & cōcupiscentiā, & in vniuersum affectiones omnes, atq; etiam
 cogitationes quæ his singulis tanquā equis insident: etiam si vi-
 deantur fretæ inexpugnabili robore, contemni oportere ab his
 qui proteguntur magni regis potētia, semper & vbiq; pro ipsis
 decertate: exercitus autē Dei, virtutes sunt, propugnatrices pia-
 rum animarum: quas vbi viderint deuictum aduersarium, con-
 uenit pulcherrimū decentissimūmq; hymnū canere datori vi-
 ctoriae Deo: ita vt duo chori, alter è virili, alter è muliebri cōcla-
 ui, ediuerso stantes alterius carminibus sibi respōdeant. Ducta
 bat aut virorū chorū Moses, intellectus perfectus: mulierum
 verò Maria, sensus purificatus. Iustum enim est intelligibiliter
 sensibiliterq; Deo hymnos laudationēsq; sine dilatione dici, &
 vtrūq; instrumentū cōcinne pulsari, tam intellectū quā sen-
 sum, in solius seruatoris honorē ac gratiarū actionē. illud certē
 littorale carmen canūt omnes viri: non tamen mente cæca, sed
 cernente acutē. Mose præcentore: canunt & mulieres ad verita-
 tem lectissimā, virtutū ciuitati ascriptę, Maria carmē præcūte.
 hymnus autem idem à choris ambobus canitur, epodon mira-
 bilem habens, quem decantari bonum est. Sic autē se habet: Can-
 temus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & in-
 fessorem proiecit in mare. Meliorem enim perfectiorēmq; vi-
 ctoriam inuenire non licet, quā qua vincitur petulantū qua-
 drupedum ceruicosorumq; agmen validum, hoc est vitiorum
 & affectuum. sunt enim vitia genere quatuor, & affectus totidē.
 cum quibus & insensor eorum intellectus, virtutis osur & a-
 mans affectuum, collapsus interit, qui prius voluptatibus, iniu-
 riis, vafrauentis, rapinis, fraudibus similib⁹sq; iumentis dele-
 ctabatur. Pulcherrimē igitur legislator inter præcepta docet,
 ne princeps eligatur equorum altor, parum idoneum ratus ad
 principatum, quisquis in voluptates & concupiscentias & amo-
 res impotentes insanens, tanquam infrenis ac cōtumax equus
 cestro suo agitur. Dicit enim sic: Non poteris constituere supra
 te hominem exterum, quia frater tuus non est: propterea non
 multiplicabit sibi ipsi equitatum, nec auertet in Aegyptum po-
 pulum. Itaque nemo altor equorum ad principatum natus est.
 si sacro Mosi credimus. atqui dicat aliquis, magnam esse po-
 tentiam regis in equitatu, non minorem quā in pedestribus
 copiis & naualibus, nonnunquam verò vtiliorem etiam, præ-
 fertim

fertim vbi sine dilatione celeritate expedita opus est, tēporib⁹ morā non ferentibus, sed ipsum momentū occasionis vrgentibus: vt cunctatio non damnu^m solum, sed & cladē illatura videatur, occasione tanquam nube præteruolante. Huic respondebimus, nullū, bone vir, præfidiū legislator noster à principe submouet, neq; copias eius parte aliqua mutilat, imò quātum fieri potest augere conatur, vt robore multitudinēq; freti focij, facile proffigent aduersam aciem. Quis enim alius sic vel insidias collocare, vel aciem struere, vel legiones distribuere, easq; tribus centurionibusq; assignare, vt res postulat, nūc pluribus, nunc paucioribus nouit, adhæc præcepta rei militaris tradere præmonstrareque, vt hic noster confirmata longo vsu peritia? Sed nunc non facit verba de isto equitatu, qualem principes solent colligere ad infestandos hostes tuendosque socios necessarium: sed de eo qui animæ inest, bruto, immoderato, inobediēteque impetu, quem refrenare vtilius fuerit, ne quando populū suum vniuersum in Aegyptum corporis regionem auertat, & voluptatum affectuūque magis quam virtutum Deique amatorem reddat: quādoquidem necessum est vt qui equitatu pollet, eumque auget, viam quæ in Aegyptum fert, vt vates inquit, ingrediatur. Cum enim animam tanquam nauem ab utroq; latere, intellectu sensūque, violentæ processæ affectuum iniquitatumq; reluctantem inundant elata: altius: tunc credibile est fore vt intellectus obrutus subsidat mergaturq; profundum autē in quod mergitur, corpus est, quod cum Aegypto cōfertur. Caue igitur ne vnquam huiusmodi equis alendis studeas. nam & qui diuersum genus tractant, ipsi quoq; vituperādi sunt. & quid ni? apud quos bruta iumenta honorantur, quorum ex ædibus equorum greges semper saturi procedunt, hominum verò eos deducētium nemini, vel sportula succurrit inopia solamen, vel leue aliquod munusculum. & tamen hi minus peccāt. cursores enim equos alēdo, aiunt se sacra certamina & quæ passim aguntur celebritates ornare, & voluptati oblectamentōq; esse spectatoribus, atque etiam multis præbere exercēdi se materiam. nam qui cupiditatem vincendī animalibus induunt, propter honoris amorē & æmulationem virtutis, indefinēti adhortatione alacritatēq; vsi labores libenter sufferunt, nec prius desistūt ab officio, quā ad finem optatum perueniāt. Verūm isti prætextus quærunt alteri ne defensionē quidem vllam habent qua peccatum suum tueantur, qui vectari iubent infessorem intelle-

ctum

ctum imperitum artisequestris, cōmittentes eum vitio & affectui quadrupedi. Quod si aurigandi artē ediscas melius mediterisq; vt iam tibi videaris ad regēdos equos idoneus, tū demum ascende & habenas arripe. Sic enim nec illis salictibus excussus cum laceratione corporis mouebis ritum spectatoribus, alieno malo gaudentibus, nec incurso obuiorū insequentiumve inimicorum capieris: hos celeritate lōgē à tergo relinquēs, illos verò securē vitis per scientiam. Merito igitur Moses victorale carmen canēs ob infessorum interitum, salutem nihilominus precatur equitibus. Nam hi possunt iniecto brutis potentiis freno, cohibere nimum cursus eorum impetum. Quid igitur prædicetur dicamus. Fiat, inquit. Dan serpens in via insidias in semita, mordēs equi calcaneum: & cadet eques retrorsum, salutē expectans à domino. Nunc videamus quid subindictet hæc precatio. Dan interpretatur iudicium, ideo vim animæ scrutantē, examinantem, discernentem, & quodammodo iudicantē singula draconis assimilat. Est autē hoc animal agilitate variū & cum primis callidum, paratūmq; ad vim, quod se facile possit tueri à laessentibus: nō illi vitā amanti de vitāq; cōsultenti simile, quod Eua propterea vulgari lingua solet vocari: sed illi serpenti quē Moses ex ære fabricauit, quē quotquot intuebantur morfi à venenatis bestiis, interituri alioquin, euasisse mortē dicuntur. Proteriosa quidē ista videntur, draco humana verba proloquens, & vafra mentis mores innocentissimos circumueniēs, & persuasibilibus argumētis mulierē decipiens, ac rursus aliis solo aspectu salutem afferens. Verūm in his quæ latentem sensum continent, quicquid fabulæ speciem præ se fert è medio tollitur, atq; ita cōperitur manifestaria veritas. itaq; illum mulieris infidiam, serpentem, à sensu & vita carniū pendentem, voluptatem esse dicimus, repentem sinuosis orbibus, nō valentē se attollere, semperque iacentem, ad sola terrena bona pronam, foueas quærentem in corpore, velut scrobes hiatūsq;, & in quouis sensu stabulantem, hominis consiliariā, meliori cōtradictentē, veneficis & vix vllū doloris sensum afferentibus moribus conantem interficere: Mosaicum verò serpētem fortitudinem, affectionem voluptati aduersariam: quapropter è solidiore materia, scilicet ære factus inducitur. hanc fortitudinis speciem quisquis bene considerauerit, etiāsi fortē fortuna prius à veneficiis voluptatis morsus fuerit, necesse est eum viuere. nam illa quidem intētat animæ mortem inuitabilem, at fortitudo sanitatem incolumi-

m

tatēmq;

ratemq; porrigit, Est enim presentissimū intemperantiæ remediū temperantia. Omni autem sapienti honestas amica est, & eadem utique salutaris. Itaque cum Moses precatur Dani ut serpens fiat, non similem illi Eux serpenti fieri precatur. nam preces solēt bona petere. Fortitudo certē ad bonorū genus perzinet, & immortalitatem confert bonum perfectissimum: sicut voluptatis malum affert extremum mortis supplicium. ideo dicit: Fiat Dan sicut serpens, nō alibi potius quā in via. nam intemperantia gulāq; & quicquid immodicæ inexplebilēsq; voluptates per externarum copiarum vsum pariunt, non finit animam per latam regiāq; viam tendere, seducens eam in barathra & voragine, donec præcipitetur in interitum. Soli autem qui à fortitudine, temperantia, cæterisq; virtutibus se diuelli nō patiuntur, declinant deuitantq; omnia lubrica. Apertissimè igitur dixit adherere viæ rectæ temperantiā, quādoquidem aduersaria huius intemperantiæ solet in deuiis agere. Illud autem, insidens semitam, tale aliquid significat, quantū equidem intelligo. Semita siue callis est, via hominibus, iumentis plaustrisq; communis. hanc aiunt voluptati esse opportunissimam: quia in ea mox à natali die senectutem extremā vsq; gradiuntur inambulāntque, & per otium securitatēq; immorantur, non tam homines quā animalium alia genera. Nam ne vnū quidem est quod nō inescatum à voluptate trahatur, & implicetur eius multiplicibus casibus, quos sine noxa pertransire ingens labor est. At prudentiæ, temperantiæ, cæterorūque virtutum viæ, si nō inaccessē, certē minimè trite sunt. Exiguus enim per has eūpium est numerus, qui germanā philosophiæ rationem sectantur, cum sola honestate habentes consuetudinem, cōtemptis cæteris rebus in vniuersum omnibus. hanc igitur serpens hic nō semel insidet: sed tanta est contentio curāq; fortitudinis, ut nullam non occasionem capter obturandi voluptatis scaturigines, à qua ceu perenni fonte manant mala omnia. propterea serpens ille seductor Eux inducitur cædis hominum auidus: sic enim ait execratio, Ipse tuum caput seruabit. tu eius calcaneum: at serpens Dan de quo nunc loquimur, equini nō humani admorsor calcanei. alter enim ille voluptatem figuratē significans, ut iam demonstratum est, homini, hoc est vniuscuiusq; nostrum cogitationi struit insidias. corrūpit enim mentem voluptatis vsum nimius. at hic Danis serpens, cum sit imago potentissimæ virtutis fortitudinis, equum mordebit, per quē subindicatur affectus

&

& vitiū: quibus temperantia nunquam nō meditatur pernitiē, his admorsis & in genus plapsis, eques, inquit, cadet. Quod autem sub hoc ænigmatē latet, tale quiddā est. huc cōtendendum esse tāquam ad rem egregiam, ut nemo nostrum patiatur mentem suam vectari ab affectu aut vitio: sed si quādo cogatur aliquem ascēdere, det operā ut quā primū vel desiliat vel decidat. tales enim lapsus inclitam victoriam afferūt. ideo quidam è priscis prouocatus ad cōuitiadi certamen, in hoc quidem, inquit, nunquam descēdero, in quo victor victo sit deterior. Ergo tu quoq; quisquis es noli vnquā cū malis cōtendere, & primus esse in huiusmodi certaminibus: sed ante omnia, si fieri potest, cura ut fugias. Quod si quando maiore vi coactus fueris in certamen descēdere, ne te vinci pudeat. sic enim demū, si vincaris, victor euades, quando in hoc genere victor vincitur. Nec expectes dum aduersariū aut præco vicisse pronūtiat, aut certaminis præses coronet: sed ipse accedito palmam porrigēs, atq; etiam, si libet, coronas lemniscatas imposito: ipse victorē magna intrepidāque voce pronuntiato in hanc formulam: In hoc concupiscentiæ, furoris, intemperantiæ, insipientiæ, iniustitiæq; proposito certamine, spectatores vósque certaminis præsides, equidem victus sum, vicit autem iste, & in tantū vicit, ut ne nos quidem inuideamus eius aduersarij. Ergo certaminū istorū haud quaquam sacrerum præmia cedenda sunt quibuslibet aliis. eorum autem quæ verē sacra dicuntur, ipse coronas accipito. Caue autem sacra putes certamina, quæ instaurantur post triennium à quibusdā ciuitatibus, multa milia hominū in theatra ad hoc ipsum facta recipientibus. in his enim aut luctator concertatorem pronum supinumve sternēs, aut pancratiaista validus, à nulla vi sibi temperās, primā laudem occupat. nec desunt qui postquam utroque pugno inferri morem occaluerunt, in caput faciemque inuadunt, & his probè cōtusis in cætera quoque membra sauiunt: aut vice versa plagas recipiendo mulctantur naso vel auriculis. Et post hæc tam immania coronas præmiāq; petunt. Nam reliqua certamina cursorum quinquertionūq; nemo sapiens non rideat, hoc agentium ut saltus sit quā longissimus, & spatia dimentientium, contendentiūque de pernitiē: quos non solū grandiores animātes ceruus aut caprea, sed vel minimus catellus aut lepusculus, non admodum properās, ipsos absq; respiratione currētes summo conatu, à tergo tamen relinquet. ex his certaminibus nullū prorsus sacrum est, etiā si

m ij

cōtra

cōtra testētur omnes homines, mox deprehendēdi in falso testi-
monio. Nam ipsi talium admiratores, leges tulerunt cōtra vio-
lentiā, & iniuriā inferenti in corpus pœnam talionis sanxe-
runt, constitutis etiā iudicibus, qui de talibus causis decerne-
rent. & quomodo æquū videri potest, vt qui vlciscuntur factas
priuatim iniurias, nec impunitas sinunt, iidē in celebrataribus
tantāq; spectatorum frequentia, coronas talium facinorum pa-
tratoribus & alia quædam per præconem statuāt præmia? Cum
enim de eadem persona, de eodem facto, duæ diuersæ feruntur
sententiæ, necessum est iniquum esse alterutram. Ambas enim
æquas aut iniqvas haberi nō est possibile. Vtrum igitur horum
laudatis omnes vno consensu? an non eum puniri qui prior in-
fert iniuriā? ergo meritō damnantur quicunq; dissentiunt.
At ex sacris nihil improbari debet, quorum tanta est existima-
tio publica. Ergo solum olympiacum certamen iuste dicitur sa-
crum, non istud quod ad Elim celebratur, sed quod est proposi-
tum de paradisi diuinis verēq; olympiis virtutibus. in hoc qui-
bus sunt infirmissima corpora, sed animæ validissima, nomen-
dant. Deinde exuti vnctiq; agunt quicquid possunt vel arte vel
viribus, nihil sibi ad summum conatum faciētes reliquum mo-
do assequantur victoriā, & hi quidem facillē vincunt aduersa-
rios: sed inter ipsos rursus de primatu oritur contentio. Non
enim idē omnib; modus est victoriæ: sed omnes honore digni,
prostratis inimicis tam infensis, & grauibus. Maximam tamen
admirationem meretur inter hos præcipuus, cui non debemus
inuidere prima præmia. Cæteri secundis cōtenti sint & tertiis.
Nam de virtute paranda hic certatur: in qua si non datur tene-
re fastigiū, vel in medio satis vtilitatis capitur. & sunt qui hanc
possessionem certiore existimant, inuidiæ celsa petēti minus
obnoxiam. Proinde valde doctē dictum est illud memoria di-
gnum, Cadet eques: vt si quis excidat à malis, bonis innixus as-
surgat. sed eo quod sequitur magis etiā docemur, non prorsus,
sed retrorsum esse cadendū, quia relinqui à vitiis affectio-
nibusq; semper fuit vrile. in honestis enim rebus properatione,
in turpibus tarditate opus est: & rursū, ad illas quidē accedere,
ab his abesse quàm lōgissimè, quādo quō quisq; remotior est à
prauis affectibus, eò maneat sanior. Quamobrē ait eum sanita-
tem expectare à Deo, vt quantum discedit ab iniustitia, tantum
ad iuste agendum properet. Hactenus satis de equo infessorēq;
de pastore & pecuario, de terram operante & agricola, tum quæ
singulas

· singulas has copulas perquirētibus inueniātur differentiæ. Nunc
ad ea quæ deinceps sequuntur aduertamus animū. Cupidū virtu-
tis inducit non ominino peritum agriculturæ animæ, sed tantū
rudimentis eius exercitū, dicens sic: Cœpit Noë homo agrico-
la esse, principium autem, iuxta vetus prouerbiū, dimidium
totius est: & altero dimidio abest à fine, quod nisi accedat, etiā
incepisse res magnas sepe obfuit. nam & scelesti aliquādo quod
non ferrent cruciatus animi, cœperunt de meliore vitæ ratione
cogitare, sed nequicquam. Sic enim vsu venit, vt qui ad finem
non peruenerunt, obruti occurrētium malorum cumulo, relin-
quant bonum illud propositum, ideo cum Caim putaret se gra-
tas obtulisse victimas, non litasse admonitus est oraculo. nec
enim sacra perfectāq; immolasse. Est autem oraculum tale: Nō
si rectē obtuleris, sed ni rectē diuiseris. Rectum igitur est ho-
nor Dei: quod autem non diuiditur, non rectum, huius rei quæ-
sit ratio videamus. Sunt qui pietatem in eo collocent, quod
Deum autorem aiunt rerum omnium, bonarum atque contra-
riarum: quos sic licet alloqui. hæc opinio vestra partim laudabi-
lis est, partim vituperabilis. Laudabilis, quia miratur eum qui
solus honore dignus est: vituperanda, quod nihil distinguit aut
diuidit, debueratis enim nō commiscere confunderēq; omnia,
dum asseritis eum autorem omnium: sed cum distinctione, tā-
tum bonarum rerum causam in eum referre. absurdum enim
est, de sacerdotibus quidem sollicitum esse vt integro sint cor-
pore, itēque de victimis, vt nulla prorsus ne minima quidem
contactæ sint labecula, adhibitis etiā ad hanc curam aruspici-
bus, sicut à quibusdam appellatur, vt sine vitio noxāq; ad arā
admoueantur immolandæ pecudes: opiniones autem de Deo
confusas esse in singulorum animis, nec vlla ratione discerni
regula. Non vides quod camelum animal impurum esse lex
pronuntiat: quia ruminat quidem, sed non diuidit vngulam?
atqui si causam hanc ita vt sonat consideremus, nō video quam
rationem habeat: quod si introspiciamus penitus, apparebit ra-
tio. Quemadmodum enim quodlibet rumiūans cibum semel
deuoratum & rursus sub dentes reuocatum atterit: sic anima
cuiuscunq; disciplinarum studiosi postquam per aures rece-
pit contemplatione dignum aliquid, obliuioni hoc non tradit,
sed per otium secum ipsa retrahat singula, & cuncta sibi redu-
cit in memoriā. Memoria porrō non quævis bona est, sed ea
sola quæ rerum bonarum meminit: malarum enim nō obliui-

sci nocet maximè. Quamobrem ad perfectionem requiritur diuisa vngula, vt vi reminiscēdi bifariam diuisa, sermo per os, & ipsum inter cætera naturaliter diuisum, fluens, labia distinguat, simulq; dānosam memoriā ab vtili. Imò ne diuisa quidē vngula sine ruminatione videtur quicquam vtilitatis afferre. Quid enim prodest naturas rerum ab ipsis exordiis diuidere, vel vsque minutissimas minutias, & nō in seipso idem facere, nec sui partes diuisas habere, sicut quidam non incongruè solent nominare indiuidua. Hoc enim sagacitatis & argutissimæ solertiæ fuerit argumētum euident: ceterum nullam vtilitatē ad rectam honestamque vitam attulerit. Proinde in quotidianis dissertatoribus vbique sophistarum vulgus aures fortuito confluentium atterit, dum magna subtilitate voces ambiguas explicat, atque etiam res multiplices, quæ succurrunt in memoriā, easq; diiudicat. An non alij scripturarū vocum elementa partiuntur in muta & vocalia? alij rursus orationem in tria suprema genera? scilicet nomen, verbum, coniunctionem. item musici suam scientiam in rhythmum, in partem, in melos? rursus partem in chromaticam, enharmoniam diatonicamq; speciem, & in diatessaron, diapente, diapason, coniunctas disiunctasque melodias? sic geometra in duas maximè generales lineas, rectam & circumferentiam? sic artifices alij suam quisq; scientiam in varias species, à primis vsque nouissimas? quibus accinit & totus chorus philosophantium, more suo differens, quod ea quæ sunt, partim sunt corporea, partim incorporea: & alia animata, alia inanimata: quædam bruta, quædam rationalia: pars mortalia, pars immortalia: ex mortalibus aliud mas, aliud femina, quæ hominis est diuisio. rursus è prædicamētis quædam esse perfecta, quædam imperfecta: & ex perfectis quædam interrogationes, percontationes, preces, iuramenta, cæterasq; speciatim in his distinctionibus descriptas differentias. rursus quædam quæ dialectici solent nominare axiomata, & ex his quædam simplicia, quædam non simplicia. rursus è nō simplicibus quædam coniuncta, quædam adiuncta maius minusve, & insuper quædam disiuncta, aliâq; huiusmodi, quædam vera, & falsa, & incerta, possibilia & impossibilia: quædam corruptibilia & incorruptibilia, necessaria & nō necessaria, expedita & impedita, & his cognata cætera. Rursus imperfectorum alia sunt diuisiones in prædicabilia, quæ vocantur, & cōtingentia, & alia quædam his minutiora. Sed quamuis intelle-

ctus

ctus seipso acutior factus, tanquam medicus corporum, sic ipse naturarū anatomiam exerceat, nihil inde ad virtutem lucrabitur: diuidet ille quidem vngulam, distinguere discernereq; valens singula: non ruminabit tamen, vt iuuerur hoc cibo per reminiscentiam, deposita per commanducationem eius asperitate quam ex animæ peccatis contraxerat, conciliatq; esurie ad facilius deglutienda quæ iterum contrita sunt. proinde plurimi sophistæ quos vocant magnam admirationem consecuti apud populos, qui totum ferme orbem peragrunt, gratiosi hospites facundiam diligentiamq; suam ostentantes, deuicti affectibus consenuerunt & vitam in his contriuerunt, nihilo hac parte potiores vilissimis è vulgo hominibus, ideo rectissimè sophistas sic viuentes legislator noster confert cum suis, qui nulla re pura, sed turbida, cœnosa turpiq; vita se oblectat ad saturitatem vsque. ait enim suem esse impurum animal, quia diuidit quidem vngulam, non ruminat tamen: sicut camelū propter causam contrariam, ruminantem non bifidum vngula. Ceterum quæcunque animalia vtrunque hoc habent, pura pronuntiantur merito, quando vtrunque iam dictam absurditatem effugerunt. propositum enim sine memoria, meditatione, iugiq; tractatione rerum bonarum, bonum imperfectum est. quod si alterum accedat ad alterum, ita demum absoluitur. hanc perfectionem formidant hostes animæ, quibus non amplius insurgere contra eam valētibus vera pax obtinetur, at quibus semiperfecta inabsolutaq; sapiētia contigit, infirmiores sunt quam vt possint se peccatorum longo tempore confirmatorum opponere cohortibus. Quamobrem quando instante bello delectus habetur, non omnis iuuentus vocatur, etiam si vltro neam contra hostes operam alacriter offerat: sed iubentur pleriq; domū redire, vt exercitatione continua tantum sibi roboris militaris peritiæque comparent, quantum olim satis futurum sit ad exorquendam hostibus victoriam. ideo quando bellum est pro foribus, in hanc formam per cornicularios edicitur. Quis est homo qui ædificauit domum nouam & nō dedicauit eam? vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo dedicit eam. Quis est homo qui plantauit vineā, & nondū exhilaratus est ex ea? vadat & reuertatur in domū suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo exhilaret ex ea. Quis despōdit vxorē, & nō accepit eā, vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

m iij Atqui

Atqui dixerit aliquis: Cur ô mirande vir, nō potius hos præcæteris in bellum emittis & aciem, qui vxores, domos, vineas habent, aliisq; possessionibus sunt locupletes: pro quibus tuto retinēdis pericula vel grauissima tolerabūt facile? nam isti quibus nihil tale est, cum nullum habeant pignus virtutis necessarium, nō eadem vtētur industria. An hoc te mouet, ne fortē qui nōdum perceperunt fructum è suis possessionibus ne in posterum quidem percipiāt: at quæ potest esse bello victis è suis prædiis vtilitas? Sed nō vincentur, multabuntur igitur ob desertā militiam. Nam his delicatis domi manentibus, necesse est hostes fortes bellatores, nō solum sine sanguine, sed & sine puluere vincere. Sed nō deerit aliorum sociorum multitudo qui pro his quoque depugnent fortiter. Atqui primo absurdum est aliena industria fortunæque niti, præsertim vbi de vastitate patriæ, deque libertate populi priuatim publicèq; periculum imminet, cum possint in laboris partem illi quoque recipi, non valeditudine aduersa, nec ætate parum integra impediti, nec vllō infortunio. Proinde nihil æquius aut magis decorum, quàm vt sumptis armis progrediantur in primā aciem, obiectisq; ante alios socios clypeis, fortiter pugnando propulsent periculum. Alioqui nōne proditiōnis atq; inhumanitatis reos se declarabunt, si reliquis pugnantibus pro republica, ipsi tractabunt domestica negotia? & illis pro aliena salute decertantibus, isti ne pro se quidem arma capient? illi inediā, dura humi cubilia, cæteraq; tum animi tum corporis incommoda libēter perferent cupedine victoriæ: isti dealbando & nugis ornādo surdos parietes, aut agri fructus decerpentes, canentēsq; ad torcular, aut desponsas virgines nūc primū deducentes in thalamum, quasi hoc tempus nuptias postulet, viuent suauiter? bonū sanè est curate domesticos parietes, redditus colligere, cōuiuari, potare, indulgere genio, nouam nuptiam anum (vt vulgaris iocus est) ducere: verū hęc pacis sunt negotia. Nunc integro bello & feruente vt cum maximè, itāne non pater, non frater, non gentilis vllus aut cognatus in militiā profectus est, sed vna totam familiā occupauit timiditas? dices decertare cognatos innumeros. His igitur de vita periclitāribus, delicati isti ac molliculi quas non effratissimas feras immanitate superāt? dicent: durum est pati alios in nostra bona sine labore succedere. An nō durius viuos etiam nū ab hoste pelli possessionibus, quàm defunctos eas amicis cognatisq; legitimis successoribus cedere? tantū inter

vtrūq;

vtrūq; interest, vt stulta sit collatio. Atqui potest fieri, vt isti detrectatores militiae, non solū bona hęc amittant, sed ipsi quoq; veniant in potestatē hostiū, illis verò pro salute reipub. defunctis, etiam si nullum adhuc fructum perceperūt è suis prædiis, solatium contingat ex reputatione hæredū successorūq; quos non alios cuperent. In verbis quidē legis hęc & alia multa controuersa sunt: sed ne quis peruersè callidus plura in eam inquirere audeat, recurramus ad allegoriā & dicamus: primū iubere legē, vt quisquis bonorū possessionē sibi cōparat, curet fructus etiā inde percipere, quādo virtutis felicitas in perfectovsu consistit, per quā contingit vitæ incolumitas: deinde nō de domo hic, aut vinea, aut sponsa verba fieri, vt eam procul abducat. aut plātator vindemiet, expressisq; uuis mustū degustās se exhilaret, aut alius extractā à se domum inhabitet: sed de animæ potentiis, per quas initia, profectus, perfectionesq; contingunt in actionibus laudabilibus. Harum principia fermè ad procos attinent. sicut enim procus nōdum est vir, erit tamē: eodē modo quicumq; bona indole præditus, generosam castāmq; virginem ducturū se sperat eruditionē, mōxq; procū eius agit. profectus autem ad plātatorem possunt referri. sicut enim huius cura est incrementum stirpium: ita discēdi studiosus dat operam vt prudētiæ contemplationes augeantur plurimum. postremò perfectiones ad ædificium domus absolutæ, sed nondum consolidatæ. omnibus autem his tam perfectis quàm incipientibus & proficiētibus conducit vitam sine contentione agere, & abstinere à sophistarum dimicationibus, turbulētam litem ad subuertendam adulterandāmq; veritatem semper meditantibus. quia veritas pacem amat, quam isti prosequuntur odio, quod si descenderit in hoc certamen homines simplices cum peritissimis, omnino succumbent: incipiens, quia imperitus: proficiens, quia imperfectus: perfectus autem, quia nondum exercitatus in virtute. oportet autem sicut incrustationes paulatim hærescunt & consolidantur: ita perfectorum animas confirmatas, aliis super alias meditationibus assuescere ne gradu dimoueātur. Quibus autē id non contigit, apud philosophos in sapientium nomē subrepisse dicuntur. aiunt enim esse impossibile, vt qui in sapientia plurimū promouerunt, & ad eius euaserunt fastigium, suam perfectionem nouerint. negant enim fieri posse, vt qui ad finem peruenit, statim se peruenisse intelligat: sed con finium tenere ignorātiā, non illām procul remotam à scien-

m y tia

cia, verum aliam propinquam, parum distantem à ianua, quò postquam aliquis se peruenisse intelligit, simulque vires aduersariorum, potest contra contentiosam sophistarum aciem subsistere. sperandum enim est de talis viri victoria, quisquis autem nondum præteruictus ignorantium euasit ad lucem scientiarum, eum domi se continere consultius fuerit: hoc est non descendere in certamen de rebus nondum sibi satis cognitis: sed quiescere potius: qui verò per arrogantiam in luctum profilit, petitiones aduersariorum cauere nesciens, ab eis præoccupabitur, & mulcabitur morte scientiarum, grauiore quam est vulgaris hæc anima è corpore dirimens, sed hic exitus merito manet deceptos à sophismatibus. cum enim non possunt solutiones inuenire, mendacis tanquam veritati credendo amittunt vitam scientiarum: quod accidit & his qui se sinunt decipi ab adulatoribus, nam horum anima sana & verax, per morbida subuertitur & expellitur amicitia. proinde consultum est, ne huiusmodi certaminibus se committant qui discere incipiunt, cum imperiti sint: similiter & proficietes, cum imperfecti sint, nec non qui tum primum perficiuntur, quia perfectionem suam adhuc ignorant, quod si non pareant huic consilio, alius, inquit, homo domum eius habitabit, vineam possidebit, uxorem ducet, quod perinde est ac si diceret, hæc iam dictæ potestatis, studij, profectus, perfectionis deficient nunquam, sed alias alios homines accedendo versabuntur cum eis, migrantes ex anima in animam, similes signaculis (nam & hæc post impressam cæcæ formam nihilo deteriora permanet) etiam si contingat impressos characteres vobiscum interire, cum enim sint immortales, innumeris ante vos familiaritate sua pepererunt gloriam: quos expertæ sunt, non sicut vos propter periculorum contemptum auersari suam consuetudinem, sed vltro ad se accedere, & securitati suæ prospicere, proinde si quis virtutis amicus est, optet in se plerumque bona omnia, & existere in sua anima, quemadmodum in statua tabulæque perfectissima, quicquid ad decentem proportionem attrinet: id secum reputans esse innumerabiles qui captent eadem: quibus natura ipso præterito donabit omnia, felicitatem discendi, profectum perfectionemque, sed satius fuerit ipsum ante illos elucere, & concessas sibi diuinitus gratias in tuto reponere, potius quam obicere hostibus auidis ceu prædam paratissimam: ergo parua utilitas est principij quod iusto fine non obsignatur, sæpe tamen etiam perfecti quidam pro imperfectis sunt habiti, eo quod suapte a lacritate, non Dei benignitate profecisse sibi visi sunt, qua opi-

nione

nione iuueniliter inflati, & in immensum elati, è sublimi delati ad infimum baratrum interierunt. Si domum, inquit, nouam ædificaueris, & feceris in tecto coronulam, caue habearis autor necis in domo tua, si quis inde prolapsus deciderit, grauisimum est enim ab honore Dei prolapsus decidere, sibi metipsum coronam usurpando, & ciuilem necem patrando, suam enim animam interficit, quisquis honorat quod nihil est, struens sibi stultæ eruditionis ædificium: nam eruditio non senescit, quapropter nouam vocat eius domum, nam alias res tempus absunxit, hæc autem etiam si procedat in tempus longissimum, florem ætatis non amittit, virenti semper specie hilaris, & agilis assidua consuetudine. Aliubi quoque inter præcepta extat hortatio, vt affluente rerum copia, non nobis eam ascribamus, sed memores simus Dei qui largitur vim & robur ad agendum, hic igitur finis felicitatis est, illa verò principia, itaque si quis obliuiscitur huius finis, ne partis quidem rebus bene frui poterit. Verum isti sponte per amoris sui labuntur, dum grauantur Deum, qui solus amari à seipso meretur, vt perfectissimus, fateri autorem bonorum omnium. Sunt etiam qui omnem pietatis rudem mouedo celeri navigatione conati sunt in portum eius appellere, & iam proximi, iamque sperantes inuehi, repente ex aduerso procella coorta, tum demum à recto cursu repulsi sunt, frustrati tot navigationis commodis. Horum iactationi quis male precareretur? quando inuitis quod remoraretur accidit. Quis igitur assimilabitur his, nisi qui magnum, vt vocant, votum vouit: Si quis, inquit, subito coram eo mortuus fuerit, confestim polluetur caput voti eius, & raderur. Deinde post pauca subinfert: Dies autem priores iriti fient, quoniam pollutum est caput voti eius, vtraque vox, subito & confestim, indicat non voluntariam mutationem animæ. Nam in peccatis voluntariis opus est tempore consultandi, vbi, quando, quomodo aggreddienda sint. Quæ autem inuiti admittimus: repente, ex improviso, momento (vt ita loquar) temporis ingruunt. Est enim perdifficile, ceu cursoribus, post institutum semel ad pietatem cursum inoffensè & sine respiratione ad metam recta decurrere, quandoquidem innumera sunt quæ obiacent pedibus mortalium. Cæterum ante omnia, quod sola præstat beneficentia, abstinere à voluntariis peccatis, prodest ad repellendam etiam inuoluntariorum multitudinem. Deinde si & inuoluntaria nec multa admittantur, nec diu adhæreant. Pulchrè au-

tem

tem inuitæ mutationes dies dixit irritos, non solum quia ratione caret peccatum, sed quia horum quæ sunt ab imprudentibus non potest reddi ratio. ideo sæpe cum talium factorum causam repositur, negamus nos scire, aut posse dicere: quia nec intercedere potuerimus, nec præscire. Rarum igitur Dei donum est, à carceribus ad metam usque stadium vitæ percurrere absque offensa lapsusque; ita ut naturam vtranque peccatorum voluntariorum inuoluntariorumque; liceat celerrimo cursu præteruolare. Hactenus de principio finemque; dictum sit per occasionem Noë iusti, qui agriculturæ prima rudimenta consequutus, ad finem eius peruenire non valuit. ait enim scriptura, Cœpit esse agricola, non extremos eius scientiæ terminos adeptus est. quæ autem de plantatione eius dicta sunt, repetamus denuo.

PHILONIS IVDÆI, de plantatione Noë liber secundus.

IN primo libro de agriculturæ arte in genere quantum tempestiuum erat, diximus: in hoc de eius specie vinitoria pro viribus dicemus quod reliquum est. Nam iustus hic, non solum agricola, sed & proprie vinitor introducit, dicente sacra scriptura, Cœpit Noë homo agricola esse & plantauit vineam.] Decet autem ut qui de singularibus stirpibus & agriculturis dicturus est, consideret primum stirpes in hoc vniuerso perfectissimas, magnamque; illum plantatorem harum præsidem. Scilicet plantator ille maximus, & arte perfectissimus, huius rerum vniuersitatis rector est: planta verò mundus hic, non vnicum stirpis genus in se continens, sed infinitos ceu palmites ex vna radice progerminans. Postquam enim essentiam inordinatam suapte natura confusamque; in ordinem ex perturbatione & ex confusione in discretionem reducens mundi opifex formare cœpit, terram quidem & aquam radicauit in medio, aeris vero ignisque; arbores in sublime subduxit à medio. hæc autem circumquaque; munivit æthere, extremum hunc terminum pro munimente custodiensque; statuens, vnde cælum Græcis nominatum videtur. interius terram cum sit arida inuehi aquis, nec ab eis dilui, igni porro

porro natura calido iungi aërem suoapte ingenio frigidissimum non sine ingenti miraculo iussit. nonne enim prodigiosum videtur, id quod dissolubile est contineri à dissolutiuo, videlicet terram ab aqua? & frigidissimæ rei superpositam calidissimam, non extingui tamen ignem ab aëre? hæc sunt illæ perfectissimæ plantationes huius vniuersi operis: maxima autem & omnium rerum feracissima stirps, mundus hic, cuius cœu rami sunt modo dicta germina. Nunc considerandum vbi sint eius radices, & quæ basis, in qua consistit more statuarum. corpus certe nullum credere debemus extra relictum errare, absumpta in vnum Dei opus omni materia. perfectissimum enim oportuit effingi maximum opus ab opifice maximo. Non fuisset autem perfectissimum, ni ex perfectis cœpletum esset partibus. itaque; ex tota terra & ex tota aqua aëreque ignisque; ne minima quidem exterius relicta eorum particula, mundus hic cœfectus est. Vnde necessario sequitur, extra aut vacuum esse aut nihil. Si vacuum, quomodo id quod plenum est & solidum & omnium grauissimum non degrauiatur mole sua, sustentatum à nihilo? ut somnio quiddam simile videatur, dum cogitatio semper querit basim corpoream, quam requirit quicquid mouetur, præsertim mundus, quippe maximus omnium corporum, & multitudinem aliorum corporum, ut suarum partium in sinu continens. Si quis igitur pudorem huius difficultatis non explicatè velit effugere, ingenuè dicat, nihil esse tam fortè in omni materia, ut mundum baiulare valeat. sed æterni Dei lex æterna firmissimum ac munitissimum fulcrum est rerum omnium. hæc à mediis ad fines, & ab extremis ad media se extendens, decurrit per longum naturæ stadium cursu inuictissimo, in vnum conducens partes omnes constringensque; hanc enim pater qui ipsam genuit, vinculum fecit non rumpendum in perpetuum. merito igitur neque; tota terra diluitur à tota aqua, quod in sinibus eius accidit, neque; ab aëre ignis extinguitur. neque; contra igne inflammatur aër, Dei lege se interponente: sicut elementa vocalia mutis distinguuntur, ut vniuersum hoc tamquam in literata musa concinat, minaces contrariarum naturarum concursus suadela dirimete interposito suo arbitrio. ita profecto radicatur arbor feracissima, & radicata stat firmiter. particulares autem & minores stirpes, partim mouetur & migrat, partim mouendo se nihilominus semel assignatum sibi locum obrinet. quæ ambulatoriæ sunt, animates ut nos vocamus, huius vniuersi gradioribus inditæ sunt partibus: terræ terrestres, aquæ natatiles, voluct

volucres aëri, ignigenæ igni, quarum prouetus manifestè videri fertur in Macedonia, sicut stellæ in caelo cernuntur. sunt enim & hæ animantes intellectu præditæ, consensu philosophantium: aliæ per se vagæ, aliæ fixæ, quæ tamen eadem cum mundo rotatæ circumactæq; vertigine locū mutare putantur, at quæ naturam imaginatione carentē habent insitā, quas propriè plantas dicimus, migratio quoq; motu carent. duo autē genera in terra & aëre fecit opifex. in aëre quidē volucres sensibiles, & potestates alias sensu haudquaquam perceptibiles. animarū sodalitiū istud est incorporearū, nō in eisdem digestarū ordines alias enim assignari ferunt mortalibus corporibus & post certos tēporū circuitus liberari denuō. alias diuiniorē habitū sortitas totam terrenā regionem contēnere. in summo autē propè ipsum ætherem esse purissimas, quas Græcorum philosophi heros vocāt & genios, Moses ex re nomen facit eis angelis: quod bonarum rerum internuntia sint à summo rege ad subditos, ac rursum pro horū necessitatibus legatione ad illum fungātur. terræ verò animalia terrestria stirpésque, alia duo genera attribuit, iussæ ut eorū matrem simul ac nutricē ageret, sicut enim mulieri & omni foemelia fontes lactis sub partū scaturiunt, ut recētes foetus rigētur alimētis necessariis & cōuenientibus ita & terrestriū animalium matri terræ omnes stirpiū attribuit species, ut cognatis nō alienis cibus partus eius vterētur. stirpes tamē deorsum verso fecit capite, infixas fertilissimis eius partibus. Brutorū autē capita retraxit à terra, & summæ cervici oblongæ aptauit, & pro fulcro pedes anteriores ei supposuit. solus homo eximium ornatū sortitus est. ceterorū enim animalium ora deorsum flexit: quapropter ad terrā prona sunt. hominē cōtrā erexit, ut cælum spectet, cum sit nō terrestris planta sed celestis, sicut à priscis accipimus. Quorū alij particulā æthereæ naturæ hanc asserentes, cognatione iungūt ætheri hominē. At magnus ille Moses, nullæ creaturæ rationalis animæ speciē facit similem, quā inuisibilis Dei pronūtiavit imaginē: hoc ipso probam existimās, quod essentiā formamq; diuinitus impressam habeat, cuius character æternus sermo est. Inspirauit enim (ut inquit) Deus in faciem eius spiritum vitæ. itaq; necessum est, ut qui eum recipit, emittētis imaginē referat. ideo dicitur, ad imaginem Dei factū hominem, nō ad creaturæ alicuius. Cōsequens erat igitur, ut quoniā humana anima exemplar suum auctoris summæ sermonem referebat, corpus etiam erectū ad purissimā

partem

partem mūdi cælum os attolleret, ut per hæc quæ in propatulo sunt intelligātur illa inuisibilia. ergo quoniam erat impossibile ut cogitatio perueniret ad aspectū eius Qui est, nisi mētis ab ipso attractæ, sicut sua cuiq; manifestè testatur conscientia: euidens simulacrū occulti oculi corpus hoc habemus, quod potest ad æthera suspicere. Cū enim hi ex corruptibili materia cōpacti oculi eorūq; ascendāt, ut à terrena hac regione prouolent ad cælum remotissimum, pertingātq; ad eius terminos, quales existimandi sunt per omnia discurrentes animæ oculi: qui multo desiderio cōspiciendi eius Qui est volucres facti, non solum ad extremū æthera pertinent, sed à tergo relictis totius mundi terminis, ad ingenitum illū properant. Quapropter in oraculis dicuntur sursum vocati, qui sapientia scientiaq; nunquā satiantur. Fas est enim ad Deū sursum vocari eos, qui ab ipso inspirati sunt. mirum enim si turbines procellaq; arbores stirpitus rapiunt in aërem, & nauigia decem milium amphorarū capacia, mercibus onusta, quasi leuissimū aliquid ex alto mari auferūt, & stagna flumināq; in sublime abeunt, in gremio terræ fluentis deficientibus, quæ exhausserunt ventorum vehementes multiplicésq; vortices: omnipotentis verò Dei spiritu inferna hæc omnia superante, mens suaptè natura leuis non fit leuior, & ad summam altitudinem attollitur, præsertim hominis germanæ philosophiæ dediti. Hæc enim non vergit deorsum ad res terre gratas & corpori, à quib⁹ quā lōgissimè conatur discedere: sed sursum fertur, ut insatiabilis amatrix sacrarum feliciūmq; naturarum sublimium. Quomobré Moses præfectus custosq; oragiorū eius Qui est, sursum vocabitur. Legitur enim in libro Leuitico, Sursum vocauit Moſen. Beseleel quoq; secundo honore dignatus sursum vocabitur. Nam & hunc sursum Deus euecat, ad fabricā & curam sacrorū operum. Verū hic secūdas huius euacationis partes, Moses verò sapiētissimus primas feret. Nā ille vmbra fingit, sicut pictores, quib⁹ nō est fas animatū quicquam cōdere. Beseleel enim in vmbra faciēs interpretatur. At Moses nō vmbra, sed naturas archetypas earū rerum quas fingendas sortitus est. & alioquin etiam summus ille auctor, aliis clarius manifestiūsq; tanquam in sole puro: aliis obscurius, tanquam in vmbra solet res suas ostendere. Nunc postquam differuimus de grādiōribus mūdi plantis, videamus quomodo & in homine minore mūdo sapiētissimus opifex Deus arbores quasdam condidit. Primum in corpore nostro quasi bono agro, sensu

suum scrobes præparavit: in quas vnūquemq; tanquam mitem
 vtilēmq; arborē indidit, auditum in aures, visum in oculos, in
 nares odorarum, & suis quosq; locis cæteros. Attestatur autem
 huic meæ sententiæ fatidicus vates, qui in suis hymnis sic loqui-
 tur. Qui plantat aurem non audit? qui fingit oculos non inspi-
 ciet? quin & alia, quæ vsq; crura manūsq; ac cæteras corporis
 partes externas internāsq; pertinet, facultates omnes sunt ge-
 nerosæ plantulæ, sed quæ præstantissimos perfectissimōsq; fru-
 ctus afferūt, penitus insitæ sunt in vim qua homo regitur. Sunt
 autem hæc: cogitatio, perceptio, cōiectura, meditatio, memoria,
 habitus, dispositio, artium species multifariæ, scientiæ cōfirma-
 tæ, virtutis totius contemplationum conceptus indelebilis. Ho-
 rum nihil vllus homo plantare scit: sed vniuersorum vnus in-
 genitus est artifex, qui non solum creauit ea semel, sed & singu-
 la plantat quotidie. huic nostro sermoni adstipulatur etiam pa-
 radisi illius plātatio, de quo dicitur: Plantauit Deus paradysum
 in Edem contra orientem, & collocauit ibi hominem quem fin-
 xerat, id si accipiatur de vitibus, & olearum, malorum, punica-
 rum, similiūmq; arboribus, magna & incurabilis stulticia fue-
 rit, quæri enim posset in quem vsus factus sit, an propter amœ-
 nam habitationem? ergo totus mundus nō est aptius Deo sum-
 mo regi habitaculum? an nō & alia multæ res sunt ad excipiē-
 dum tantū regem magis idoneæ? imò nefas est illi summo au-
 tori assignari locū aliquem, præsertim cū non singulis annis
 fructū ferāt arbores. ad cuius igitur vsus fructum paradysus
 hic erit fertilis? hominis certè nullius. nā paradisi nemo pror-
 sus inducitur incola: quando & is qui primus è terra fictus fue-
 rat Adā, translatus inde dicitur. Deus certè sicut aliis rebus, ita
 & cibus non indiget, nam quisquis cibo vitur, necesse est vt pri-
 mū indigeat eo, deinde instrumēta parata habeat, per quæ &
 ingestum recipiat, & digestum foras egerat. hæc autē in summi
 autoris felicitatem nō competunt impia cōmenta hominum,
 ad tollendam pietatem sanctitatēque, virtutes maximas, in-
 ducentium Deum humana forma & affectibus humanis prædi-
 tum. Eundem igitur ad allegoriam viris amicam perspicaci-
 bus, quando & oracula sacra occasionem nobis manifestissimè
 porrigunt, narrant enim in paradiso stirpes esse nostris nequa-
 quam similes, sed vitæ, immortalitatis, scientiæ, cognitionis, in-
 tellectus bonarum rerum, & malarum imaginationis. hæc verò
 cū terrenæ non sint, necessariò rationalis animæ plantæ sunt
 existum

existimāda: cuius iter ad virtutem habet finem vitam immor-
 talitatēmq; diuersa verò via ducēs ad vitiū, his a missis in mor-
 tem definit. Credendū est igitur benignissimum Deum in ani-
 ma, tanquam paradysum virtutū, & actionū quæ ex harum præ-
 scripto fiunt, plātare, qui ad eius perfectam felicitatem condu-
 cat: quamobrem locum conuenientissimū assignauit paradiso
 nominatum Edem, quod interpretatur delitiæ, qui significat
 animā rectè cernentem, choreas agētem cum virtutibus, exul-
 tantem præ nimio gaudio, vnā delectationem innumeris homi-
 num voluptatibus præferentē, quales solus consecatur sapiens.
 Hoc mero gaudio exhilaratus vnus è Moysis præcipuis sodali-
 bus, in hymno exclamat suam mentem alloquens. Delitiare in
 domino: hac voce seipsum ad cælestem diuinūque amorem
 excitans, & ista quæ vulgus hominum pro deliciis iactat osten-
 ratq; fastidians, totam mētem afflatu diuini furoris correptus,
 & in Deo solo hilaritatem suam totam collocans. Illud quoque
 quòd contra orientem paradysus esse narratur declarat ea quæ
 modo dicta sunt. Tenebricosa enim vespertina nocturnaq; res
 est insipientia: splendida verò, fulgida, & verè orientalis prudē-
 tia: & sicut oriēs sol totum cælum radiis illustrat, eodem modo
 etiam virtutes habent suos radios, quibus in mentem penetrā-
 dorotam eam reddūt lucidissimam. Et homines quidem ad cu-
 stodiam rerum suarum adhibent feroces bestias quæ insidiato-
 res & raptores arceant: Deus autem suis rebus rationales natu-
 ras præficit. Posuit, inquit, ibi hominem quem finxerat: hoc est
 in solis rationalibus virtutibus. harum enim exercitationem
 vsūmq; Deus in eximias animas cōfert ceu munus honorariū,
 ideòq; apertè dicitur, quòd eum qui in nobis est verū hominē,
 id est mentem, posuit in honestatis hortis arboribusque sacra-
 tissimis. Qui autem mente carent, hos nemo possit excolere, cū
 non sint ingenio capaci præditi. Non est igitur dubitandū, cur
 in arcam illam ingentem diluuii præparatam omnes animan-
 tium species introducantur, nulla in paradysum. Nam arca hæc
 corp⁹ significabat, quod necessariò capit affectionū vitiorūmq;
 immanes pestes & indomitas: paradysus autem solarum virtu-
 tum est: quæ nihil immansuetum admittunt aut quod ratione
 careat. Cautè etiam nō hominem ad imaginem expressum, sed
 hominem fictum inductum ait in paradysum, nam ille ad ima-
 ginē deliniatus Dei spiritu, nihil differt, vt mihi videtur, ab ar-
 bore quæ fructum fert vitæ immortalitatem. nam vtrūq; in-
 corrupt

corruptibile, portione honoratissima in medio sita dignatum est. dicitur enim lignū vitæ esse in paradisi medio. at ille alter constans è miscellaneo terrenoque corpore, naturæ simplicis & nō fictæ expertus est: cuius exercitator solus scit habitare atrium & domum domini. Iacob enim simplex habitans domum inducitur, non eius frater versutus & variis figmētis instructus animus. Conueniebat igitur, ut in paradiso, id est vniuerso hoc mūdo medius radicaretur intellectus, insitas habens vires trahentes se in contraria, in discernendis eis ambiguus vtrum expetenda an fugienda sequatur: ut si meliora capesseret, immortalitate frueretur ac gloria: sin deteriora, in turpem mortē incideret. Tales sunt arbores quas ille solus sapiēs radicauit in animabus rationalibus. Moles autē miseratus è paradiso virtutū pulfos suoptē arbitrio, potentiā Dei clementesq; ac mites eius virtutes precatur, ut vnde terrenus intellectus Adā exulat, illuc plantetur ille acutè cernens populus, dicit enim, Inductos eos plātabis in montem hæreditatis tuæ, sessionem in cathedram tuam perfecisti domine: sanctuarium domine, quod collocauerunt manus tuæ. dominus regnabit in secula, in æternū & ultra. Clarè igitur, si quis alius, didicit, quòd Deus demissis omnium rerum seminibus ac radicibus, autor fuit ut arbor maxima germinaret mundus hic: qui & nunc videtur subindicari in modo dicto carmine, dum nominatur mōs hæreditatis: quia factoris nulla hæreditas magis est propria quàm opus ipsius. In hoc igitur nos plantari precatur, non ut irracionales fiamus, & contumaces ingenio, sed ut sequendo dispēsationem illius perfectissimi, & imitando eius perpetuam constantiam, inoffensè viuamus ac sobriè. nam iuxta naturam viuere, felicitatis finem esse prisca assuerant. idem carmen cōsonat cum his quæ dudum de mundo dicta sunt, eum esse instructissimam Dei domum sensibilem, eamque factam, non increatam ut quidam existimant, sanctuarium autem, quasi splendorem è sanctis reditum, exemplaris imaginem. Nam quæ sensui pulchra sunt, intellectui pulchrorum imagines sunt. quod autem ait paratū Dei manibus, opifices mūdi potentias eius significat. Et ne quis suspicetur eū indigere creatura quacunque, accinit necessariò, Dominus regnabit in secula, in æternū & ultra. Rex autē nullo habet opus, sed sub eius iure sunt omnia. Quidam autem aiunt hæreditatem Dei dici esseq; bonū ipsum, cuius vsumfructū Moses nunc in votis nuncupet, quasi dicat: quia nos, tanquam pueros recens

ad descendū admotos, introduxisti per sapientiæ decreta & contemplationes, nec sine rudimentis esse passus es, plāta nos in sublimi sermone cælesti. hæc enim est hæreditas paratissima & domus cōmodissima habitationi, quam fecisti sanctuarium. es enim domine factor bonorum sanctorūmq;: sicut ediuerso malorum profanorūmq; creatura hæc corruptibilis. Regna per infinita secula in anima supplice, ne momentū quidem eam præsidio tuo destituens. Nam tibi continuè seruire, non solum libertati præferendum est, sed & regno vel maximo. Sed fortasse multis in mentem venit querere, quam rationem habeat illud, In mōtem hæreditatis tuæ hæreditatem dare cōuenit Deo, accipere autem eam, fortasse non fuerit rationi consentaneum cū omnia iā antè sint ipsius possessio. Quid si hoc dicitur de illis qui per excellentiam ad eius dominium pertinent? quemadmodum reges imperāt quidem omnibus subditis, sed maxime domesticis, quorum ad corporis curam & reliquum victum quotidianis vtuntur ministeriis. Idem quamuis totius regionis possessionum sunt domini, etiam earum quæ priuati iuris sunt, tamen sola habere putantur quæ commiserunt suis procuratoribus, à quibus annuos redditus exigunt. in eos secessus sæpe animi gratia se conferunt, grauissimis regni ac reipublicæ curis aliquanti sper sepositis, & hi censentur possessionum regiarum nomine. item argentum aurūmq; & cætera pretiosa quæ recōduntur apud subditos, regū magis sunt quàm eorum à quibus habentur: attamē sunt qui propriè dicātur regij thesauri, in quibus ordinarij tributorū exactores totius regionis prouētus solent reponere. Ne mireris igitur si & omnipotentis rerum omnium præsidis eximia hæreditas esse dicitur sapientū animarum sodalitiū, quod acutissimè cernente, inculpabili, recētq; semper mentis oculo præditū est, nunquā coniuente, sed aperto continuè, directèq; intuente. propterea sic & in maiore canrico dicitur: Interroga patrem tuū, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adami, constituit terminos gentium iuxta numerū angelorū Dei. Et facta est portio domini populus eius Israel. Ecce iterū portionem & hæreditatē Dei dixit eos à quibus germanè, colitur & aspicitur. terræ autem filios, quos Adami nominat filios, dispersos dispalatōsque cateruatim, cū nō possent rectæ rationis ductū sequi. ita est profectò, societatis cōiunctionisq; causa est virtus, dissolutionis verò & separationis

affectus cōtrarius. id satis declarat solenne sacrū, quod in diem propitiationis, vt vocant, incidit. tunc enim ex præcepto super duos hircos fors mittitur, altera domino, altera hirco emissario: scilicet super duas rationes, quorum altera domini sit, creaturæ altera. ergo qui summum autorem veneratur, sibi ipsi honoris hæreditatem parabit: qui creaturam, exulabit, pulsus è regione sacratissima in profana deuiāq; baratra. tanta est Mosis cum Deo familiaritas, vt hac maximè fretus, vehementiora & maiora quàm pro aurium nostrarum captu proferre soleat dogmata: qui nō modo hæredem facit Deum, sed quod incredibile est, hæreditatem, integram enim tribum quæ ad illum supplex confugit, nō agro donauit sicut cæteras vñdecim: sed vt eximiam honorauit sacerdotio, cælesti non terrena possessione. Non erit, inquit, tribui Levi portio nec hæreditas inter filios Israël: quia dominus ipse hæreditas eorum est. ex persona quoq; Dei canitur in eius oraculis in hunc modum, Ego portio tua & hæreditas. nam perfectè purificata mens, quæ se abdicauit creaturis omnib⁹, proculdubio nihil nouit præter illum Ingentū, ad quem accessit, & à quo recepta est. Quis enim potest dicere, Ipse mihi solus est Deus, nisi qui nullam istarum inferiorū rerum amplectitur, quod institutum est Leuiticum, interpretatur enim hæc vox, Ipse mihi, quod apud alios alia sint in pretio, apud hunc solum ille optimus maximus autor rerum omnium. Fertur quendam è priscis correptū infano amore sapiētiæ quasi mulieris formosissimæ, cum sumptuosa pompæ spectaret apparatus copiosissimū, versum ad quosdam familiares dixisse: videte amici quàm multis rebus opus non habeo. & tamen nihil habebat præter amictū necessarium: ne quis putet eum inflatum diuitiis, vt plerique solent, arroganter contra Deum locutum esse. eadem legislator sapere docet eos qui non cupiunt creatis rebus ditescere, fastidiētes quicquid genitum est præ ingenti familiaritate, quem solum habēt pro diuitiarum felicitatisq; sine perfectissimo. Eant nunc & glorientur qui condiderunt regna imperiāq; maxima: alij quia ciuitatem aut regionē aut gentem vnā subiugauerunt: alij quia tractus omnes terræ ad vsq; eius terminos: Græcas barbarasque gentes, flumina omnia mariāq; quàm multa quàm magna sunt, in potestatem suam redegerunt, etiam si præter ista sublimem illam naturam, quod vel dictu nefas est, quam solam seruituti non obnoxiam opifex condidit, sibi subiecissent: tamen è plebeiorum numero

censet

censendi essent, collocati cum magnis regibus quorum hæreditas Deus est. Quantò enim possessor possessa re habetur potior, & opifex opere suo, tantò magis illi accedūt ad maiestatem regiam. certè quod quidam alunt bonorum virorum esse omnia, inter paradoxa refertur ab aliis, intuētibus externam copiam & inopiam, & neminem pecuniis possessionib⁹q; carētem inter diuites numerantibus. at Moses adeò suspiciendam expetēdamque omni studio ducit sapientiam, vt sortem eius non solū vniuerso mundo, sed & rerum omnium regi æquiparet. Quod dogma non disputatorū est pro vel contra differentium, sed hominum firma fide constabiliorum. quandoquidem nunc quoq; sunt quidā pietatis simulatores, qui hæc dictū quàm factū procliuiora calumniantur, negantes vel piū vel tutū dicere Deū hæreditatem hominis. quibus libenter dicerem: nō miror, cum nō germano affectu, sed supposititio adulterinōq; ad eas res cōtēplandas veniatis. nihil enim interesse putatis inter possessiones vinetorum, oliuetorū similiūque, & Deum qui sapientum dicitur hæreditas. nec reputatis quod & pictori ars pingendi, & sua cuiq; artificii ars hæreditas forsve cēserur, nō vt terrena possessio, sed vt olympicum præmiū. nam huiusmodi res quamuis non sint domini, profunt tamen habentibus. ergo & eum Qui est, sortem non vulgaribus istis similem intelligite sycophātæ, sed maximum autorem bonorum cultoribus suis vtilissimum. Nunc postquam de primo plantatore primaq; planta quod dicendū erat diximus, transeamus deinceps ad disciplinas instar huius factas. in quarum mentione primus succurrit sapiēs ille Abraham, qui dicitur plantasse agrum ad puteum iuramenti, & inuocasse nomē æterni Dei domini. nec indicatur platarum proprietas, sed tantummodo regionis eius spatium. aiunt autem quibus mos est scrutari talia, quicquid in possessionē Dei celsit, diligēter descriptum, arborem, locum, fructum arboris. Arborem ipsum esse agrum, nō germinibus terræ similem, sed in cari Deo viri mente radicatum: locum, ipsum iuramenti puteum: fructum verò nomē domini, pro quo æternus Deus sumitur. singulis aurem horum sua debetur ratio. ager centum cubitorū in longitudinem, totidem in latitudinem, si iuxta quadranguli naturam multiplicetur, decem milium solidorum cubitorum cōficiet numerū: qui est crescentium ab vnitāte maximus & perfectissimus: vt principiū numerorum sit vnitās, quæ per primam cōpositionem in decem milia desinat. quapropter nō-

n iij

nulli

nulli haud temerè vnitate conferūt cum carceribus, cum meta verò decē milia: ceteros omnes numeros qui sunt in medio spatio, cum cursu certantibus. incipientes enim ab vnitate tāquam à carceribus, in decem milibus finem statuunt, hinc arrepta occasione quidam aiunt per hæc significari, Deum esse principium & finem rerū omnium, quæ opinio facit ad pietatē. hoc dogma plantatum in anima, pulcherrimū & cibo aptissimū fructum parit sanctitatem, cui plantę locus commodissimus est puteus, qui vocatur iuramentum, in quo ferunt aquam non inuentam. Accesserunt, inquit, pueri ad Isaac, nūciantes ei de puteo quem foderant, & dicētes, Non inuenimus aquam. & vocauit eum iuramentum, hoc quid significet cōsideremus. Qui rerū naturas scrutantur, & singulas in disquisitionē vocant magna cum diligentia, similes sunt puteos fodientibus, nam & illi fontes lateres inquirunt, vtriusq; cōmune desiderium est potus inueniēdi, sed alteris quo corpus, alteris quo recreatur anima. Quēadmodū igitur quidam fossores puteorum quæsitā aquam sæpe non inueniunt: ita qui vltius progrediūtur in scientiis, & diutius in eis inambulant, non possunt finem attingere, certè admodū doctos aiunt accusare suam magnam ignorantiam. Hoc enim tantum sentiunt, quā longè absint à veritate, ex his vnus olim vsq; ad miraculū sapiens dicere solebat, homines meritò ipsum mirari, qui hoc tantum sciret, scire se nihil. elige si liber quamcūq; artem maiorem minorēve, & aliquē in ea laudatissimū: deinde examina an præceptis artis respōdeant artificis opera: videbis hæc ab illis nō exiguo, sed magno interuallo abesse, quādoquidē fermè impossibile est in quacunq; absolutū esse, quod hæc fontis in morem vadabūdæ varias contemplationū species ebulliant, ideo iuramentū nominatur aptissimè, quod est fidei signum firmissimum, coniunctū cum Dei testimonio. Nā cum iurātes in re dubia testem Deum inuocēt, nihil licet iurare certius, quā quod nullius sciētix finis inueniatur apud vllum artificem, idem dicere possumus & de aliis nostris potentiis penè omnibus. Sicut enim in dicto puteo negant aquam inueniri, sic nec in oculis quicquā visum, nec auditū in auribus, nec in naribus odoratum esse contendunt, in summa nullū sensum in vllō instrumēto sensitiuo: similiter nec in mēte intelligentiā. Alioquin quomodo visus auditus mēs falleretur, si in his essent firmæ vires cōprehensiuæ, & non à Deo qui eas indidit, cōfirmaretur? Iam & de loco, in quo arbor ista floret satis locuti, tandem

&

& de fructu eius differamus: qui cuiusmodi sit, ex ipsis verbis scripturæ patebit. inuocauit enim nomen hoc, Dñs Deus æternus: quæ appellationes eius Qui est indicāt potētiās, dominus eam qua imperat, Deus eam qua est beneficus. Quamobrè & sacer Moyses in toto mundi opificio nomē Dei assumit: hoc enim conueniebat potētiæ, qua factor suas creaturas produxit ornauiq;. Ergo quatenus imperat vtrūq; potest, tum bene tum male facere, ad retributionem factorum se attemperās. Quatenus autem beneficus est, alterū solum vult, videlicet benefacere. Est autem maximū animę bonū, non dubitare de vtravis regis potētia, sed cōstanter metu ab imperij potētia depēdente se exoluerē, & spē fouere de propēsa benignissimi numinis erga nos volūtate, fore vt aliquando ea vtrifruī contingat. iam hæc voces Deus æternus, idem valent ac si dicat, nō qui aliquādo largitur, aliquando non, sed semper & cōtinuē: qui sine intermissione benefacit, qui dona donis cumulando cōtinuat, cuius gratiæ inter se cōiunctæ ac vnitæ, semper in orbem redeunt: qui nullam occasionem bene faciendi sinit præterfluere, cum sit dominus, & ledendi quoque potēstatem habeat. Hoc idem & mediator ille Iacob postulauit in fine precum sacratissimarum, dicēs, Et erit dominus mihi in Deū: ac si dicat: iam non herili potēstate libera erga me vteretur, sed benefica propitia & vsquequaq; salutari potētia, sublato dominationis metu, & anima deuincta beneficiis mutuam gratiam cōsiliantibus. Quis hoc animo cōcipere valeat, quod dominus & dux rerum omnium, nihil de natura sua demutans, semper sui similis, continuè bonus est, & indefinenter munificus? à quo perennis bonarū rerum copia promanant, autore perfectionis omnium felicium. huic regi fidere, qui non imperio suo superbe à lædēdos subditos abutit, sed comiter eis succurrit suis opibus, plurimū confert ad securitatē atq; tranquillitatem animi. atq; ita quod promissimus iam fermè representauimus, arborem accipi pro Deo rerum omnium autore optimo, & eius locū in nulla creatura perfectū inueniri, interdum tamen in eis apparere per autoris summi gratiā. fructum porrò esse Dei perpetuā beneficentiā, imbris more nunquā nō depluētē. Sic & vir sapiēs imitatus primi maximiq; plātatoris artem, suā agriculturā ostentat. Iubet autē sacra scriptura etiā nos nondū perfectos, qui adhuc in mediis officiis cēsemur, exerceri sic in re rustica. ait enim, Quādo ingressi fueritis terram, quam dominus Deus dabit vobis, & plātaueritis in ea omne li-

n iij

gnum

gnum pomiferum, auferetis impuritatem eius fructum eius, per triennium erit impurus, nec edetis ex eo. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur, laudabilis domino. Quinto autem anno edite fructum, vobis proficiet quicquid prouenerit. Ego sum dominus Deus vester, igitur arbores pomiferas, priusquam in regionem à Deo datam migraretur, plantare non est possibile, dicente vate, Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis omne lignum pomiferum, itaque donec extra eam moramur non possumus tales arbores colere, & merito, donec enim in sapientiam viam mens non progreditur, sed errabunda vagatur, siluestres tantummodo curat arbores, quae vel in totum steriles sunt, vel fructum ferunt ad cibos incommodum, sed quando ingressa via prudentiae, per decreta eius ascendit, & incipit in his omnibus decurrere, tum mites & mitium fructuum feraces colit pro illis siluestribus, tranquillitatem pro perturbationibus, pro ignorantia scientiam, pro malis bona. Quoniam igitur is qui in virtutem introducit, longe à fine abest, merito postquam plantauit, iubetur auferre à planta impuritatem. hoc quid sit simul consideremus: ex officiis quaeque sunt media, videntur mihi eadem rationem habere cum mitibus arboribus. Nam utraque vtilissimos ferunt fructus, altera corporibus, animabus altera, sed in mediis multa adnascuntur noxia, quae necessario sunt auferenda, ne officiant melioribus. An non dicemus mitem arborem animae, redditionem depositi: verum haec putatione opus habet, & curiosiore diligentia. Quae nam igitur est ista putatio: nimirum haec: depositum quod accepisti à sobrio, nec ebrio, nec prodigo, nec furci reddideris. Nam qui sic sua recipit, ab eorum usu excluditur iniquitate temporis, neque debitoribus aut seruis reddendum est, quibus foeneratores insidiatur & domini. Proditio enim est haec, non redditio. Neque ideo in paruis fide serues, ut per occasionem maiora capias. Piscatores quidem cum paruis escis demissis, magnos pisces hamo capiunt, nemo criminatur, quia se aiunt hoc modo macelli annonae prospicere, & quotidie meas instruere talibus copiis. At vilis depositi redditione, fas non est inescare quemquam, ut ab eo maius auferas, manibus pauca porrigens, multis vero magnisque rebus defraudas eum animo. Ergo si ut ab arbore, ita à deposito quicquid impurum est auferas, dana, insidias, interpestiuitates, & huiusmodi omnia, mite facies quod alioquin abiturum erat in naturam siluestrium, in amicitiae quoque planta similes stolones amputandi sunt, ut potiores eius partes conseruentur. Sunt autem

autem hi: meretricum praestigiarum, quibus in amatores vtuntur, & fraudes adulatorum. Videmus enim istas quae faciunt questum è flore corporis, magnam erga suos amatores praese ferre beneuolentiam: quae tamen non illos amat, sed seipsas, & quotidianis praedis inhiant. Adulatores quoque nonnunquam ineffabile odium exalantes apud eos, quibus obsequuntur, tamen amare lautas cenas & gulosum otium, qua cupiditate inducuntur, ut colant eos, qui talia suppeditant. At illa sinceræ & non fucatae amicitiae planta, excussis & dimissis huiusmodi rebus, fructum feret suis cultoribus vtilissimum, nempe fidem, nullis corrupendam muneribus. Propositum enim eius est, amico beneuolle propter ipsum. At scorta & adutores suum agunt negotium, dum amatoribus, & quibus adulantur aliquid boni conciliant. Resecanda sunt igitur haec praestigiarum simulationesque ab amicitiae planta, ut agnatae pestes noxiae, itidem sacrificia foederumque stirpes sunt pulcherrimae, sed quibus adnasci solet malum superstitionis, excidendum priusquam coalescat firmiter. Sunt enim qui putant pietatem in mactandis bubus consistere, qui ex furto, abnegato deposito, creditore fraudato, raptoque partis praedis portiones altaribus tribuunt homines vix expiabiles, putantes se poenas peccatorum sic redimere. Hos sic appellare libet: non corrumpitur istis, o vos quicumque, tadem estis Dei tribunal, sed omnes male sibi conscios, etiam si quotidie centum boues immolent, auersatur: insontes vero, etiam si nihil omnino sacrificet, amplectitur. Gaudet enim Deus aris nullo igne calentibus, quas cingit virtutum chorus, non istis flagrantibus flamma quam profanorum accenderunt profanae victimae, in memoriam reuocantes singulorum errata & ignorantias. Sic enim alicubi Moses dicit, peccati admonere sacrificium. Ergo oportet talia cuncta magnam damnam afferentia resecare, ac tollere, sicut oraculum disertum iubet, aufer impuritatem plantam pomiferam: At nos ne post disciplinam quidem sumus dociles. Alij vero suopte ingenio docti quicquid bonum est repurgant ab inuolucris noxiis, sicut Iacob ille mediator cognomine. Hic enim virgas spoliavit tenuissimis corticibus, quod virebat detrahens, ut interraso quod atrum erat, varietate non tam artificiosa, quam naturali, cognatus color albus eluceret. Quapropter & in lege de lepra decretum est, eum in quo nondum varietas colorum extitit, sed alba vitiligine à capite ad pedes occupatur, purum esse: ut iuxta corporis similitudinem, vafrificiem variam & ambiguum mentis incertum affectum omittentes, certam veritatis sumamus

colorem simplicem. Et arboris quidem purgandæ ratio cum veritate cõgruit: de fructu verò non satis cõstat. Nam ficus, vvas, & in vniuersum fructus agricola purgar nemo. Lex tamẽ dicit: Fructus eius per trienniũ erit incircumpurgatus, non comedetis ex eo. Quasi mos fuerit, eum semper circumpurgari. Dicendum igitur, hoc quoq; vnum esse eorũ quæ latentem habent intelligentiam, cum verba ipsa non quadrent admodum. Anceps enim est hæc oratio. Nam potest vno modo sic intelligi: fructus eius per trienniũ erit, vt distincta vox à præcedẽibus sequatur, incircumpurgatus, ac mox, nõ comedetur. Altero sic, fructus eius per trienniũ erit incircumpurgatus, ac mox per se, nõ comedetur. Prior ille sensus talis esse potest, vt trienniũ accipiatur pro tripartito tẽpore, cuius ea natura est, vt diuidatur in præteritũ, præsens atq; futurũ. Proinde eruditio fructum proferet, qui durabit & saluus permanebit per omnes partes temporis, hoc est non corrumpetur in perpetuum. Nam natura boni nõ corrumpitur. Fructus autẽ incircumpurgatus nõ comedetur, quia purgati saniq; ciuiles sermones animã nutriunt, & merti asserunt incrementum: cõtrarij verò non nutriunt, sed morbum creant & interitũ. Altero modo, sicut in disputationibus dialecticorum hæc vox indemonstratus dicitur dupliciter, vel qui propter difficultatem agrè demonstratur, vel qui propter euidentiã non habet opus demonstratione: ita incircumpurgatus fructus est vel impurus egẽs purgatione, vel per se purissimus. talis est eruditionis fructus, per trieniũ, id est tripartitũ tempus, videlicet per omnia secula purissimus nitidissimũq; , à nulla obscuratus re noxia, non lauacris aspersiõibusq; aut in totum alijs vllis purificationibus vnquam indigens. Anno autem, inquit, quarto omnis fructus eius sanctificabitur, laudabilis domino. Quaternarium numerũ præter alios legis locos maximè in narratione de mũli creatione magnifacere videtur sermo propheticus. Nã pretiosam illam lucẽ sensibilem, quæ & seipsam & cætera manifestissimè indicat, parẽtesq; huius solem, ac lunã, & stellarum chorum sacratissimũ, quæ noctem diẽmq;, menses annosq;, tum oriendo tum occidendo terminat, & numeri naturam demonstrant, in quibus rebus maximum animæ bonum firum est, ait creata quarto die. Nunc quoq; hunc honorauit eximie, non alia tẽpore fructum arborũ dedicans Deo, quam anno quarto à plãtatione: id quod rationem habet naturæ moribũsq; valde cõsentaneã. Quoniã totius mundi radices quatuor numerantur,

terra

terra, aqua, aër, ignis, & annuæ tẽporum vices sunt totidẽ, hiẽs, æstas, eorũq; confines, ver & autumnus. Antiquissimus etiam quadrangulorum est hic numerus, cõstans rectis angulis, vt liquet è figura geometrica. Hi recte rationis sũt significatiui. Recta autem ratio perennis virtutum fons est. Oportet tamẽ quadranguli latera esse æqualia. Aequalitas porò mater est iustitiæ virtutum reliquarum ducis ac principis. Itaq; patet æqualitatis iustitiæ omnisq; virtutis, præter alia, signum esse hunc numerum. Is vocatur etiã omnis, quia reliquos vsq; denarium & ipsum denarium potẽtia complectitur. de vnitãte quidem cuius est perspicuum. Quòd verò & cæteros deinceps cõtineat, ex numerorũ supputatione facile colligitur. Vnum duo tria quatuor si cõponamus, eximetur omnis dubitatio. Ex vno enim & quatuor constat quaternarius, ex duobus & quatuor senarius, septenarius è tribus & quatuor, & triplici cõpositione ex vno tribus quatuor octonarius, rursum è duobus tribus quatuor nouenarius: denarius autem ex iam dictis omnibus. nam vnũ duo tria quatuor conficiunt decem. propterea Moses dixit, quòd anno quarto erit omnis fructus eius sanctus. parem enim integrã plenam, sicut & vniuersa, vt ita loquar, habet rationẽ, propter denarium è quaternario natũ, qui est prima meta numerorũ cõpositionum ex vnitãtib⁹. Numerus autẽ denarius ac quaternarius dicitur omnis, sed denarius actu, quaternarius potẽtia. Ceterũ eruditionis fructũ non modo sanctũ, sed & laudabilẽ ait, nõ immeritò, siquidẽ omnis virtus sancta est, gratitudo verò lactissima, quam nõ legitimè Deo exhibent, quotquot purant eũ placari edifiis, donariis, sacrificiis. Nam ne totus quidẽ mundus ad templum in honorẽ eius suffecerit, sed præstat eum laudibus hymnisq; colere: nõ decãtatis voce sonora & tinnula, verũ modulatis in animo puro, quem solus Deus aspicit. Fertur certè antiqua fabula, à sapiẽtibus viris ad posteros p manus tradita, quæ ad nostras quoq; auidissimas discẽdi aures peruenit. Est autẽ talis. olim cũ totum mundũ opifex absolueret, quendã è prophetis rogauit nunquid desideraret nondam creatũ, siue in terra & aqua, siue in sublimi aère, siue in celi extremo ambitu. Respondit ille, esse quidem perfecta & plena vbiq; omnia, vnum tamẽ se requirere, laudatorem horum sermonem, qui in rebus omnibus, vel quod minimum obscurissimũq; videtur, nõ tam laudet quàm enarret. Ipsam enim enarrationẽ operũ Dei, laudem esse sufficientissimã, nullo egentem auctario, quando ipsa infu-

cata

cata veritas sit pro laude cumulatissima. Hoc responsum patri vniverforum placuisse fertur, nec multò post exortù genus canorum & musicum ex vna diuinarum potentiarum virgine memoria, quam Maemosynen quidam vocat detorro nomine. Hæc est priscorum fabula, ex cuius autoritate dicimus, nihil esse Deo magis proprium quam benefacere, nihil ite creaturæ quam gratias agere, cum præterea nihil rependere valeat. Nam si quid aliud retribuere voluerit, id inueniet iam ante non ad creaturæ offerentis, sed ad ipsius omnium creatoris possessionem pertinere. Ergo quia didicimus vnum solum opus nobis competere ad honorè Dei faciès, videlicet gratiarum actionem, eam semper & ubiq; meditemur, tum voce tum bonis literis. nec vnquam desinamus vel orationes laudatorias, vel poemata componere, vt & per carmen & sine carmine, vtraq; tam præsertim, quam vorsa oratione, & mundi opificem & mundum veneremur, illum, vt quidam ait, autorem optimum, hunc creaturam perfectissimam. Ceterum post consecratum anno & numero quarto omnem fructum animæ, quinto iam nos vtetur eo fruemurq;. Ait enim, Anno quinto fructum eius edite. Quandoquidem naturæ lege sancitum est, vt post creatoris demum ratio creaturæ habeatur in rebus omnibus, vt pro magno æstimandum sit, si potiamur vel secum dispartibus. Quin & ideo nobis anni quinti fructum assignat, quia numerus quinarus est sensui proprius, & si verum fatendum est, sensus alit nostrum intellectum, aut per oculos colorum figurarumq; qualitates attrahens, aut per aures sonorum proprietates, omnigenas, aut per nares odores, aut sapes per os aut mollities cedentes, duritiesq; resistentes, & lenitates, asperitatesq; frigiditates, caliditatesq; per toto corpore sparsam potentiam, quam tactum vulgò nominant. id ita esse, vt dixi, exemplo manifesto docent Lia filij, scilicet virtutis, non omnes, sed quartus quintusq;. de quarto enim dicit Moses, quod post eum natum mater interquieuit parere. vocatur autem Iudas, qui interpretatur dño confessio. Quintum verò appellat Issachar, qui merces interpretatur. hinc quæ primò anima peperit, mox quod sibi accidit elocuta est. Vocauit, inquit, nomē ei⁹ Issachar, quod est merces. ergo Iudas intellectus benedicens Deum, & gratiarum actionis hymnos, indefinēter meditans, ipse reuera sanctus & laudabilis fructus erat, non è terrenis enatus arboribus, sed è natura bona rationali. Quamobrē natura quæ eum peperit dicitur destitisse parere, quando non habebat quò se verteret, iam
ad per

ad perfectionis progressa terminum. Nam inter omnia rectè facta nullus partus est præstantior, quam hymnus in Deum patrem omnium. Quintus autem filius quinti anni, ex quo fructum percipimus est similis. Nam & agricola mercedem quædam ab arboribus, anno quinto accipit, & anime partus Issachar est, qui merces vocatur. & merito, quando post gratum Iudam in lucem est editus. grato enim ipsa gratiarum actio, merces est amplissima. Et arboreorum quidem fructuum prouetus dominorum est. Prudentiæ verò eruditionisq; fructus non est hominis, sed solius, vt ait Moses, omnipotentis. Nam post hæc verba, fructus eius, subiicit hæc: Ego sum dominus Deus vester. euidentissime docens, solum Deum esse fructus ex anima proueniētis dominum. Cum ea sententia & prophetæ cuiusdam concinit oraculum hoc. Ex me fructus tibi inuentus est. Quis sapiens intelliget hæc? quis intelligens cognoscet ea? non cuiusvis enim, sed solius sapientis est, nosse mentis fructus cuius sit. Hactenus de antiquissima & sacrosancta agricultura, qua summus autor in plantanda hac feracissima planta, scilicet mundo, usus est: & consequenter de ea quam bonus vir exercet, & de quadruplicibus præmiis, legibusq; ac præceptis eodem tendētibus, pro virili diximus, Nunc huius iusti Noe vinitoriam artē, quæ est agriculturæ species, consideremus. Dicitur enim, quod cepit Noë homo agricola esse, & plantauit vineam, & bibit de vino eius, & inebriatus est. Ergo ebrietatis plantam arte sciētiamq; iustus hic excolit, quam insipientes sine arte ac modo tractant temerè. itaq; necesse habemus de ebrietate quæ dicenda sunt, dicere. mox enim cognoscemus & vim plantæ, vnde illa nascitur. Verum ea quæ de ebrietate narrat legislator, aliàs inspiciemus accuratius: nunc exquiramus & aliorum sententias. Fuerunt autem multi philosophi, qui rem hæc considerarunt non mediocriter. Quæritur enim, vtrum sapiens inebriabit. Est igitur duplex ebrietas, altera vino madere significat, altera vino delirare. Qui autem hanc questionem tractant, alij negant vel nimio mero usurum sapientem, vel deliraturum ob pocula. Alterum enim horum esse peccatum, alterum peccati causam, vtrumq; alienum à boni viri officio. Alij concedunt bono viro indulgere poculis, sed delirare præ potu non item. Prudentiam enim eius sufficere ad resistendum si quid nociturum videatur, ne quid secus quam oportet accidat animæ; quandoquidem prudentia tantam vim habet ad affectus extinguendos, siue feruenti amoris aestro inflammatos, siue multo vino calentes, vt his euadat
superior.

superior, quia & in profundo flumine aut alto mari vrinantes pars pereunt imperiti natandi, pars huius negotij gnari sine mora enatant. Sic & nimium merum torrentis modo inundans animam, nunc oppressam usque; imum ignorantiae fundum demergit: nunc à salutari eruditione subleuata non potest villo modo laedere. horum alteri non satis, opinor, animaduertentes cum quanto malo suum sapientem componant è sublimi eum tanquam aucupes in terram detrahunt, ut in calamitates quibus ipsis laborat inducant. alteri diuersam temperantiae virtutem inuenientes fateri coguntur, quod qui haurit vinum immoderatus, impos sui factus aberrabit facile. nec manus solum sicut athletae victi demittet, sed ceruice quoque; ac capite defluente, genumque; labante, & pedum eunte toto corpore procidet. de hac re praemonitus non temere in bibacitatis certamine vltio descendet, nisi propter magnam utilitatem aliquam, puta salutem patriae, aut honorem parentum, aut liberorum vel alioqui coniunctissimorum securitatem, aut in vniuersum obpriuatum aliquod publicumve negotium. nunquam enim sustinebit intra se recipere venenum mortiferum, nisi admodum iniquo tempore, per quod è vita profligetur tanquam ex patria. nam hoc venenum, si non mortem, certe creat insaniam: & quid verat etiam insaniam mortem dicere, cuius accessu praecipua nostri pars meminerit: quantum equidem intelligo, separatio corporis ab anima uel leuior, praegraviore malo alienatione mentis, si qua detur optio, eligenda est procul dubio. Quapropter prisci Graeci artem vini parandi *μαινομένην*, vocarunt, & occupatas hac bacchas mandas: quandoquidem insaniam desipientiamque; causa est vinum immoderate ingurgitantibus. & haec quidem huius considerationis sunt tanquam procemia: pergamus nunc ad reliquam, bifariam, ut videtur, diuisam. alteris sapientem admissurum ebrietatem assueuerantibus, alteris ediuertitè id constanter pernegantibus. prior opinio his argumentis niti videtur. ante omnia quaedam res homonymas esse, quaedam synonymas. homonymiam autem & synonymiam constat esse inter se contrarias, quia homonymia dicitur de multis subiectis commune nomen habentibus: synonymia vero de vno subiecto. canis vocabulum omnino est homonymum, complectens multa dissimilia, quae per id significantur. nam & terrestre latrans animal canis dicitur, & marina bestia. & celestis fidus, quod autumnale poetae vocant, quod ineunte autumno exoriatur, maturandis perficiendisque; fructibus. praeterea cynicae sectae antistites Aristippus & Diogenes, aliorumque; huius vitae sectator

etatorum ingens numerus. Rursum alia vocabula sunt diuersa quidem, vnam tamen rem significantia, ut sagitta, telum, spiculum. nam id quod arcus neruo ad scopum eiectur, his omnibus nominibus dicitur. item vel palmula, vel remus, quo ad nauigationem pro velis vtuntur. Quoties enim aut nullis ventis aut aduersis impeditur nauigatio, in transftris confidentes, quorum est hoc officium, & tanquam alas protendentes, ceu volucrum nauem cogunt iter facere. at illa sublimis volitans percurrit magis, quam sulcat maria, & magna celeritate in stationes tutas allabitur. item scipio, virga, baculus, vnius subiecti differentia sunt nomina, quo verberare, vacillantes gressus confirmare, inniti, aliisque multis modis uti licet. quae nequam quam verbosius dicta sunt, sed ut clarius pernosceretur id de quo queritur. Merum ut vinum, ita & temetum prisci vocabant, quod nomen apud poetas saepe est obuium, ut haec quoque inter synonyma de vno subiecto praedicata censeantur, vinum atque temetum: & quae hinc deriuantur, ut voce non re discrepent, vini saturitas & temulentia: quae vtraque nimium usum significant, multis de causis bono viro fugiendum. Qui si vino maddabit, temulentus erit etiam, nec grauius laedetur temulentia, quam si vino simpliciter expletus sit. haec est vna sententia de sapientis ebrietate, altera autem talis est. nostrae tempestatis homines, paucis exceptis, nihil cum priscis habent simile, sed & verbis & factis magnam praeseferunt discrepantiam. Nam & sermonem sanum validumque ad morbum perniciosum reducerunt, quem exitum viuida athleticaque habitudine ferme in nihilum redegerunt, pro solido neruosoque praeter naturam facientes prauis humoribus tumidum inflatumque inaniter, sed viribus cassum, ut cum maxime inteditur tum rumpatur facillime. actiones item studio dignas, ipsas quoque fecerunt è masculis (ut ita loquar) foemineas, & turpes ex honestis, ut per pauci reperiantur vel dictis vel factis antiquorum aemulatores. Quapropter illorum seculo poetae historicique ac reliqui musicae studiosi florebant, qui non aures deliniebant rythmis oblectabantque; sed quicquid in mente fractum luxatumque fuerat excitabant, item quicquid concinnum, adaptabant ad naturae virtutisque; orgia. Nostra vero aetas fert coquos & cupediarios, tinctores & vnguentarios, magna curiositate semper nouum aliquem colorem, nouamve formam, aut odorem aut saporè comminiscentes in gratiam sensuum, ut imperatorem suum oppugnent intellectu-

lectum. Sed quorsum ista commemoro? ut ostēdam etiam merum non in eodē nunc quo olim vsu esse. Nunc enim vsque ad animi corporisque languorem potant absque respiratione bibentes, & vltro pincernas vrcentes, indignantesque illis cessantibus, dum caldam, quam vocāt, frigefaciunt: & deliramentum illud Homericū, scilicet bibendi certamen conuiuis suis representant, in quo egregiē cōsistuntur, auriculas, nares, manuum extremos digitos, & alias quascunque partes corporis sibi prærodentes inuicem. hæc sunt, ut videmus, huius nouæ, quæ nunc introducta viger, hilaritatis præmia: prisca autem illius & antiquæ contraria. nam prisca omnis honestæ actionis à sacris faciebant initium. ita demum finem optatum sperantes: & quamuis rei gerendæ tēpus agrè cunctationem pateretur, tamen ante omnia curabāt, ut votis ritè peractis litaretur, pro lucro moram hanc reputantes. incōsulta enim celeritas nocet cunctatio speratā affert utilitatem. scientes igitur, quod vini vsus magna cautela opus habeat. nec affatim nec semper adhibebāt merū, sed decenter & suo tēpore. peractis enim votis, & sacrificiis placato numine, post purificationem corporum & animarū aquis, abluti & imbuti sacrarum legum cognitione, hilares & læti ad remissiorem victum se vertebant, sæpe ne domum quidem repetentes, sed in templis vbi sacra fecerant permanentes, ut & sacrificij memores, & locum reueriti, sacrosanctum re vera celebrarent conuiuium, nec verbo nec facto vllō peccantes. ex hoc more natam aiunt vocem μεθύειν, quasi μετὰ τὸ θύειν, quia post sacra demū prisca indulgebāt poculis. Talis vsus meri cui magis, quàm viris sapientibus conueniat, quibus nunc quoque debetur ea, quæ potationem præcedit sacrorum operatio. Nā nemo pene malus re vera sacrificat, etiamsi perenni sacrificio x m boum imolet quotidie. Nam præcipua victima mens ipsa non est integra. lætis verò non est fas aras attingere. hæc est ratio secunda, qua potationem à bono viro non esse alienā ostenditur. tertia fit per diuersam etymologiam probabilis. sunt enim quidam qui putant huic rei non ideo tantum datū istud nomē quia soleat seq post sacra, sed ἀπὸ τῆς μετῆσεως, id est à remissione animi. relaxatur autē insipientium quidē ratio ad peccādum licentius: rectè sapientium verò ad fruendum tranquillitate hilaritatēq; fit enim vir sapiēs vino maceratus seipso suauior, proinde ne hoc quidem modo errabimus, si ei potationem cōcedemus. huc accedit & illud, qd sapientia nō est res dura & tetrica, deuincta

deuincta cogitationib⁹ tristibus, sed perpetua tranquillitate hilaris, plena gaudio læticiaq;: vnde sæpe prorumpit in non insulsos lusos ac dicteria, cōiunctos tamen cū grauitate seria: quemadmodum in bene temperata lyra contrarij soni in vnā melodiam consonant. certè iuxta sacri Mosis opinionem sapientiæ finis lusus & risus est, non iste quo pueri ac infantes delectantur sed quo homines cani, qui nō tam cōsenuerunt tempore quàm bonis consiliis. Non vides quod illum à nemine alio quàm à seipso præceptore scientiam in qua se exerceret edoctum, nō risibilem sed ipsum risum esse dicit: is est Isaac, qui risus interpretatur, quem cōuenit ludere cum tolerātia, Rebeca Habreis nominata. diuinum autem lulum animo plebeio non est fas videre, soli regi licet, cum quo diu habitauit, etiamsi nō omni auro, sapientia. is appellatur Abimelech, qui prospiciens per fenestram, per apertum & luciferum mentis oculum, Isaac vidit ludentem cum Rebeca vxore sua. Quod enim aliud negotium sapientem decet, quàm ludere, gaudere, hilarescere cum honesta tolerantia. Vnde liquet quod temulentus erit etiam, temulentia conferente ad bonos mores, & afferente coniunctam utilitati relaxationem. videtur enim merum ea quæ cuique à natura indita sunt augere ac intendere, seu bona seu contraria, quod & aliæ res plerūque faciunt. Nam & pecunia bono viro autor bonorum est, malo autem, ut quidem ait, malorum. rursus gloria insipientis malitiā reddit illustriorem, sicut iusti virtutem nobiliore. ita & merum infusum malas affectiones temperat, bonas benigniores ac clemētiore efficit. certè nemo est qui nesciat, quod cum è duobus contrariis alterum plerisque conuenit, etiam alterum necessario conueniet. ut album & nigrum sunt inter se contraria: si album bonis malisq; conuenit, & nigrum utique vtrisque; ex aquo conueniet, nō solis alteris. itidem sobrietas & ebrietas sunt contraria. sunt autem sobrietatis participes, ut maiores docent, boni malique. itaque vtrisque; conuenit ebrietas. ergo inebriabitur etiā bonus vir absq; vllō virtutis detrimento. quod si tanquam pro tribunali non solum artificiosis probationibus, sed etiam inartificiosis quas vocant vtendū est, ex quibus vna est quæ per testes fit, multos laudatos adducemus medicorum filios & philosophorum, qui non verbis modo, sed etiā scriptis attestantur huic sententiæ. multos enim reliquerunt cōmentarios intitulatos de ebrietate, in quibus tantum de vino disputant, non attingentes delirationem, sed præmittit

termittētes quicquid ad debacchationes insanas pertinet, itaq; horum etiam cōfessione temulentia est potatio largior. haurire autem vinum largius nō obfuerit sapienti cūm tempus est. ergo nihil peccabimus si cōcedemus ei remulentiā. Quoniam autem nemo sine aduersario certans victor pronuntiatur, quod si certet, cum vmbra pugnare videbitur, necesse est etiam contrariam opinionem defendentium argumēta producere, vt iustum fiat iudicium, ne altera pars indefensa clamnetur. est autē primum & efficacissimum, quod nemo secretum rectē cōmittit ebrio. ergo vir bonus non inebriatur, sed praestiterit fortasse prius quā alia deinceps colligamus, ad singulas obiectiones respondere, ne molesti simus prolixitate nimia. Cōtradicit aliquis iuxta hanc rationem nec atra bile vnquam laboraturū sapientem, nec dormiturum, nec moriturū deniq; cuicumq; autē nihil horum accidit, aut anima caret, aut numē habet, homo certē nō est. & quod de ebrio dictum est, pari modo potest accommodari ad atra bile furentē, aut dormientem, aut mortuum. nam nulli horum secretum rectē cōmittitur, quod penes sapientē rectē deponitur. non furit igitur, nec dormit, nec moritur sapiens.

PHILONIS IVDÆI, de Temulentia.



VAE ab aliis philosophis de temulentia dicta sunt, vt potuimus in precedēti libro memorauimus: nunc cōsideremus quānam sit maximi sapientissimiq; legislatoris super ea re sententia. sepe enim in suis legibus vini & producētis id plantę vitis meminuit. eius potū aliis permittit, aliis nequaquā: nō eisdem aliquando concedit, aliquando non. hi sunt qui magnum votum vouerunt, quibus iam indicitur vini vsus, iam interdicitur, sacerdotibus sacra tractātibus, qui autem vino vtuntur, innumeri sunt, & in his pleriq; ob virtutem ab ipso propheta laudati. verūm prius quā de his incipiamus dicere, quādam ad argumentū hoc spectantia diligentius cōsideranda sunt opinor, ante omnia quod Moses non vnā rem, sed plures per merum significat, delirationem, dementiā, stuporem omnium sensuum, auiditatem insatiabilem, nō proband

bandam securitatem, & insipientiam quæ cætera huiusmodi cōplectitur, tum eam quę in his omnibus extat nuditatem, in quā ebrium Noë de uolutū narrat: hos autem vini effectus dicit esse. Sed innumeri sunt, qui ne gustato quidē mero sobrios se putantes implicātur similiter, quos videre licet alios desipere delirareq; alios prorsus captos sensibus, alios nunquā expleri sitiētes semper ea quæ nō possunt assequi, eò quod deituātur scientia: alios cōtrā gaudētes & hilares, alios re vera nudatos. inter hæc omnia delirationis causa est noxia ruditas, non inscitia, sed sciētia fastidiū, stuporis, insidiatrix cæca ignorātia: insatiabilis, molestissima omnium affectuū cōcupiscentia: sicut lætitiæ causa est vsus virtutis simul ac possessio. at nuditatis non vna, ignorantia contrariorum, prauitas morum & rusticitas, veritas quę fucatis rebus detrahit rectoria, discernens & separans à virtute quicquid vitiosum est. hæc enim duo nec vestiri simul possunt, nec exui. sed si quis reiecerit alterutrū, necessario contrariū eorum exhauriet. sicut enim voluptatē & molestiā natura inter se cōtrarias pugnātēsq; vt est in vetere fabula, in vnū Deus coaptans fastigium. vtriusq; sensum nobis nō eodem sed diuerso tēpore indidit, hac lege vt alteri decedenti succederet altera: ad eūdem modum ab eadē radice, videlicet intellectu, duæ stirpes exortæ sunt, virtus atq; vitium, nunquam nec germinantes nec fructum ferētes eodem tempore. quoties enim arescenti alteri folia defluunt, cōtraria germinare virerēq; incipit, vt credibile sit vtranq; alterius felicitate offensam contrahere se: quam ob causam valde naturę cōsentaneam, Iacob exitum, introitū Esau legimus, dicēte scriptura: Et factum est quando exiit Iacob, venit Esau frater eius. Quantisper enim in ambulat in anima prudentia, exterminatur amicus insipientie. sed quamprimū illa migrat, alter reuertitur gaudēs ob discessum inimicæ infelissimę, propter quam exulauerat. Hactenus satis præfati, iā singula quę proposuimus cōfirmabimus, & à primo auspicabimur. Ruditatem delirādi peccandiq; causam esse diximus, sicut è vulgo innumeros præ mero delirare. nam ruditas peccatorum animę, si vera fatenda sunt, caput est, à qua tanquam à fonte promanant actiones omnes huius vitæ, nullū omnino præbentes liquorem salubrem ac potabilem. sed salsuginosum, qui morbum atque perniciem gustātibus afferat. Quapropter legislator noster in nullos æquę sœuit ac in educatos perperam, vel hoc argumēto. qui sunt quos non tam studium quā natura consociat, siue in-

ter homines, siue inter animates ceteras? nemo etiam insanus alios quam parentes dixerit. hoc enim natura docet absque præceptore, ut nati curæ sint genitoribus, ipsorum salutis diuturnitatisque prospicientibus; hos tamen naturales protectores in hostium traducit ordinem, patrem matremque; accusatores è patris faciendis, ut qui soli seruare debuerant, perdant etiam. Si quis, inquit, habuerit filium contumacem & proteruum, qui non audierit vocem patris ac matris, & coercitus obedire contempserit: apprehendat eum pater & mater eius, ducantque ad senatum ciuitatis illius, & ad portam iudicij: dicentque ad viros ciuitatis sue: Filius iste noster proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, conuiujs vacat & comotationibus: & obruet eum lapidibus populus, & auferetis hunc malum de medio vestri. Ergo quatuor crimina hic obijciuntur, contumacia, proteruitas, profusio in conuiuia, & temulentia, grauissimum verò vltimum, natum è primo, videlicet contumacia, atque ita per gradus auctum. nam anima cum primum cœpit rectorem contemnere, per proteruitatem contentionemque; ad extremum terminum peruenit temulentiam, demeritiam causam & desipientiam, sed præstat in singula crimina ordine inquirere. Omnium confessione constat bonum esse parere virtuti, atque etiam utile: sicut contra non parere, turpe simul ac inutile. iam si accedat proteruitas, malum fit longè grauissimum. inobediens enim minus malus est quam contentiosus: quia prior tantum iussa negligit, posterior data opera nititur in contrarium: age inspiciamus rem attentius. Fac legem iubere ut habeatur honor parentibus, qui non honorat, est contumax: qui probro afficit, contentiosus, rursus quia seruare patriam iustum est, qui hoc facere grauatur, contumax: qui eam proderet conatur, proteruus dicendus est, item qui debitam gratiam rependere iussus tergiuersatur, facit contumaciter, qui autem insuper damnum dat, peruicaciter elatus peccatum admittit immedicabile. præterea qui sacrificia & alia officia pietatis negligit, inobediens est præceptis, quæ lex super his rebus præcepit: proteruus autem in contrarium ad impietatem declinat, negans esse numen: qualis est ille qui dicit: Quis est cui obedimus? & rursus: Non noui dominum, prioribus verbis negatur esse vllum numen: posteriora autem, etiam si quod sit, ignotum tamen esse: quibus verbis prouidentia tollitur. nam si prouideret rebus, utique nosceretur, quod autem de collatione in conuiuia dicitur, si intelligatur de participatione prudentiæ rei præstantissimæ, est

vtilis

vtilis ac laudabile: sicut de imprudentiæ deterrimæ, inutile ac vituperabile. In re optimâ hæc fiunt symbola, desiderium virtutis, honestorum æmulatio, meditationes continuæ, exercitia laboriosa, indefessi labores. in contrariam verò hæc, remissio, negligentia, deliciae, luxus, lasciuia. Videmus certè istos qui quotidie descendunt in certamen temulentiae, & hoc agunt solum ut vini plurimum in ventrem ingerant, symbola conferre tanquam in aliquid vtile, mulctari tamè rebus omnibus, pecuniis, corpore, anima. nam huiusmodi collationibus & rem familiarè minuunt, & corporis vires per delicatū victum frangunt atque molliunt, & animas hiberni torretis in morem immodicis deliciis inundatas demergunt in baratrum, eodem modo qui collationes faciunt ad tollendam eruditionem, præcipuam sui partem intelligentiæ lædunt, refecantes ab ea res salutares, prudentiam, temperantiâque, & fortitudinem atque iustitiâ. Proinde videt non temerè lex hic uti vocabulo cōposito *συμβολοκοπιᾶν*, sed admodum significanter: quia qui contra virtutem suos conatus quasi quadam symbola conferunt, sauciant, dissecant, concidunt usque ad extremam perniciem animas audiendi atque discendi auidas. Abraham quidem redire dicitur à concisione Chologomodor & regum cum eo foederatorum: ediuerso Amalec meditatoris illius extremum agmen concidere: utrumque; naturæ ordine. infesta sunt enim quæ contraria, & perpetuò sibi inuicem struunt perniciem. ceterum hic symbolorum collator, vel ideo maxime culpam meretur, quod non contentus iniuste facere, socios quoque; sibi asciiscit, partim ipse docens alios, partim docentes audiens, ut & natura & institutione peccans, nullam sibi salutis spem reliquam faciat, quantumvis reclamante lege, & verante ne quis societatem ineat causam maleficij. ita est profectò, multifariam serpit ac pascitur in hominum animis malum, bonum autem exile rarumque; in his inuenias. Est autem hic quoque; admonitio perutilis, ne sequaris ea quæ vulgò iusta videntur, sed potius eos, qui quod iustum est faciunt. Reliquum est quartum crimen maximum temulentia, non leuis, sed nimia. nam vino madere idem significat hic quod hausto veneno demeritiam creante, scilicet ruditate tumescere, accendi, arderique; nec posse restinguere: sed cōflagrare, populante totam animam incendio, ideo merito sequitur vltio, purgas mentem ab omnibus improbis moribus. dicitur enim: Tolles illum malum, non è ciuitate, aut regione, aut gente, sed ex vobis ipsis. nam in nobis ipsis insunt & quasi foueas sibi fecerunt cogitationes

o iij nes

nes culpabiles ac reprehendendæ, quas necesse est excidere quando curam respuunt. Hunc igitur contumacē, proteruum, sermones verisimiles ceu symbola cōferentem in perniciem honestatis, mero ardētem & debacchantē in virtutes, & seipsum quoque laudentem enormiter per temulentiam, æquum erat habere parentes accusatores pro aduocatis: quorum est officium omnem admonitionem castigationemque; adhibere sanabilibus. patris autē matrisque; ut communis appellatio, sic vires distinctæ sunt, proinde rerum opificem patrem quoque; suæ creaturæ iuste possumus, dicere: matrem autem, scientiam ipsius, cum qua cōgressus Deus, nō humano more, profeminavit creaturam. illa verò Dei semine concepto, enixa est iusto partu vnicū, illum dilectū sensibilem filium mundum hunc. Quapropter à quodā diuino viro inducitur sapientia de seipsa loquens in hunc modū: Deus creauit me primam operum suorum, & ante secula fundauit me. Necesse enim erat ut mater nutritrixque; omnium rerum creaturas omnes ætate antecederet. horum igitur parentum accusationem quis ferre possit? imò ne mediocre quidem comminationem, aut leuissimam inculatiunculam. nam ne donorum quidem largitatis quisquam capax est, ac fortasse ne mundus hic quidem, sed quasi parua lacuna influente magno gratiarum Dei fonte celerrimè repleta supereffluit. & qui beneficia nō possumus excipere, vltices vires ferre poterimus? Verūm hi rerū vniuersarū parētes à præsentī sermone semouendi sunt. fatius est ut consideremus discipulos eorū familiarēsque; qui curam & præfecturā animarū sortiti sunt, duntaxat non auersarū à mōis & dociliū. patrem igitur dicimus illum masculum perfectū restūque; sermonē: matrem verò disciplinā. illam encyclicā, æqualem choreæ more ac rotundam, quibus tanquam parentibus obedire bonū est atque commodum. eius patris præceptum est, sequi ac imitari naturā, nudam apertamque; veritatē consecrādo. eruditio verò mater præcipit, institutis iustis parere, quæ per singulas ciuitates, gētes, regiones, statuerūt qui primū veritatem tenuerūt, non tam re quam opinione hominū. hi parentes habent ordines quatuor filiorum. Vnus vtrique; obsequitur, vnus neutri, primo cōtrarius. ex reliquis vterque; imperfectus, alter patrem vehemēter amat auditque; matrem & eius monita negligit: alter contrā matris ut videtur amantior, huic ministrat omnia, de rebus patris minimè sollicitus. primus omnium iudicio palmā auferet, cōtrarius repulsam patietur & perniciē.

è reliq

è reliquis alter secūda, alter verò tertia sibi vindicabit premia: secūda qui patri obsequitur, qui matri, tertia. amatoris autē suæ matris, qui vulgaribus opinionibus ducitur, & per multimoda vitæ studia in omnigenas formas mutatur in morē Aegyptij Protei, qui quòd ingenio esset versatili, nullam verā certamque; habebat speciē, figura manifestissima Iothor est, effigies tumiditatis, ciuitatem ac rempub. conuenarum miscellaneorūque; hominum vanis opinionibus elatorum euidenter exprimens. Cū enim ille sapiens Moses vniuersum populū animæ ad pietatem atque cultum Dei reuocaret, & mandata huius legesque; sacratissimas promulgaret, dicēs: si eis inciderit cōtrouersia, & uenerint ad me, diiudicabo singulorum causas, & componā iuxta leges ac præcepta Dei: accedens iste Iothor opinione sua sapiēs, diuinis bonis nō initiatus, sed assuetus humanis ac corruptibilibus, cōcionatur, & leges scribit cōtrarias legibus naturalibus, opinionem respiciens, cū illæ ad res veras referātur: attamē propheta & huius errorem miseratus, admonēdum ampliūque; docendum putat hominē, ut relictis inanibus opinionibus, cōstanter sequatur veritatem. Nos, inquit, exēpto & exciso è mente inani fastu migramus in regionem scientiæ, quæ nobis certo debetur ex fide diuini oraculi. proficiscere nobiscū, & bene tibi faciemus. reiciēs enim damnosam opinionē, pro qua lucraberis veritatē, quia nihil utilius. Verūm iste hoc quoque; carmine nihil proficiente contra obstinationē, haudquaquā sequeretur scientiam, properē ad suum inanē fastum recurrens, narratur enim respōdisse inuitanti: Non proficiscar, malo in terram meam & gentem reuertī: hoc est, ad cognatam incredulitatem imbutā falsis opinionibus. Quoniam veram fidem, amicam viris fortibus non didicit. cū enim ad ostentationē pietatis dicit, Nunc cognoui magnum esse dominū prædiis omnibus, suam ipse impietatem accusat apud peritos iudices. dicturi sunt enim: itāne homo impiē nunc demum cognouisti, quam prius nesciueras omnipotentis magnitudinē? inuenisti quicquā quod antiquius sit quam Deus? possuntne posterī maiorum suorū virtutem nescire? huius autem rerum vniuersitatis nōne princeps est cōditor eius & pater? itaque; si nunc demū ais à te cognitum, ne nunc quidē nosti, quia nō ab initio creationis: nec minus in simulatione deprehēderis, dum confers quæ nō admittunt collationē, dicens te cognouisse maiestatem eius Qui est, superiorem diis omnibus. nam si verè nosset eum Qui est, non crederes vllum

o iij

alium

alium esse Deū nullius potestati obnoxium. Sicut enim sol exortu suo stellas abscondit, tanto suo splendore perfusus nostris oculis: ita quoties animæ oculi sincero, puro fulgidissimòq; luciferi Dei sensibili splendore irradiatur, nihil aliud possunt inspicere. affulgens enim eius qui est cognitio nihil non illustrat, ut etiam quæ sunt per se splendidissima, collatione hac obscurentur. proinde cum falso nominatis diis nunquã certum verumq; comparare sustinisset, si eum verè cognouisset: sed quia vnum ignorabat, sequutum est ut multos quamuis reuera nō sint, esse crederet, in qua sententia nemo non est, qui rebus animæ delictis, miratur ista corporea coloribus figurisq; variata, ut sensus seduci faciles decipiant. Talis homo à legislatore Labã vocatur, qui veras naturæ leges nō cernēs subscribit falsis humanis legibus, dicens: Non est is mos in regione nostra, ut iunior puella prius elocetur quàm grãdior. nam iste putat seruandum ordinem tēporis, æquum cēfens antiquiora prius, recētiora posterius in vsum adduci. at ille mediator sapientiæ, quippe gnarus naturarū nullo subiectarum tēpori, & recētiora prius, & antiquiora posterius appetit. cui moralis etiã ratio consona. nam meditatores opus habent primū in iuuenilibus versari studiis, ut mox perfectioribus frui possint firmiter. & ideo nunc quoq; honestatis amatores non prius ad grãdiores philosophiæ fores se conferūt, quàm penetratis recentioribus, grãmatica, geometriãq; & encyclopædiæ tota musica. nã artes hæ sequestræ sunt sapientiã sincerè ambientibus & ex animo. Verum alter ille agit callidè, volens nobis natu maiorè obtrudere: non ut eam habeamus propriam, sed ut iunioris illecebris inescati denuò, remittamus prioris desiderium: quod plerisq; vsu venit, ad eruditionem per deuia tendentibus. qui ab incunabulis (ut vulgus loquitur) ad moti ad perfectissimum philosophiæ studium, indignum rati nō degustasse artes liberales, vix tandè ad eas applicuerūt animum. deinde à grandiore antiquiorèq; consideratione ad minorè iuniorèmq; delapsi, apud eam cōfenerunt, ut nūquam potuerint ad pristina recurrere. & hoc est opinor quod dicit: Absolue septennium huius, ac si dicat, ne finas imperfectū bonum animæ: sed cura ut finem assequatur ac terminū, & adipiscaris posteriorè quoq; bonorū ordinem, pulchritudinè corporis, & id genus cetera. Ille verò absoluturum quidem se non pollicetur, expleturum tamè, hoc est, nunquã omissurum quicquam quod ad incrementū cōplementūmq; eius faciat, imo superatur

peraturū difficultates omnes, etiam si se innumera impedimenta in diuersum trahētia obiiciant. Videtur aut̄ satis manifestè docere scriptura, q̄ cōsuetudines mulieribus magis quàm viris curæ sint, per verba Rachel mirātis sola sensibilia. Sic enim patrem suum alloquitur: Ne molestè feras dñe, nō possum tibi assurgere, quia iuxta consuetudinem mulierū mihi est. Ergo mulierum est sequi vulgares consuetudines. certum est enim, consuetudinē pertinere ad infirmiores effœminatiorèsq; animas: quandoquidem, virilis, robustæ, verèq; masculæ rationis officiū est, naturam ducem sequi. Miror autem veracitatē animæ, quæ in colloquio fatetur se non posse istis in speciem bonis assurgere, tamen veneratur singula, tantum non ea sibi ipsi præferens. quis enim nostrū resistit diuitiis? quis reluctatur gloriæ? nemo omnium: sed quādiu his caremus, magnificè loquimur, ut frugalitatis amici, quæ modico contentis, æquis, liberalibusq; ingeniiis competētē vitam cōciliet. q̄ si alicuius iam dictorum spes, aut saltem spei leuis aura aspirauerit, vanitatis coarguimur. statim enim cedimus non valentes resistere: & prodiri ab amicis sensibus, destituimur omnibus auxiliis animæ, iamque non dissimulantes, sed apertè in aduersariorum castra perfugimus, & meritò. adhuc enim laboramus muliebribus consuetudinibus, quas nōdum potuimus eluere, & ad viriles focos trācurrere, sicut narratur de mēte amātissima virtutū, Sarra nominata. huic enim omnia muliebria desisse discimus ex oraculo, cum esset paritura progeniem, sine magistro docilem, appellatam Isaac. fertur etiam non habuisse matrem, marito cognata paterno tantum, non item materno genere. sic enim is de ea dicit: Reuera soror mea est, ex patre non ex matre. Videlicet non ex materia sensibili, quæ iam consistit, iam dissoluitur, quæ mater, nutrix, alitrixq; creaturarū dicitur apud priscos cultores stirpis sapientiæ: sed ex omnium rerum autore patrèq; hæc igitur mulier extra totum corporalem mūdum promicans, & exhilarata diuinitus, pro risu habet humana fœdera, siue ad belli, siue ad pacis res pertinētia. nos autem à parum virili effœminatq; consuetudine cum sensibus, affectionibus, rebúsq; sensibilibus deuicti, contra nihil eorum quæ apparēt, insurgere possumus: verum ab omnibus his quæ occurrunt, vel inuiti vel sponte trahimur. quòd si noster exercitus non valens patris mandata obire succubuerit, nihilominus subleuabitur auxilio matris, scilicet eruditionis mediæ, quæ iura legèsq; in aliis alias ciuitatibus

bus instituit. sunt item quidam qui maternis rebus cōtemptis, paternas amplectantur totis viribus, quos maximo honore sacerdotij dignatur recta ratio. horum acta si recenseamus, per quos adepti sunt hoc præmium, cauillandi fortasse occasionem præbebimus imperitis, qui decepti obuiis rerū imaginibus, latentes in obscuro vires earum non considerāt. nam qui vota, sacra, & omnes templi ceremonias tractant, sunt quod vix credas, homicidæ, fratricinæ, familiarissimorum ac amicissimorū interfectores, qui debuerant esse puri ex puris electi, nullo ne insciēter quidem patrato cōtacti scelere. sic enim dicit scriptura: Interficiat vnusquisq; fratrem suum, & vnusquisq; vicinum suū, & vnusquisq; proximum suum. & fecerunt filij Leui, sicut locutus est Moses. & ceciderunt e populo in illa die circiter tria virorum milia. Tantæ multitudinis interemptores laudat, dicēs: Consecratis hodie manus vestras domino, vnusquisq; in filio suo & in fratre suo, vt derur vobis benedictio: quid igitur dicendum, nisi communi quidem iure hos reos fieri, accusante matre publica consuetudine: naturali verò iure absolui, patrocināte patre sermone recto & rationabili. nec enim, vt quidā opinātur, viros interficiunt sacerdotes, animalia ratione prædita, quæ constant ex animo & corpore: sed quicquid est carni amicum à sua mente resecant: quòd existiment decorum esse sapientis legis cultoribus, alienare se ab omnibus rebus genitis, & habere illas pro hostibus. proinde fratrem non hominem, sed corpus animæ germanum occidemus, hoc est à diuina parte studiosa virtutis mortalem & affectibus obnoxiam separabimus. occidemus item propinquum, non hominem, sed sodalitiū. hoc enim animæ & inimicū est & familiare, alliciēs eā in laqueos, vt affluxu rerum sensibilium mundata & obruta, nequeat ad cælum caput atollere, salutarēq; natura illas diuinas atque pulcherrimas. interficiemus & proximū, proximus autē menti est sermo qui profertur, probabilibus rationibus intermiscēs falsas opiniones ad perniciem veritatis rei pretiosissimæ. cur em̄ nō plesteremus hunc quoq; sophistā sceleratū, & quidē supplicio conuenientissimo, nempe silentio (nam sermonis mors est silentium) ne posthac intellectus distrahatur eius argutiis: posūtque omnino alienatus à voluptatibus germani corporis, & propinquorū vicinorūq; sensuum præstigiis, solutus & liber dimissus, purè vacare his quæ intellectu percipiūtur. hic est qui dicit patri matriq; mortalibus parentibus: non vidi vos ex quo

res diuinas cōtemplatus sum. qui nō agnoscit filios, ex quo innotuit sapiētiæ. qui agnoscit fratres quotquot nō sunt abdicati à Deo, sed saluari meruerunt per illius gratiam. hic est qui arrepto siromaste, quasi *μαστέρας*, & scrutatus naturas corruptibiles, quæ in cibo potūq; felicitatem collocāt, & ingressus fornacem (vt Moses inquit) accensam ardentēq; nimis iniquitatibus, nūquam extingubilem, vitam humanā videlicet, potuit mulierem per vuluam transfodere, quòd visa sit esse causa gignendi, vt quæ re vera patiat magis quàm agar: atque etiam quem vis hominē substantiis affingentem affectus Dei autoris rerū omnium. atqui hic homicida iudicaretur à multis qui libenter fauent mulierculis. sed Deus pater omnipotens dignat eum laudibus maximis, & nūquam auferendis præmiis. ea fuerunt ingentia, & quidem germanitate quadam cōiuncta, pax & sacerdotium. erat enim egregium facinus, profligatis hominū vulgi more viuentium penè inuictis copiis, & cupiditatibus in animo ciuile bellum excitantibus, pacem cōstabilire: & ob hoc meritum non diuitias, non gloriam, non honorem, non principatum, non formā, non robur, non vllam dotem corporis, non terram, non cælum, non mundum vniuersum, sed antiquissimi numinis verum cultum honore summo dignum, & mirificum ordinem sacerdotij modis omnibus expetendum accipere. germana autem esse hæc præmia dixi nō temerè, sed quia scio non posse verum sacerdotem fieri qui adhuc humanā & mortalem militet militiam, in qua vanæ opiniones ducūt ordines: sed requiri ad hoc virum pacatum, à bello tam alienum, vt etiam sit pacificus, perpetuūq; pacē colat sincerè ac simpliciter. tales sūt qui patrem & eius mandata magnificiunt, materna verò matremq; ipsam negligunt. In sensus autē vtriq; parētī, sic loquēs inducitur: Nescio dñm istum, nec Israëlem emitto. Hic videtur aduersari tum cōtendentibus recta ratione ad Deum, tum indolem eruditione constabiliētib; cōfunderēq; cuncta modis omnibus. & sunt hodiēq; (nondum enim humanū genus à mera malitia repurgatū est) qui nec pietati erga Deū, nec societati naturali hominū quicquā tribuunt, vtriq; impietate præferentes, nec Deo grati, nec fidi sui similibus: atq; ita oberrant per ciuitates pestes earū maximæ, præ curiositate miscentes se rā publicis q̄ priuatis negotiis, vel poti⁹, si vera dicēda sunt, subuertētes vtraq; quos oportebat tāq̄ diros votis placato numine auertere: sunt em̄ perniciēs omniū in quos incidūt, quapropter

& Moses decantat eorū exitium,deletorū prius quā ipsi sibi possent succurrere,& propriis opinionibus absorptorū tanquā fluctibus. Dicamus igitur deinceps de his contrario genere hominum eruditionem rectāque rationem colentium,ad quos collati dimidiati erāt qui alterius tantū parentis virtutes amulabantur.hi sunt & legū, quas pater rectus & rationalis sermo tulit,custodes optimi,& morū fideles dispensatores,quos instituit eorum genitrix eruditio.ab illo patre didicerūt honorare patrem vniuersorum:à matre verò,nō contemnere iura publicè recepta cōsensu ciuium.Quādo igitur meditator ille Iacob exantlans virtutis certamina,permutaturus erat aures pro oculis,verba pro operibus,profectum pro perfectione,benignissimo Deo volente illustrare mētis eius oculos,vt iam manifestè cerneret quæ prius auditu perceperat (oculis enim tutius creditur quā auribus)insonuit ei hoc oraculum:Non nominaberis posthac Iacob, sed Israël erit nomen tuum, quia cum Deo validus fuisti, & cum hominibus. Est igitur Iacob discentis & proficiētis nomē, pēdentis ex auditu viribus: perfecti verò Israël, nam visionem Dei nomē id significat. & quæ virtus potest esse perfectior, quā eum *Qui est videre?* ergo qui summum illud bonū vidit, laudatur à paterno maternoque genere, fortis in Deo robustus apud dominum & homines, quoniam per hæc duo simul integrā illius boni possessionē adipiscimur. edoctus enim custodire leges patris, & iura matris nō contēnere, audebis ingenuè profiteri te obedientem patri filium, & placentē in conspectu genitricis. An non satis est custodire iura probata gentis hominibus, societatis gratia: simulque diuinas sanctiones, ob pietatis amorē? Quapropter fatidicus Moses per apparatus sacerorum, vtriusque rei perfectionem designat. non temerè enim nobis arcā intus & extra laminis aureis induit: nō temerè summo sacerdoti duas stolas attribuit, & duas aras ponit. exteriorē ad victimas, ad suffitus interiorē: sed volens nos per hæc signa docere virtutes vtriusque speciei. debet enim vir sapiens & intus in anima inuisibili, & in externis actionibus ornatus esse prudentia omni auro pretiosiore: quoties autē ab humanis studiis secedens eum *Qui est,* solūm adorat, vnicolorem veritatis stolam induere, quā nihil mortale attingit. est enim linea, quæ materia non enascitur è mortalibus: rursus quoties transit ad curam reipub. deposita interiore alteram pictam & aspectu mirādam sumere. cum enim magna sit in vita varietas, opus est varia

sapiencia

sapientia clauū tenentis gubernatoris hic in ara seu, vita cōspicua tergeris carnis cruoris & huiusmodi corporeorū videbitur magnam curā gerere, ne vulgare multitudinē offendat, quæ bona corporis facit animi bonis proxima, in interiore verò omnibus rebus incruentis, incorporeis, non carneis, nec nisi rationalibus vtetur, quæ per thus suffimentaque significatur, nam vt hæc nares, sic illa totam animā explent sua fragrantia. Sciendum tamen quòd sapiētia cum sit ars artium, videtur quidem variari diuersis materiis, tamen verā suam speciem immutabilē ostendit acuto visu præditis, & his qui nō circumfusa ei rerum mole distrahuntur, sed ab arte ipsa impressum ei characterem perspicunt. Ferunt Phidiam illum statuariū ex ære, ebore, auro, aliisque diuersis materiis cōfecisse statuas, in quibus omnibus vna eademque ars emineat: vt non solūm eruditi spectatores, verū etiam valde imperiti opificē agnoscat ex ipsis operibus. quemadmodum enim in gemellis natura eodē sæpe vsa characterē penè indiscretas similitudines exprimit: pari modo etiā perfecta ars, cum sit naturæ imago & effigies, quando assumit diuersas materias, format & imprimit eadem cunctis ideam, vt hæc maximè ratione fiant cognata germanaque; ac gemella eius opera. idem igitur efficiet ea quæ inest sapienti potentia. tractans enim de eo *Qui est,* pietas nominatur & sanctitas: cum autē de cælo differit rebusque cælestibus, physiologia: meteorologia verò, cum de aëre varietatibusque huius & mutationibus, siue per integras vices anni quadripartiti quas horas nominat, siue per singulos mensium dierumque circuitus cōtingentibus. ethica verò cū de corrigendis moribus hominum: cuius species sunt, politica ad reip. curam, & œconomica ad rei familiaris pertinēs: atque etiam sympotica, tractans epulas ac conuiuia. rursus alia facultas est regia, regēdis apra hominibus: alia legislatoria, quæ verat aut præcipit. omnium enim horum sapiēs, verè πολύμημος, id est multinominis, capax est, pietatis, sanctitatis, physiologiae, meteorologiae, moralis, ciuilis, domesticæ, regiae, legislatoriæque: sciētiæ, & innumerarum aliarum facultatum, in quibus omnibus vnam eademque speciem habere videbitur. in hac autem de quatuor prognatorum ordinibus mentione illud præterire nō libet, quod cōfirmat hanc diuisionem partitionemque: capitum, nam fastuosum hunc & per stultitiam inflatum filium parētes hoc modo accusant, dicendo: hic noster, digito indicātes inobedientem cōtumacemque; vbi demonstratiuè dicendo hic, declarat

se &

se & alios genuisse, hoc est indoles generosas aut alteri parenti obsequētes aut vtriq; quorum exemplum est Rubim. alios audiendi discendiq; cupidos, quorum est Simeō. nam hic auditus interpretatur. item alios Dei supplices, quale est leuitarū sodalitiū. itē nonnullos canentes sonora nō tam voce quā mente hymnum gratiis agendis compositum, quorum præcentor Iudas, propter virtutem quasitam labore voluntario. quosdam item mercedibus dignatos & muneribus, vt Issachar. alios contēplatores cælestis numinis post derelictas sublimes cōsiderationes Chaldaicas, vt Abraham. alios à seipsis virtutem doctos, vt Isaac. item cōsilio viribꝫ; pollentes amicos Dei. vt Mosē illum perfectissimū. Meritō igitur istum contumacem, proteruum, symbola conferentem, id est peccata peccatis annectentem, magna minoribus, recentia veteribus, voluntaria non voluntariis, & tanquam vino calentem, per totam vitam ebrium debacchātēq; vt qui stultitię merum magnūq; hauserit calicem, lapidari sacra lex iubet: quia & recti sermonis mandata patris sui, & disciplinæ matris suæ legitimas admonitiones sustulit: cumq; haberet fratres probos exemplum honestatis domesticum, ne horum quidem virtutem imitatus est, etiam præuaricari ausus, vt corpus Deum sibi fingeret, & Typhum Aegyptio more coleret, cuius signū erat iuuenus aureus: circa quem choreas ducendo insani, carmen concinunt, non suaue, quale in comessionibus, epulis, festisq; cōpotationibꝫ; sed reuera lugubre funestūq; tanquam temulenti, multēq; Lyeo laxati nervos animæ. Narratur enim quōd Iesus audito tumultu populi dixit ad Mosē: Clamor pugnantium auditur in castris. qui respondit: clamor iste, quantum ego audio, nō ad pugnam aut fugam hortator est, sed ad pocula. mōxq; propinquior castris, videt vitulum & choreas. Quid autē hoc anigma significet, docēbimus vt poterimus. Res nostræ nunc trāquillæ sunt & quietæ, nunc perstreperunt importunis tumultibus. cum silent, habēt pacem: diuerso bellum implacabile cum tumultuantur. testis est qui hoc expertus didicit, tantō magis idoneus. audito enim strepitu populi, sic sollicitum eius curatorē ac præsidem alloquitur: clamor pugnantium auditur in castris. nam prius quā in nobis excitarentur ad clamorem irracionales impetus, mens erat stabilior. postquam autem animę regio strepere cœpit dissonis vocibus, affectiones his excitatæ seditionem intestinam cōmouent. cæterum castra ad bellū nata vidētur. vbi enim aliās rixæ sunt

sunt & pugnæ cōtētionesq; , & cætera pertinacis belli facinora, nisi in hac vita quā in corpore agimus, quod allegoricè castra nominat. hæc castra solet intellectus relinquere, quando numine correptus ad eum Qui est, accedit contēplaturus ideas incorporeas. Tollens, inquit, Moses suum tabernaculū, tetendit extra castra, nō propē, sed procul. qua figura subindicatur, sapientem migrasse à bello ad pacē, & à mortali confusoq; exercitu ad pacatam rationalium feliciūq; animarum vitam diuinā. dicit autem & aliubi: cum exiuero ciuitatem, expandā manus meas ad dominum, & cessabunt clamores. caue autem putes hæc loquentem hominem esse ex anima corporēq; contextū, siue complexum, siue contemperatum, aut quomodocūq; tandem nominandum est hoc compositum animal, sed mentem sincerissimam purissimāq; : quæ tantisper dū in ciuitate corporis mortalisq; vitæ continetur se contrahit: & tanquam carcere inclusa, fatetur se non posse haurire liberiores aërem. quōd si contingat eam ex hac ciuitate exire, quemadmodū qui manicis pedicisq; ferreis soluuntur, sic solutos habens cōceptus animi cogitationēq; liberis dimissisq; vtetur etiā actionibꝫ; vt mox affectuum incitamenta cohibeantur. An-non voluptatis intensi clamores sunt: per quos quicquid libet impetrat: an-nō & cōcupiscentiæ ferrea vox, minaciter flagitantis ministeria cessantiū an-nō & aliorum affectuum multifonus est & clamorosus strepitus? Verūm etiam si centum ora centūq; linguas (vt poëtę loquuntur) vnusquisq; affectus habeat, ne sic quidē aures viri perfecti perturbare poterit, qui iā migravit nolens in eadem cum eis ciuitate habitare amplius. ceterum dicēte illo cui tale quid accidit, corporeum exercitū perstreperere bellicis clamoribus, procul pulso pacis amico silentio, sacer sermo assentit: nō negat enim clamorem esse bellicū, alterius tamen generis putat quā nonnulli existimant, scilicet non cedentium aut vrgētium, sed qualem nimio vino grauati solēt attollere, quod enim dicit, ad pugnam hortātium, perinde valet ac si diceret, prælio vincētium. nam valida pugna parit victoriā, sic sapiētē illum Abrahā post fusos fugatōsq; nouē reges, videlicet quatuor affectus & quinq; sensus, qui præter naturā mouebant, inducit scriptura hoc hymno cōfitentem & agentē gratias: Extendo manus meas ad dñm Deū excelsū, creatorē cæli & terræ, si à funiculo vsq; ad corrigiā caligæ accipiā ex oībus quæ tua sunt. ostēdit autē, quantum equidē intelligo, creaturā omnē, cælum, terrā, aquā, spiritum,

animas

animantes simul & stirpes. quisquis enim ad solum Deū tendit animæ viribus & ab eo iuuari sperat, meritò dicit, nihil accipiã ex omnibus rebus quæ tuæ sunt, non à sole diurnam lucem, non à luna ceterisq; sideribus nocturnum lumen, non ab aëre nubibusq; pluuias, nō ab aqua & terra potum cibumq;, nō ab oculis visum, non auditum ab auribus, non à naribus odoratum, non ab oris salua gustum, non à lingua eloquiū, non à manibus dandi recipiendiq; facultatem, non eundi redeundiq; à pedibus, nō respirationem à pulmone, nō cōcoctionem à iecore, nō ab aliis viscerib⁹ suū cuiusq; vsus, nō ab arboribus satiq; fructus annuos: sed omnia hæc ab illo solo sapiente, qui gratuitã suã benignitatem largissimè distēdit per omnia, atq; ita prodest omnibus. quisquis igitur eum Qui est, potest cernere, & hunc rerū autorem agnoscit, creaturas eius minus quàm ipsum honorabit, absq; adulatione doctores earū cōfiteus. est autē cōfessio iustissima hæc ipsa: nihil à vobis, sed à Deo totum accipiã, cuius possessio sunt omnia: tamē per vos fortassis accipiã. estis enim instrumenta immortalis eius gratiæ. at inconsideratus carcā habens mentem qua sola Qui est cernitur, hac quidē nihil vsquam videt. sed quæ in mundo sunt corpora complectitur suis sensibus, putans hæc esse causas omnium. quamobrē aggressus deos sibi fingere, simulacris, delabris, & aliis innumeris statuis ex varia fabrefactis materia repleuit orbē terrarū habitabilē, pictores fictoresque, quos legislator noster exterminat è sua rep. inuitās propositis ingētibus præmiis tū priuatim tū publicè: vnde præter expectationem pro sanctitate inuenta est impietas. multorū enim deorū cultus in animis insipientium fit impietas, & honorem Dei negligunt qui mortalia cōsecrant: quibus non satis fuit solis lunæq; pro libito, atq; etiam telluris & aquæ vniuersæ imagines effingere, sed iam brutis quoq; ac stirpibus promiscuè diuinos honores concedunt. eos quomodo hymni victorialis auctor increpet, iam ostendimus. Moses quoque pariter postquam vidit regem Aegypti, iactatissimum illum intellectū, cum de curribus, id est instrumentalis corporis sex motibus, & cū triuuiris eorū præfectis, qui etiãsi nihil in rebus sit stabile, tamen putant de cunctis sentiendū tāquam certis & immutabilibus: hos inquã vbi vidit meritis impietatis pœnas luisse, & suum exercitum incurstationem effugisse hostium, egregiè præter opinionem seruatū, hymnum canit Deo iusto veroq; remuneratori, à decentissimo & huic felicitati aptissimo exorsus carmen: quod equum

equum & incessorem in mare proiecerit. & intellectum veftatū à proteruo quadrupede, id est bruti affectus impetu, deleuerit. succursor & protector factus perspicacis animæ, cui perfectã salutem impertit. idē vates & ad puteū carmen occipit, nō iam ob solum affectuum interitum, sed & ob acquisitam sapientiam possessionem incōparabilem, quã per puteum significat: quæ non in superficie sed in profundo habet laticem dulcē animabus sitiētibus honestatis, necessariū potum ac suauissimum, priuatis autem nō licet vel eruditionem haurire ex hoc puteo, sed solis regibus, quapropter dicitur: Saxo struxerunt eū reges. Est enim officium magnorum imperatorum ædificare sapientiam, non istorū qui armis terrã & mare subigunt, sed qui animæ potentiis varias in ea cōfusãsq; turbas debellāt. horū discipulos atq; familiares noscimus qui sic loquantur: Pueri tui ceperūt summam virorum bellatorum qui nobiscum sunt. nemo est occisus, sed adduxit domū domino quisq; vir quod inuenit. videtur hi quoq; rursus victorale carmen occinere, perfectarum & principalium potētiarum cupidi. summarium enim & maximū numerum rationū fortitudinis à se captum aiūt: quos oportet bellicosos fuisse oppositos daabus legionibus: quarum vnus dux est difficilis venatu timiditas: alterius verò, furēs audacia, vtraq; bonæ mentis expers. pulcherrimè autem dictū est, neminē esse occisum, ad significationē integræ perfectæq; fortitudinis: sicut lyra & omne instrumentum musicū deficit etiãsi vnicus tantū sonus discrepet: concinnum verò est quando ad vnum pulsum consonantes, eandem reddunt symphoniam. eodem modo & animæ instrumentum discrepat quidem quando aut audacia nimis intensum sonare cogitur iusto acutius; aut timiditate supra modum remissum in grauiorē sonum laxatur. tum verò demū cōsonat, quando fortitudinis omnisq; virtutis toni contemperati omnes vnã concinnã melodiam efficiunt: cuius symphonie cōcinnitatisq; magnum argumentū est, quod offertur donū Deo. hoc autem est colere cōuenienter eum Qui est, aperte confitendo ipsius donū esse hoc vniuersum quicquid rerum natura cōtinet. dicit enim appositisimè: Vir quod inuenit, hoc obtulit donum. Vnusquisq; nostrum quamprimū natus est inuenit magnū donum Dei totum mundū, quem ille sibi & suis charissimis largitus est, sunt autem etiã particularia dona, quæ & Deū dare decet, & homines accipere, nimirū virtutes, & his conuenientes actiones: quarum inuentionem plusquam ex

temporalem, propter eximiam largiētis celeritatem qua uti solet, nemo nō miratur, etiam in eo qui nihil præterea magnum habeat, ideoq; rogat, Quid hoc tam citò inuenisti fili, miratus affectus boni celeritatem, ille verò qui accepit beneficiū, conuenienter respōdet; Quæ dominus Deus tradidit, traditiones em̄ & præceptiones hominum tardæ sunt, quas autem Deus facit, celerissima, ut etiam temporis motum ocysimum præueniāt. Hi sunt igitur duces qui ad fortitudinē & vim hortantes victoriam ac gratulatorium hymnū auspicantur in choro, de quibus modò diximus, alij verò qui ob fugā & imbelles animos clade accepta lugubre canunt carmen, non tā vituperādi quā miserrandi, haud secus ac qui à natura oblatum corpus habent: quibus vel mediocri languoris occasio magnū ad incolumitatē affert impedimentum, alij verò nō quòd molliores animi nervos habeant succumbunt inuiti, oppressi aduersariorū validioribus viribus; sed more voluntariam seruitutē subeūtium, vltro sibi acerbos dominos asciscunt quāuis ingenui, & ideo cū vendi non possint, miranda temeritate ipsi emunt dominos, idem faciendo quod solent isti ebriosi nūquam vino fatiabiles, nam & hi volentes non coacti magnā meri vim ingerunt, ut sua sponte sobrietate profligata ex anima sibi consciscant delirium, ait enim, Vocem hortatium ad potationem ego audio: hoc est, non inuitos furore laborantes audio, sed vltro sibi accersentes insaniam, Omnis autē qui castris propinquat, vitulum videt ac choreas, & mox ipse quoq; cōmouetur, in typhū enim eiusq; saltatores incidimus, quotquot prope corporea castra volumus gradum sistere, quādoquidem cōtēplatiui homines & res incorporeas visere desiderātes, cū sint ab omni fastu alienissimi, longissimè remoti à corpore, solent degere, proinde ora Deum ne vnquā hortator fias ad pocula, hoc est, ne vnquā spōte præcedas in via ferente ad ruditatē & insipientiā, mala enim quæ inuitis accidunt, dimidio leuiora sunt, cū nō grauētur à sincera conscientia, quod votū tuum si exaudietur, iam nō eris priuatus amplius, sed honorem acquires maximum, nempe sacerdotium, solorum enim propemodum sacerdotum & Dei cultorū est officium sine vino sacra facere: quod vinum & quicquid creat delirationem, sanitati mētis sit cōtrarium, Locutus est, inquit, dñs ad Aaron dicens: vinum & ficera nō bibetis tu & filij tui tecum, quā ingrediemini in tabernaculum testimonij, aut accedetis ad altare, & non moriemini: legitimum sempiternum in generatio-

nes

nes vestras, quo à profanis, sancta, & ab impuris pura distinguantur, Aaron autē est sacerdos, quod nomen interpretatur montanus, sublimia celsaq; sapiens ratio, non per iactantiæ molem inani fastu turgidā, sed per magnitudinē virtutis, quæ mentē vltra cælum attollēs, non sinit cogitare quicquam humile, qui autem sic affectus est, merum & omne venenū insaniam afferens nunquam vltro sibi admouebit, incumbit enim ei necessitas ut aut sacrosancta tabernaculi penetralia ingressus secretis sacris operetur, aut ad altare accedēs victimas pro sua populiq; salute immolet, quæ negotia sobrietate opus habent atq; solertia, me certe subit mandati huius admiratio, Sicut enim venerāda res est, sobrios & sui cōpotes ire ad vora & sacrificia: sic ediuertō ridicula si quis corpore animoq; præ vino labāte id facit, nisi fortasse quoties domini & parentes & principes adeundi sunt, curare decet seruos & filios & subditos ut sobrij sint, nequid dēto factōve peccent, nēve pœnam incurrant, si videantur dignitatē maiorum contēnere, aut si clemētius cum eis agatur, certē irrideantur: omnipotentē verò patrē aliquis adoraturus cibum, potum, somnum, cæterāq; quorum vsum natura postulat non moderabitur: malētq; ad lautiorē vitam declinās imitari luxu perditos: & oculis nimio vino grauatis, vacillante capite, obliquata ceruice, crapulam ructans, totōq; corpore languidus, aquā abluendis manibus aut aras attinget ac victimas: atqui tali nō est fas vel procul sacros ignes intueri, quod si hæc intelligatur nō de tabernaculo altarīq; constructo ex visibili & inanima & corruptibili materia, sed de illis inuisibilibus sola mēte cernēdis, quorū ista sunt sensibiles imagines, tātō magis obstupescet ad huius præcepti miraculū, quoniā enim omnū rerum aliud exemplar aliā imaginē fecit opifex, virtutis quoq; archetypū primò fecit, quo mox expressit characterē ei simillimū, quod quidē archetypū signaculū incorporeū idea est: imago autē expressa corpus iam, sensibile quidē suaprè natura, nōdum tamen expositū sensui: sicut in altissimi oceani gurgitibus enatū lignū diceremus posse quidē vri, nōdum tamē igni obnoxiiū, quippe marino humore madidū, Ergo tabernaculū & altare intelligamus ideas, alterā virtutis incorporeæ significatiuā, alterā sensibilis eius imaginis, altare quidē, & superimposita, vidētur facile: vel quia sunt in atrio foris, vel quia noctu ac interdiu perpetuis illustrātur ignibus: tabernaculū verò & quicquid eo cōtinetur, nō patet oculis: nō ideo tantū, quia sitū in penetralibus,

p ij verum

verum etiam quia propinquanti, aut curiosus intuenti, sine clementia supplicium lex intentat: nisi quis integer sit & purus ab omni magna paruaque, noxa, omnibus naturae dotibus praeditus. nam huic permittitur ut quotannis semel ingressus inspiciat non videnda ceteris, quando in hoc vno incorporeorum incorruptibiliūque bonorum alatus amor caelestis inhabitat. is quando ab idea percussus sequitur signaculum illud quod particulares virtutes exprimit, considerando mirandūque pulchritudinem eius diuinissimā, ad quam accedit expressam ab illo archetypo, mox eū subit ruditatis & ineruditionis obliuio, succedente eruditionis ac scientiae memoria. & ideo dicitur: Vinum & ficera non bibetis, tu & filij tui tecum, quando ingrediemini tabernaculum testimonij, aut ad altare accedetis. quae verba non tam interdicens sunt, quam decernentis pro sententia. nam interdicens sic loqueretur: vinum quando sacrificabitis ne bibatis. quae verò sententiam profert. mauult dicere non bibetis. non est enim possibile ut incitiā causam ebrietatis delirationisque anime, in se admitrat, qui iustitiam meditatur, & oblectat se per singulas virtutum species. solet enim scriptura hoc vocare tabernaculum testimonij: siue quia verax Deus virtutis testis est, cui non sine bono nostro credimus: siue quia virtus confirmat animas extirpās cogitationes incertas ac dubias: & in vita quasi pro tribunali veritatem reuelās. Ait enim propheta non moriturū qui sobrius sacrificat: quod ruditas mortem, immortalitatem afferat eruditio. nam sicut nostris corporibus interitū morbus, incolumitatem affert sanitas: ita animas prudentia seruat, cum ipsa sit mentis sanitas: imprudentia verò interemit, cum sit morbus earum insanabilis. Addit autē disertē, hoc legitimū aeternum: docens nos immortalem hanc legem esse inscriptā naturae tabulis, quae pronūtiat eruditionem rem saluberrimam, incitiā verò causam morbi ac interitus, quin & hoc inde discimus, id quod verē legitimū est: consequenter aeternū esse, quando & recta ratio, quae legis vicem obtinet, non est corruptibilis. nam ediuerso quicquid iniquum, vix vno die durabile à seipso dissoluitur, confessione omnium qui sapiunt, propriū autem legis & eruditionis est, profana à sacris, ab impuris pura discernere: sicut ediuerso iniquitatis & ineruditionis, inter se pugnantia confundere commiscerēque omnia. Quamobrem & Samuel regum prophetarumque maximus, vinum & quicquid eorum inebriat, sicut sacra eloquia testantur, ad extremum usque diē non bibit. ascriptus est enim in diuinum exercitum.

citum, qui nunquam imperatoris sapientissimi prouidentia destituitur. is Samuel fuit fortassis homo, accipitur tamen non ut compositum animal, sed ut mēs, solo Dei cultu ac ministerio gaudens. interpretatur enim ordinatus Deo, eō quod actiones eas quae à vana gloria proficiuntur, grauem turbationem ordinis existimet. hic ex humana matre nascitur, cuius nomē interpretatur gratia. nam sine diuina gratia non est possibile vel deserere mortalia, vel immortalibus semper aharere. ceterum quaecunque anima impleta fuerit gratia, gaudet confestim & ridet exultatque. bacchatur enim, ita ut vulgò ebria videatur insanire rapta extra se. & idem dicitur ad eam à quodam puerulo, non vno, sed à quolibet iuueniliter petulante: Quousque temulenta es? aufer istam temulentiam à te. Solet enim correptorum numine non solum anima concitari ceu quodam aestro, sed & corpus erubescere incandescereque, interno gaudio prorumpente in exteriora: quae res multos insipientes decipit, qui sobrios vino madere autumant. est tamē quaedam ebrietas etiam sobriorum, qui bona mera hauriunt, & propinationes à perfecta virtute accipiunt. ceterum qui temulenti sunt, ne degustant quidem prudentiam, qua abstinendo famem eius sentiunt continuam. merito igitur ad iuuenilem irrisionem venerandae auferaturque vitae insultantē respondetur: Mulier dura dies ego sum, vinum aut potum inebriantem non bibi. & effundam animam meam coram domino. Ingētes opes animae, quae gratis Dei plena est. primum duram diem vocat seipsam, respiciens illudentem puerulum. nam huic & cuius insipienti aspera, ardua, difficillimaque videtur via ducens ad virtutem sicut & quidam è priscis testatur, dicens:

Omnino vitium facile est contingere cuiuis.

Contra virtutem sudoribus vndique diui

Præsepere, & longus ad hanc perque ardua callis,

Asper & est primum: sed vbi alta cacumina victor

Contigeris iam fit facilis, licet ardua dudum.

Deinde negat se vino & potu inebriante usam, & perpetuam vitae sobrietate gloriatur. nam obtinere cogitationem liberam, puram, immunemque ab affectionibus perturbatricibus, res est profecto admiratione dignissima. Vnde fit ut intellectus sobrietate mera saturatus, semper & per omnia cum Deo versari, properet. Quid enim aliud sibi volunt illa verba, Effundam animam meam in conspectu domini, nisi totam meipsam ei consecrabo: id fit quoties quis abruptis quibus prius stringebatur vinculis, quae mortalis

vitæ indiderant vana studia, exolutus omnibus, & intatum exspatiatus, extentus, effususq; , vt vel ad extremos mundi pertingat terminos, ad pulcherrimam celeberrimamq; illam Ingeniti contemplationem penetrat. hic igitur chorus sobriorum est, eruditionem ducem sequentium: alter vero prior ebriorum, cuius princeps inscitia fuerat. Quoniam autem ebrietas non solum delirationem significauit, natam ex ineruditione, sed & in totum sensus priuationem, quam in corpore nimium vinum producit, in anima vero ignorantia eorum quæ merito sciri deberent: superest vt dicamus paucis de ignorantia, duntaxat ea memorando quæ sunt opportunissima. quis igitur est morbus corporis, cum quo conferenda sit ignorantia? aut cum cuius sensus priuatione conferri potest? certe qui oculis auribusq; mulctati sunt, nihil vel videre vel audire valent, dei lucisq; , propter quæ sola (si verum fatendum est) vitam expetimus, nesci: & in perpetuis tenebris sempiternaq; nocte habitant, surdi ad parua, magna; omnia: quos merito vita communis impotentes solet nominare. nam etiam si reliquæ corporis vires vniuersæ incolumes sint & absolutissimæ, tamen supplantatæ ab orbitate oculorum auriumq; , magno casu corruunt, vt non amplius possint resurgere. id enim quod hominem fulcit, verbo quidem pedes sunt, reuera autem auditus visusq; : quos donec habet integros, erectus incedit, priuatus vero his, proclinatur & e medio tollitur. iidem omnino ignorantia sunt effectus in anima, lælentis eius visum auditumq; , nec lucem nec sermonem in eam intrare sinētis: hunc nequid doceat, illam ne res indicet: atq; ita offusis irrationalibus tenebris profundissimis, ex formosissima animæ specie surdum saxum redditur. nam ignorantia contraria scientia quodammodo animæ pro oculis est & auribus: quippe quæ & intedit animam in ea quæ dicuntur, & res dispicit: nec vnquam vel videndo vel audiendo falli sustinet: si quicquid auditu spectatq; , dignum censet considerat contemplatq; : & si forte itinere terrestri aut navigatione opus est, peruatit vsq; terræ ac maris terminos, vt plura videat, & aliquid recētius audiat. impigerrimus enim est amor scientiæ inimicus somno, amicus vigiliis. proinde semper excilians & acuens cogitationem, cogit eam obambulare omnia, auditum faciens audum, & ingentem ei discendi sitim instillans. ergo scientia visum auditumq; , præbet. quibus freta bene se gerit anima. nam qui videt auditq; , scit quid sit vtile, & id experedo, fugiendoq; , contrarium, proficit. ignorantia vero grauior quam corporis

corporis mulctationem animæ inferens, omnium peccatorum causa fit: quando caret omni externa ope, vt quæ nec ipsa sibi prospicere potest, nec præmoneri ab aliis. proinde vsquequaq; destituta, & derelicta à custodibus ac præsidibus, à quibusvis hominibus rebusq; , patitur insidias. cauendum igitur ne vnquam tantam meri vim ingeramus, vt sensus officium non faciat: neve tam longè discedamus à scientia, vt ignorantia suas densissimas tenebras in anima possit spargere. Sunt autem duo genera ignorantia, simplex alterum prorsus sensu carens: alterum duplex, cum quis non modo inscientia tenetur, verum etiam putat se scire quæ haudquaquam scit, elatus falsa opinione scientiæ. prius malum est leuius, vt quod leuiora peccata gignit, plerumq; inuolutaria, secundum vero maius, vt quod maiora parit, nec solum inuolutaria, verum etiam iniqua de industria. talibus mihi videtur Lot ille filiarum genitor esse obnoxius maxime, qui masculum & perfectum in anima germine educare non potuit. duas enim filias ex vxore in saxum post mutata suscepit, quæ non aberrauerit si quis appelleret consuetudinem inimicam veritati suo opte ingenio, & quoties ab aliquo ducitur à tergo restitanti, respectatq; antiquas sodales, & in more inanimæ statuæ remanenti in earum medio. filiarum autem senior quidem vocabitur consilium, iunior vero assensio. nam consilio comes est assensio, post assensionem autem nemo consultat ulterius. mens igitur sedes in suo consistorio, sollicitare filias incipit, & cum grandiore quidem consilio considerat atq; scrutatur singula, cum iunioris vero assensione facile quibusvis annuit, vt infesta pro amicis complectatur, si modo voluptatis esca inuitet vel minima. hæc autem sobria quidem cogitatio non sustinet, sed occupat à temulentia: & velut vino extra se rapta, ideo dicitur: Potauerunt patrem vino: vt omnino impos fieret sensuum intellectus, qui prius videbatur idoneus per se ad consultandum de rebus vtilibus, facile tamen quibusvis verisimilibus vt veris certisq; assentiens: cum natura humana haudquaquam sufficiens sit manifeste quicquam dispicere, & vel quasi vtile ac verum eligere, vel vt falsum ac inutile fugere. multum enim tenebrarum offusum corporibus rebusq; , non sinit singulorum naturam conspici: imò etiam si quis curiosior aut discendi cupidior conetur introspicere proprius, tanquam litminibus orbatum offensans, prius quam aliquid apprehendat prolapsus frustratur. nam ne prelucente quidem eruditione intellectus proprium inde lumem sibi valens accedere, ad res inspiciendas non tam iuuatur quam impeditur. sic enim natura comparatum est, vt

paruus splendore extinguitur à magnis tenebris: quo extincto nulla est visus utilitas, quisquis autē sibi placet vel consilio vel facultate discernendi inter fugienda & sequenda, monēdus est: si earundem rerū eadem & indiscretæ semper nobis imaginationes acciderent, fortasse necessario sequuturū vt quas nobis natura dedit iudicādi facultates geminas, sensum & intellectū, tanquam veraces admiraremur, nec decipi faciles, quippe quæ primo aspectu quid experēdum, quid fugiendum videant, sed quoniam cōpertum est nos aliās aliter ab eis affici, nō possum⁹ quicquam certō asseuerare, cū id quod apparet nō maneat firmum, sed in varias subinde transformetur facies. necessum est enim vt instabilis imaginationis instabile sit etiam iudicium, idq; multis de causis: quarum prima est animalium nō vna tantū parte, sed plures penē quā dicitur potest differētiā, in generatione horū & habitudine, in cibo & victu, in his rebus quas experūt & fugiunt, in sensuum actionibus & cōmotionibus, in corporū animarūq; innumerabilibus proprietatibus. nam vt omittamus ista quæ iudicāt, inspicere quædā ex his quæ iudicant, vt chameleontem & polypū illum aiunt mutabile colore semper loca referre in quibus degit: hunc verò saxa quibuscunque adhæserit, forsā à natura salutē eius prospiciēte donatum hoc versatilis coloris remedio cōtra pericula, Vidistin⁹ vnquam colubæ ceruicē solaribus radiis expositā. quā multis modis colores variet: puniceum, ceruleum, igneum, & carbūculi speciem referentē, pallentem item, rubentēq; & alios omnigenos, quorum ne vocabula quidē memorare sit facile. apud Scytharum quoq; gentem, quem Gelonos vocant, fertur mirādum animal, rarō quidem, nasci tamen, rarandum nomine, magnitudine bouis, facie verò ceruo quā simillimum. de hoc narrant, pilum eius omnia propinqua, siue arbores, siue alia, colore imitari, & per eam similitudinē fallere in quęcunq; inciderit, atq; ita magis quā viribus periculū à venatoribus imminēs euadere. hæc & similia certissimū argumentum sunt, nos non posse quicquam certō cōprehendere, deinde vt omittamus animalia reliqua, soli homines immane quantum in rebus omnibus inter se differunt: qui nō modō aliās aliter ne iisdem iudicant, sed & alij aliter, dum iisdem quidam delectātur, quidam offenduntur, nam quæ his probantur, aliis displicent: quæ hi vltro accersunt vt domestica, alij procul in malam rem profigāt vt alienissima, equidem fortē fortuna theatrum ingressus aliquo

tics

ties, animaduerti ad vnū carmen tragædorū citharædorūve in scena certantiū alios sic demulceri, vt non temperarent sibi quin allurgentes acclamarent & applauderent: alios nō magis moueri hoc, quā illos ipsos gradus saxeos quibus insisterent: alios in tantum offendi, vt è theatro se proriperent vtraq; manu cōpressis auriculis, nequid ex eo sono reliquū molestiā crearet fastidiosis animis, quid attinet ista dicere? vnusquisq; si ipsū per se cōsideres, quod vix est credibile, innumeras mutationes in corpus animāq; recipit, quæ modō expetierat fugiēs, haudquaquā mutata, sed in eodem statu manentia. eadē enim aliter à sanis accipiūtur, quā ab ægrotis, aliter à vigilantibus quā a dormientibus, aliter à pubescentibus quā a senescentibus: imō qui stat alias quā qui mouetur imaginationes concipit, alias intrepidus quā timidus: item mœrēs quā gaudēs, infensus quā beneuolus. Quid opus verbis prolixioribus? dicam compendio: qui vis corporis animāq; motus, siue iuxta naturā siue cōtra factus, causa est vt quæ apparēt, mutari videantur, inconsistentibus somniis simillima. nec minima causa imaginationū inconstantiæ sita est in consideratione, in distantiis, in locis quibus cōrinentur singula. an non videmus in mari pisces extēris natātes pinnulis semper maiore specie quā qua re vera sunt? itidem remos vel rectissimos, fractos in aqua videri cōtingit. hæc longē falsissimas imagines obiectia solent mentē decipere. interdum enim cū sint exanimata, putantur viuere, & ediuersō quæ viuunt, esse mortua. item quæ stant, moueri: quæ mouentur, stare: quæ accedunt, recedere: quæ recedunt, accedere. breuia videntur, quæ prælonga sunt: quæ angulos habent, dideres teretia: aliāq; innumera fallūt aspectū, quibus nemo prudens tāquā certis subscriberet, quid qualitates factitiæ, in quibus addidisse detraxisseve aliquid multū profuerit aut obfuerit, præsertim in his quæ tractat medici: nanq; horum compositiones recipiunt qualitates certis terminis dimensas & regulis citra quas non licet cōsistere, sicut nec progredi vltius tutum est. nā diminutio remittit eorū vim, sicut intēdit additio. Vtrūque autem noxam affert: alterū ob virium defectum inefficax, alterum violente lædens præ nimietate earū. leuitates quoq; ac asperitates, densitates oppilationesq; & his contrariæ raritates apertionesq; quantū ad auxiliū noxamve cōferant manifestum est. Ac ne illud quidem ignotum, qd penē nulla res, si consideres ipsam per se, intelligitur, sed collatione cū suo cōtrario exami-

p v

natur

natur, vt paruum collatum cum magno, aridum cum humido, frigidū cum calido, graue cum leui, nigrū cum albo, infirmum cum valido, purum cū multo. Similiter etiam quæcunq; ad virtutem referuntur aut vitium, vtilia noscuntur per noxia, honesta adhibitis ediuerso turpibus, iuxta & in genere bona cū iniustis & malis cōposita. deniq; quicquid aliud in vniuerso mūdo consideraueris, ad eandē formulā iudicari cōperies. Nam per se vnumquodq; cōprehendi non potest, sed cum altero cōparatum venit in notitiam. Quicquid autē de seipso testari non potest, egēs alterius patrocinio, infirmā fidē habet. itaq; sic quoq; coarguuntur qui facillē de quavis re vel negant vel asserunt. nec mirū: nam si quis vterius in res progrediatur, & collustrer eas sincerius, sciet quod ne vna quidē res iuxta simplicē suam naturam nobis occurrit, sed omnes multipliciter tēperate mixtaq;. Colores sine mora comprehendimus. at quomodo? nōne foris cum aēre ac lumine, intus in ipso visu cū humido? dulce verò & amarū quomodo probaretur absq; oris humoribus? quid sapes grati nature vel ingrati? quid ex suffitu odores, nū simplices sincerāsq; naturas præ se ferunt? an potius mixtas ex ipsis & aēre, interdum etiā ex igne liquāte horū corpora, & ex facultate quæ inest naribus? Ex his sanē colligitur, nec colores à nobis percipi, sed temperaturā constantē ex subiectis & lumine: nec odores, sed mixturā quæ cōstat ē corporū exhalationibus & omnium capace aēre: nec sapes, sed id quod cōficiē ē re gustabili, & humore saluaceo. Hęc cum ita se habeāt, dānāda est stultitia, seu arrogantia, seu temeritas eorū, qui facillē vel asserere, vel negare de quavis re sustinēt. si em̄ simplices facultates ab sunt, mixta verò & collatiua nos frustrātur, impossibile est vt cernātur inuisibiles, & per mixta intelligatur vniuscuiusq; forma, ad eam mixturā cōferētis suā portionē. Quid igitur superest, nisi vt necessariō suspendamus sententiā? Illa quoq; deterrēt ne temerē credamus incertis, quæ penē per totū orbem diffusa sunt, cōmunem tū Græcis, tum barbaris in iudicādo lapsum inducētia quæ nā? institutiones ab ætate tenera, consuetudines patriæ, leges antiquæ, ex quibus vniuersis in nullo cōsentiunt oēs, sed per singulas regiones, gentes, ciuitates, vicos deniq; ac domos, saltē viri discrepāt à mulierculis, & pueri à cæteris. Nam quæ nobis turpia vidētur, illis honesta: quæ decētia, illis indecora: iniqua, iusta: impia, sancta: legitima, illegitima: vituperāda, laudabilia: puniēda, honore digna, & cætera decernūtur contra

ria.

ria. Sed quid opus est his immorari prolixius, cū reuocent nos magis necessaria? si quis velit om̄s aliis recentioribus spectaculis, inquirere in præsens capitulū diligentius, & examinare singillatim educationes, mores, leges, regionum, gentiū, locorum, ciuitatum, subditorum, principum, clarorum, obscurorum, liberorum, seruorum, doctorum, indoctorum, non vnā alterāq; diem, nec mensem aut annū, sed totam vitam in hoc conteret vel longissimā: nihilominus pleraq; considerationem eius effugient. cum igitur alij ab aliorum iudicio non modicū distent, & aded discrepent, vt pugnent etiam inuicē, necessariō cōsequitur vt etiā allabantes imaginationes rerū differant inter se, & pugnantes sint de his sententiæ. quæ cū ita sint, quis est tam demens & delirus vt, certō affirmare audeat, hoc aut illud esse iustū, prudens, honestū, vtile? quicquid enim hic decreuerit, alius irritabit meditatū à teneris vnguiculis cōtraria. Equidē nō miror si miscellanea cōfusāq; turba, morū legūmq; vtrūq; inductarū serua, ab incunabulis obedire his haud secus ac dñis atq; tyrāanis assueta, & animā cōtusa colaphis, nihil magis & virile valens sapere, credit acceptis semel maiorum traditionibus: & mentem sine exercitā, sine scrutatione ac examine vel affirmat vel negat. philosophos quos vocāt miror, quorum pleriq; simulantes se venari manifestū in rebus certitudinē, cæteruatim diuisi, decernunt diuina, interdū etiā contraria, non de vna quapiam haud magni momēti re, sed propemodum de omnibus magnis paruisq;, de quibus solēt quærere. cū enim hi mundum infinitū inducant, illi finitū: hi creatum affirmant, illi negēt: hi sine præde principēq; temerē arbitrato suo ferri eum contendant, illi credant prouidentia, curāq; mirifica & vniuersum & partes eius Deū regere ac gubernare ita vt in tuto sint: qui fieri potest vt de subiectis rebus eodē cōceptus habeāt iam quæ in natura boni considerāda imaginationes obueniūt, nōne suspendere assensionem potius quā assentiri cogunt? dum alij bonum esse cēsēt solū honestum, idq; reponunt in anima: alij diuidūt hoc in quāsdam minutias, & vsq; ad corpus externāq; protendant. hi dicunt felicitates à fortuna cōcessas, corporis esse satellites, vt sapientiam, robur, integritatem, omnium sensuum, & huiusmodi cætera stipantia regiam animā, cum enim tres sint bonorum ordines, tertium & extremum secundi & medij propugnatorem esse: secundum verò primi munimentum protectoriūmq; factū maximum. De his ipsis, & de diuersis

diuersis vitæ rationibus, de finibus ad quos actiones omnes dirigendæ sunt, deq; aliis innumeris quæ tractantur in rationali morali, naturaliq; philosophia, disceptationes nascuntur ineffabiles, de quarum nulla in hodiernum vsq; disceptatores isti cõfentiunt, meritò igitur cum duabus filiabus, cõsilio assensioneq; coniuñctus & vnà cubans intellectus, ignorantia laborare inducitur. dicitur enim, & nesciuit quando accubuerunt, aut quãdo surrexerunt filia. nam nec somnũ, nec vigiliam, nec quietẽ, nec motum videtur certò cõprehendere: sed etiã cum optimè cõsulisse putatur, inconsultissimus deprehenditur, rebus ad expectatum finẽ non peruenientibus: & quoties subscribere quibusdam vt veris placuit, facilitatis incurrit infamiã, quam primũ cõperiuntur incerta dubiaq; , quibus prius crediderat vt certissimis: itaq; cũ negotia soleat cõtra opinionẽ cadere, nihil tutius fuerit quã assensum suspẽdere. Hastenus de his, nũc vertamõ sermonem ad sequẽtia. diximus suprã temulẽriæ nomine significari etiã illud quod multis sæpe attulit noxas maximas ignaui vẽtris studiũ, cui deditos videre licet, etiã omnes corporis lacunas expleuerint, adhuc tamẽ inexpletas ac inanes habere cõcupiscẽtias. isti quãuis præ saturitate distẽt ad modicũ tempus tanquã athletæ lassı respirãt, tamen mox ad idẽ certamen reuertuntur. Proinde rex Aegyptiæ regionis, id est corporis, paulò antè infensus visus pincernæ ministro temulẽriæ, mox ei recõciliatus in sacris libris introducit, gliscẽte cõcupiscẽtia tãctus eius desiderio, idq; in die natiuitatis corruptibilis, non in incorruptibili luce illius Ingeniti luminis. dicitur enim fuisse dies natalis Pharaonis, qñ è carcere principẽ pincernarũ reuocauit ad ministeriũ. hoc enim propriũ est amatorı corporis, vt præclaras putet res natas & corruptiles, eò qd densissimis tenebris præpediat, quò minus noscat incorruptibiles. ideo statim principium voluptatẽ temulentiã, eiusq; ministrũ beneuolentia cõplectitur. Sunt autẽ luxuriãtis animæ tres familiãres cubicularij, princeps pistorum, princeps coquorũ, princeps pincernarum, quorum admirandus ille Mosès sic meminit: Et iratus Pharao duobus eunuchis, pistorum principi & pincernarũ principı, misit eos in carcerẽ principis coquorum. est autẽ & coquorum princeps eunuchus. dicit enim aliubi: abductus est Ioseph in Aegyptũ, & emit eum eunuchus Pharaonis princeps coquorum. & rursum: Vendiderũt Iosephũ spadoni Pharaonis coquorum principi. sed cur nec viro nec mulieri cõmittuntur dicta officia?

cia? An quia seminare viris, semẽ excipere mulieribus à natura datũ est, ex quorũ cõgressu & natiuitas omnium & generis conseruatio prouenit. sterilis autẽ castratãq; animæ officiũ est gaudere pistoriis operib; sumptuosıs atq; poculis. & curiosis condimentis cupediariorũ, vt quę nec virtutis verè masculũ semẽ emit tere valeat, nec emissum excipere nutrirẽq; , sed tanquã exile saxosũq; aruũ, tantũmodo apta sit ad corruendum ea quæ semper viuere debuerãt. Hic decretum statuitur cõmuniter omnibus vtilissimũ, quòd quivis opifex voluptatis non gignit sapientiam, cum nec mas sit nec fœmina: & cũ nec indere nec excipere sit idoneus semina ad immortalitatem facientia, meditatur quòd turpissimum est in vita exercitium, vt corruat incorruptibilia, & extinguat insitos naturæ igniculos inextinguibiles. taliũ nulli Mosès permittit ingredi ecclesiã Dei. interdicit em̃ ne spado & exectus ingrediatur in ecclesiã domini. quid enim nõ valenti sapientiã gignere profuerint sacre cõciones audite, cui fides execta est, nec potest seruare depositũ vtilissimorũ vitę dogmatum. proinde tres sunt qui curant conuiuium humani generis, princeps pistorum, pincerna, cupediarius. meritò, quia sunt tria quibus vti & frui cupimus, cibi, cupedię, potus. sed alij cõtenti sunt solis necessariis, quæ ad salubriter liberalitẽq; viuendum requiruntur: alij quęrunt immõdica, nimia, superflua, quę appetitus excitant, & corporis lacunas multitudine onerãt ac opprimũt, magnos & varios morbos parere solita. Ervulgus quidem voluptati, concupiscẽtias affectibusq; deditotũ, sicut in ciuitaribus plebeij, non inuidiosam vitam viuẽtes, & paucis rebus opus habẽtes, nõ egẽt variis curiosisq; ministeriis, cõtenti simplicibus coquis, pincernis atq; pistoribus. qui autem putant se imperare ac regnare in viuendo suauiter, & ad hunc scopum omnia minora maiorãq; referunt, dignos se æstimant ministris principibus coquorum, pincernarũ, pistorumq; , hoc est in vnoquoque horum absolutissimis. nam placentarũ, popanorum, liborumq; varia genera non materiis tantũ, sed & modis conficiendi formisq; diuersa, non tantũ ad gustum, sed & ad aspectum illiciendũ curiosẽ inuenta, exercẽt pistores eximios. examen autem vini in lotium abeuntis facile nec lædentis caput, aut contrã augẽtis sanguinem & olentis suauiter, multum parũve aquæ ferentis, & ad vehementem intensãq; , aut remissã lenẽq; potationem facientis, ceterorumq; similibus, ad pincernarũ præfecti officiũ pertinet, in hac arte absolutissimi.

mi. ceterum pisces auésq; & id genus alia parare, & obsonia cō
 dire callent insignes cupediarij, non tantum quæ auribus didi-
 cerunt & oculis, verum etiam quōdianis experimētis, dum vi-
 tæ delicatæ ac renellæ, sed non optādæ, semper noui aliquid ex-
 cogitāt. quos omnes eunuchos esse steriles sapiētia docuimus.
 is autem cui recōciliantur, ventris rex intellectus pincerna est,
 nā suaptè natura genus humanum est ad vinum proclive quo
 vix vnquam saturatur, quando somno, cibo, coitu, similibusque
 rebus nemo non expletur, mero autem non item, præsertim qui
 exercent hoc studium, bibendo enim sitiūt, incipientes à mino-
 ribus cyathis: procedente verò potatione iubent pincernas in
 maiores infundere calices, postquam incaluerunt iā parum sui
 cōpotes, infundibula, crateras, amyctides integras exhauriētes,
 & merum ingurgitantes, donec profundus somnus occupet iā
 nec seipos nec quæ ingesserunt cōtinere valentes, regurgitan-
 te potu nimio, & tamen sic quoq; insatiabilis appetitus, tanquā
 famelicus, furere non desinit. vitis enim Sodomorum vitis eo-
 rum est, vt inquit Mosès, & palmes eorum è Gomorra. vua eo-
 rum vua fellis, & botrus amaritudinis ipsius. furor draconū vinū
 eorū, & furor aspidum insanabilis. Sodomā orbitas siue cæcitas
 interpretatur. vitis autē hæc eiúsq; fructus, significat homines
 vinolentia, gula, turpissimisque voluptatibus perditos. ceterum
 quod latentius subindicatur hoc est: veræ lætitiæ nullum ger-
 men in anima sui amante inlitum esse, quod talis sanas radices
 nō habeat, sed incendio redactas in cinerē, in qua pro aqua ful-
 mineis flāmis, Deo iustè animaduertente in impios, cælū plue-
 rat inextinguibilibus. non desit tamen in ea concupiscentiæ
 plantas maximas, honestatis steriles. quādoquidem is affectus
 exardescit in omnia spectatu digna, conferturq; cum vite: non
 ista matre mitium fructuū, sed ea quæ amaritudinem, malitiā,
 vafriem, irā, furorem morésq; irritabiles pferre solet, mor-
 dens animā in morem viperarum & aspidum, venenatos mor-
 sus & omnino incurabiles habentium: quos deprecamur votis
 assiduis, obsecrātes Deum clementissimum, vt siluestrem hęc
 vitem eradice: eiiciātq; omnes eunuchos & virtutis steriles in
 perpetuum exilium: & pro his in animis nostris mites plantas
 inferat per disciplinam rectam, largiaturq; nobis fructus acra-
 riones verè masculas, à quibus seminari possint actiones hone-
 stæ, & virtutes incrementum accipere, vt cum felicitate habe-
 mus conseruemusque sempiternam consuetudinem.

PHIL

PHILONIS IVDÆI, de his verbis, Resipuit Noë.



POST QUAM ea quæ de ebrietate secutaque
 hanc nuditate legislator dixit, enarrauimus:
 accedemus ad ea quæ deinceps cōiuncta sunt.
 sic enim in sacris literis scriptum sequitur:
 Resipuit Noë à vino, & cognouit quicquid
 fecerat ei filius natu minimus.] Sobrietas non
 solum animabus, verum etiam corporibus, omniū confessione
 vtilissima est. nam & infirmitates arcet. è nimia repletiōe na-
 sci solitas, & sensus mirificè acuit, nec sinit corpora plns iusto
 grauata corruere: sed attollit ea simul & subleuat, reuocans ad
 officia propria, omnibus eorum partibus opportunissima. In
 summa, quantorum malorum autor est ebrietas, tantorum edi-
 uersò bonorum sobrietas. ergo quandoquidem etiam corpori-
 bus, quibus peculiariter vini potus prodest, amica est sobrietas,
 nonne multò magis animabus? à quibus omne mortale alimē-
 tum alienum est. quid enim sobria mente præstantius est apud
 homines? quæ gloria? quæ diuitiæ? quod robur? quæ potētia? de-
 niq; quid aliud ex his quæ mirantur homines? adfit modò ani-
 mæ oculus, qui totus collustrare omnia valeat, nulla sui parte
 suffusus humoribus, aut nictatione impeditus. tūc enim acutis-
 simè cernens, ipsūmq; intellectū & prudentiā intuens, occurret
 simulacris intelligibilibus, quorum spectaculū demulcens ani-
 mum nō sinit posthac flecti ad quicquā sensibile. Et quid mirū
 si animæ sobriæ cernentiq; acutissimè nulla creatura potest æ-
 quari honore? quādo corporei quoq; oculi, & lux ista sensibilis
 apud nos omnes habetur in honore maximo? quāobrem multi
 visu amisso, vitā etiā vltro abiecerūt, existimantes mortē malū
 esse cæcitate leuius. quātò igitur anima præstātor est corpore,
 tātò mens præstat oculis, quæ si illeesa sit & expers noxæ, à nulla
 iniquitate remulētia simili oppressa, somnum quidē ablegabit
 causam obliuionis officiorū atq; pigritiæ: vigiliā autē cōplexa
 cernet acutè quicquid spectatu dignū fuerit, excitata à memo-
 ria, & occupata actionib⁹ tali cognitioni cōgruentib⁹. Talis est
 cōstitutio sobrij hoīs. ceterum iuniorem filiū dicens, nō ætatis
 nomē scribit, sed qualibus moribus præditi sint rerum nouarū
 amatores indicat. alioqui quomodo nō vidēda videre cōtra ius
 fāsque

fasq; conatus esset, aut silēda eloqui, aut domi cælanda proferre in propatulum, & trāsilire animæ terminos, nisi per curiositatem ausus fuisset quod nemo antea, deridēs casus alienos, qui debuerat ingemere, nec cauillari in tali re postulante reuerentiā vultūmq; seriū. hic certē mos est legislatoris, vt & prouectos ætate appellet iuuenes, & eos qui nondū senuerunt, seniores: nō respiciens annorum, numerum, aut tempus breue lōgūmve, sed impotentias animę, quæ mouetur melius aut deterius. Ismaëlē penē vigesimum annum agentē, cum virtutibus perfectō Isaac collatum, nominat puerulum. Sumpsit, inquit, panes & vtrēm aquæ, & dedit Agar; imposuitq; super humerū eius, & puerulū: quando eos ē domo ablegauit Abrahā. ac rursum: Proiecit puerulum sub vna abiete. & : Non videbo mortē pueruli, atqui ante natum Isaac annum tertiumdecimū egressus Ismaël circumcisus est: & post alterius iam septēnis ablactationem, ne spurius cum legitimo ex æquo luderet, vnā cum matre pulsus est. & tamen quamuis iuuenis vocatur puerulus, sophista ipse collatus cum sapiēte. Isaac enim sapientiā, Ismaël sophisticam fortitus est, sicut vtriusq; personam in quibusdā dialogis exprimimus. nam sicut se habet admodum puer ad virum perfectū, sic se habet sophista ad sapientē, & disciplinæ encyclicæ ad virtutis scientias. In cantico etiam maiore populum vniuersum ad res no uas proclinantē insipientis & infantis ætatis nomine pueros vocat. Iustus, inquit, & sanctus dominus: peccauerunt ei pueri eius reprehensibiles, generatio praua & peruersa, hec cine redditis domino: itane populus stultus est & non sapiens? An nō aptē al loquitur homines probrum habentes in anima, per stultitiā ac dementiam sæpe labentes in rectæ vitæ actionibus, non puerilē ætatem corporis aspiciens, sed ad mentis infantiā expertem rationis ac veritatis, ad eundem modum & Rachel, id est formositas corporis, iunior quā Lia pulchritudine animæ describitur. nam illud mortale, hæc immortalis est, & quicquid pretiosum videtur sensibus, à sola pulchritudine animæ vt imperfectū vincitur: quapropter & Ioseph iuuenis semper ac natu minimus dicitur, cum em̄ præficitur gregibus vnā cū germanis fratrib⁹, iuuenis appellatur, & pater vota pro eo faciēs ait: Filius accrescēs minimus natu, ad me reuertere. Hic est ille qui pugnat pro omnib⁹ corporis potētiis, externarū opū haud fictus amicus, qui senioris animæ antiquius pretiosiusq; bonum nōdum perfectē inuenit. si enim inuenisset, vel totā Aegyptum perpetuò cursu fugiens

fugiens abiuiisset. nūc verò sibi placet, eò q̄ illam nutriat alārq; cuius bellatores ducēsq; submersos ac perditos vidēs Israël hymnum Deo cecinit. iuuenis est igitur moribus, qui nūdum potest cū germanis virtutibus pascere, id est brutam animæ naturam curare ac regere. sed adhuc bona quę videntur præfert his quæ verè sunt, quāuis aut incrementis proficiat in melius, tamē iunior ad perfectū collatus censetur, eum qui bonū in sola honestate collocat: quamobrem adhortās ait, Ad me reuertere: ac si dicat, seniorentiam expete, non omnia iuueniliter age, iam tādē virtutē propter ipsam dilige, nec tanquā puer insipiens fortunæ bonorū splendore perculsus, decipi te ac falsis opinionibus repleti patere, atq; ita satis demonstratū puto, iuuenem in sacris literis sæpe vocari nō ætate vigentē, sed eum qui habet animā temerariam & nouarū rerum cupidā: iam ostēdemus non ætate sed honore præstantes nominari seniores. Quis enim versatus in sacris libris ignorat, quòd ille sapientissimus Abrahā breuioris quā vllus penē omnium maiorū suorū inducitur: illorum tamen qui diutissimē vixerunt nemo quod sciam, sed solus hic scribitur senior. dicunt igitur sacra oracula, quòd Abraham erat senior ætatis prouectæ. & Dominus benedixit abrahamo reb⁹q; ipsius omnibus, quod mihi videtur subiunctum tanquam causa præcedentium, cur senior dicatur ille sapiens. Cum em̄ à benigno Deo bene afficitur animæ pars rationalis, nec vnā modò, sed omnes benedictionis species accipit, seniliter sapit, atq; ita fit senior, sic & cari Deo populi confistorium, quod cogitur ex decies septeno numero, seniores solent nominari. Dicitur enim: Conuoca mihi septuaginta viros è senioribus Israël, quos tu ipse nosti quod seniores sint. Ergo non eos quos vulgus senes existimat, quippe curandis sacris præpositos, sed quos solus hic sapiens nouit, seniorum appellatione dignatur, quos enim hic reprobauerit tanquā bonus mēfarius, falsam virtutis monetā habentes, iuuenili temerariōq; sunt omnes animo, quos autem commēdare voluerit, probati & iuxta prudentiam seniores censendi sunt, certē vtrunq; quod dixi eruditę aures in vno legis edicto possunt agnoscere clarissimē. Si habuerit, inquit, homo vxores duas, vnā dilectā, alterā odiosā, & pepererint dilecta odiosāq; & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitū & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscat primogenitū, da-

bitq; ei de his quæ habuerit cūcta duplicia. iste est enim principium liberorū eius, & huic de beatorum primogenita. Obseruasti iam quod dilectæ filium nunquā seniore[m] vocat aut primogenitum, odiosæ verò filium sæpius. atqui prior ille natus, odiosæ verò filius posterior apparet in edicti principio: Si pepererint, inquit, dilectæ odiosq;. At tamen prioris partus quāquam antiquior, à rectè iudicāre iunior decernitur: posterioris verò filius quamuis prærogatiua tēporis careat, maiore antiquiorēq; portione, dignus habetur. Quam ob rem? quoniam harum mulierum alteram dilectam voluptatis, alterā odiosam prudentiæ, significatiuam dicitur. illius enim cōsuetudinē vulgus eximie diligit, et ceteris & veneficiis tuis alliciētē homines à die natali vsq; senectutem vltimā: huius autem terribiles verēdōs; mores odit miserè: sicut insipientes pueri parētum aliorūq; suorum vilia quidem, sed parum iucunda monita. ambę in anima pariunt, altera studiū voluptatis, virtutis altera, sed voluptatis studiū, partus imperfectus est, & nunquā non puer, modis omnibus, etiāsi ad annosam ætatem perueniat. ediuerso virtutis amor ab incunabulis (iuxta proverbiū) in prudentiæ senarum allegitur, nunquam senurus senium. ideo disertè dictū est de virtutis vulgò exosæ filio, quod hic sit filiorum principium, quippe natus simul & principatu primus, cui ius primogenitorū debetur lege naturæ, non iniquitate hominum. hanc igitur legem secutus propheta, quam pro scopo sibi proposuit, consequenter inducit Iacob minorem natu quā[m] Esau: quoniā imprudentia mox à prima etate nobiscū coalescit, honestatis æmulatio ferò nobis innascitur, quāuis suapte vi sit quā[m] illa antiquior. Quapropter Esau fratri cedit iure primogenitorū, quod alter sibi libenter asserit vt debitū. Huc facit & quod filiis Ioseph accidit, si inspicatur diligentius: quādo numine correptus ille sapiēs ad motus ad se nō directè manus imposuit in capita, sed decussarim, vt lauatāgeret eum qui videbatur senior, iuniori verò dextrā imponeret. vocatur autē natus grādiōr Manasses, iunior verò Ephraim. Quæ nomina si interpretaris, memoriā & reminiscentiā significare inuenies, interpretatur em̄ Manasses Ex obliuione, quod nomē est alterius, videlicet reminiscencia. Nā qui reminiscitur eorū quę oblitus est, excedit ex obliuione. Ephraim verò fertilitas memorię, appellatio convenientissima, quia fructus utilissimus & reuera vescus est animabus, memoria in rebus indifferētibus. ceterū memoria viris demū & robustis contingit, ideóq;

iunior

iunior cēsetur, ob natiuitatem serotinam. obliuio verò & reminiscencia penè alternis à prima etate cum vnoquoq; cōuersantur. Quamobrem temporis prærogatiuam habet, & ad laeuam statuuntur à sapiente ordinum peritissimo. virtutis autem primogenita obueniunt memoriæ, quam Deo carus homo dextra dignatur, & portione potiore. Ergo postquam ad se redit iustus ille & cognouit quid ei fecisset iunior filius, imprecationes diras exerit. ita est profecto, quādo mens ad sobrietatem redit, sentit quid à nouatrice malitia passa sit antea, quādo per ebrietatem aduertere non poterat. nunc cōsideremus cui maledicat. nam & hoc vnum è scrutatione dignis est: quoniam nō filio qui peccasse videtur, sed huius filio, suo nepoti maledicit, cuius nullum crimen extat vel magnū vel exiguū. nā ille qui patrem curiosis oculis spectare sustinuit & spectatū irrisit, atq; etiā irridēdum prodidit, Cham erat ipse Noë filius, in quem autē alieni peccati culpa & maledictio cōfertur, est Chanaan. dicitur enim: Maledictus Chanaan puer verna, seruus seruorū erit suis fratribus.] Quid, inquam, iste commisit? animaduertentur hoc fortasse legisperiti, quibus promptum est causas huiusmodi reddere. nos verò sequendo rectam rationem, propositæ quæstionis solutionē scrutabimur, vbi pauca necessariò præfati fuerimus. Status & motus inter se differunt. ille quiescit, motus agitur, cuius duæ sunt species, altera migratiua, altera se voluēs eodē in loco. statui germanus est habitus, motui verò actus. id approposito exemplo demonstrabimus euidentius. Fabrum, pictorem, agricolam, musicum, & alios artifices etiam si quiescant, nec in villo versentur harum artium opere, nihilominus solemus iam dictis vocare nominibus, quādo suæ quisq; artis peritiā assecutus est atque scientiam. sed vbi faber lignarius tractat materiam: pictor suis coloribus tēperatis figuras quas vult delinat in tabula: agricola in terræ sulcos iactat semina, aut palmites propagat vel plantat arbores, rigando riuosq; inducendō plantis alimentum necessarium suppedians, aliāque rustica tractās opera: musicus item tibiis, citharis, ceterisque instrumentis ad omnigena metra & rhythmos aptè utitur: aut omisis manufactis per naturalia vocem expedire potest concinnam congruentemque sonis omnibus, aliūve quicumque artifex artem suam exercet. tum præter dicta scientiarum nomina quiddam aliud de eis prædicatur necessariò: de fabro quod fabricet, de pictore quod iam pingat, de agricola item quod terrā colat: de musico

q ij

quod

quod pulset citharâ, aut tibia vocêq; canat, aut simile quippiâ faciat. utros igitur vituperamus aut laudamus? an non eos qui agunt & operantur: si bene, laudem lucrantes: si contra, vituperium: qui verò scientia contenti nihil faciunt, auferunt tantum securum præmium silentij, eadem ratio in stultos cõpetit, & in vniuersum in virtutem atq; vitium, prudêtes, temperati, fortes, iusti sunt innumeri animo, qui huc euaserunt naturæ felicitate, institutis legitimis, labore improbo puicaciq; cæterû pulchritudinem expressam rerû administrationibus nō potuerūt ostendere propter paupertatem aut obscuritatem, aut morbum corporis calamitatésq; cæteras, quæ humanam vitam obambulât, hi bona sua quasi vincâ clausâq; possident, alij verò his solutis, dimissis, liberisq; vtuntur omnibus, habêtes ostentâdi hæc materiam copiosissimâ, prudens quidem curâ, vel publica rei vel domestica, vbi cõsulendi atq; intelligêdi vim proferet: tẽperatus cæcas diuitias luxui seruire solitas ad visum & meliorẽ vsum reuocabit: iustus pro magistratus potestate dabit operâ, vt suis cuiq; rebus frui liceat. Virtutis meditator pietatem exercebit, & parato sacerdotio curam locorum sacrorum atq; ceremoniarum geret, quæ nisi accedant, sunt quidem virtutes, sed immotæ quietaq; quemadmodum aurum argentumq; in obscuris terre latebris abditû ad nihil vtile. ediuersò videre licet innumeros timidos, luxuriosos, insipiêtes, iniustos, impios, esse intus in animo, nec tamen posse vitiorum singulorû turpitudinem exerere quod opportunitate ad peccâdum careât, quod si se offerat qualem cupiunt occasio, terram & mare vsq; ad extremos terminos implere cladibus, & nihil vel paruum vel magnum illæsum finire, sed vno impetu subuertere corrumperêq; omnia. Quemadmodum enim vis ignis tãtis per dum materia caret quiescit, qua accedente incenditur: sic quæ sunt in anima potêtiæ spectâtes virtutem aut vitium, extinguuntur destitutæ (vt dixi) opportunitatibus. fortuitis autem excandescunt occasionibus, quorsum autem hæc dicta sunt? nisi, vt doceamus, quod filius Noë Cham quiescētis vitij nomen habet, nepos autem iã mouentis se. Châ enim interpretatur calor, Chanaan commotio. calor autem in corpore febrem indicat, in anima vitium, nam sicut qui febre decumbit, nō vna quapiam parte, sed toto agrotat corpore, ita totius animæ infirmitas est vitium. Hoc iam quiescit, iam mouetur, motû eius vates hebraico nomine vocat Chanaã, nullus autem legislator pœnam decernit cõtra iniustos quiescentes, sed quo-

tice

tice mouentur, & exercent iniusta opera: si cut ne mordaces quidem bestias vir moderatus occidet, si absit morsus periculû, tollenda enim est ex animo crudelitas procliuis ad cædê omniû, meritò igitur hic iustus videtur seruare maledictionem suo nepoti Chanaan, videtur, inquam, quia si nō actu, potentia tamen filio suo Cham per illum maledicit, motus enim ad peccâdum Cham, ipse fit Chanaan. Vnum enim subiectû est vitium, quod nunc in statu, nunc in motu consideratur, antiquior autê status quàm motus, vt eius quod stat, id quod mouetur, videatur progenies: ideo iuxta naturæ ordinem Chami filius Chanaan scribitur, scilicet motus quietis, vt & illud alibi dictû confirmetur. Reddens iniquitates patrû in filios in tertiâ quartâq; generationem. Cõtra hos enim affectus cogitationum & quasi partus pœnæ procedunt quæ ipsas manebât, ni accedat factum culpabile, euasuras accusationis periculum. Quamobrem & in lege de lepra ille modis omnibus maximus Moses, motum quidem eius & serpigine impetiginemq; proscribit vt in purâ, quietê autem purâ pronuntiat, dicit enim: Si diffundatur in cute, cõtaminatû sacerdos pronuntiabit: purû verò si lucens candor eodê loco maneat, itaq; immunis est quies à vitiis & affectionibus animæ, id enim per leprâ subindicatur, quod non sit dånationi obnoxia: motû autê & impetû eius dånari meritò, simile quiddam in sacris Geneseos literis cõtinetur euidentius, dicitur em̄ ibi ad illû nequâ: heus tu, peccasti, quiesce, quia peccatû propter motum actionemq; vitiosam damnatur: quies verò propter statum & silentium inculpabilis & salutaris est. Hactenus satis, opinor, præfati sumus: nunc execrationẽ quomodo se habeat inspiciamus. Maledictus, inquit, Chanaan puer, seruus erit fratrum suorum: & benedictus Deus Sem, & erit Chanaan seruus eorû.] diximus aliquando Sem cõmunem nominis rationem habere cum bono quando non speciale nomẽ habet, sed generale hoc ipsum Nomẽ: quia & bonû solum nominandû est, vt fausti omnis & celebratione dignû: sicut ediuersò malum infaustum nec nominadum, quid igitur bona prædita natura precatur? quod est eius, votû nouum & eximiû, cuius mortalis nemo facit cõpitem, à quo ceu quodam oceano copiosi perrênésq; fontes bonorum funduntur atq; profluunt? nam dominum Deumq; mûdi, omniûq; in eo cõtentorû, priuatim, & per excellentiâ Deum Sem inuocat: quod vide quàm sit omni fastigio sublimius, cui enim hoc cõtigit, totius mûdi honorẽ æquat, cum enim præses

q iij curatôr

curatorque amborum idem est, necessario sequitur ut & quaerantur honore sint paria. an-non largissima sunt hæc munera? nam sensibilis mundi herus ac benefactor pronuntiatur his verbis, dominus Deus: intelligibilis vero boni seruator & benefactor tantum modo, non herus aut dominus. Quicquid enim est sapientia prælitum, amicum Deo non seruum est, id quod ipse fatetur de Abraham. Num cælabo ego amicum meum Abraham quid facturus sim? quæ fors cuiunque contigit, is humanæ felicitatis terminos transgreditur, solus enim hic est patrius, quippe qui patrem cedere Deum potest, solus adoptiuus eius filius, non diues, sed omnia possidens, qui solus deliciatur in copiosis verisque bonis, nunquam senescentibus, perpetuo virentibus: non nobilis, sed bona fama celebratus, laudem habens non adulatione adulteratam, sed veritate stabilem, solus rex, quippe qui à summo rege potentiam & potestatem accepit irrefragabilem, solus liber, manumissus ab heri morosissima vana gloria, quam efferentem se supra modum ex arce superna liberator Deus deiecit. hunc tantis tam eximiis conferisq; bonis dignum habitum quid decet facere, nisi sermonibus, canonicis, hymnis benefactori suo gratias agere? & hoc est, ut mihi sit verisimile, quod his verbis subindicatur: benedictus Deus Sem] quoniam qui Deum in sortem accepit, is merito debet eum solum laudare ac benedicere, quando hoc tantum habet quod reponat, nec valet referre ullam aliam gratiam. hæc sunt vota pro Sem facta: iam quæ pro Iapheth fecit qualia sint videamus. Dilatet, inquit, Deus Iapheth, & habitet in domib⁹ Sem, & fiat Chanaan seruus eorum.] Eius qui solam honestatem bonum existimat, finis est breuior. in tanta enim rerum circumstantium copia, ad solam mentem reetricem se applicat. Eius autem qui tria facit bonorum genera, animi, corporis, externam, rem concidens in multas particulas dissimiles, finis dilatatur. Quapropter propriè huic precatur latitudinem, ut etiam virtutibus animæ, prudentia, temperantia, cæterisque singulis uti valeat, præterque sanitate corporis, integritate sensuum, viribus & robore, & id genus rebus aliis. adhæc externis quoque lucris, quæ ad diuitias, gloriam, vsum fructum necessariorum voluptatum faciunt: hæc de latitudine. Considerandum cui precetur, ut in domibus Sem habitet: non satis enim id declarauit. Possumus tamen dicere, eum de omnipotente hoc velle intelligi. Quæ enim domus in omni creatura inuenitur dignior quam

quam Deus inhabitet, præter animam perfectè purgatam, quæ solum honestum bonum existimat, cætera censeat rationi subdita, & huic debere obsequium, dicitur autem in domo habitare, non ut in loco: continet enim omnia, ipse à nulla re continetur: sed tanquam illius loci curam genes præcipuam. Quisquis enim domum possidet, necesse habet ut ei provideat. Proinde in quemcunque bonum illud Deo carum impluit, perat ut omnipotens in ipso habitare dignetur: ut paruum hoc ædificium, mentem videlicet, in altum sublatum à terra extremo cælo inferat. cæterum precationis verba pulchrè coaptantur, nam Sem tanquam radix virtutis honestatisque supponitur, ex qua frugifera planta sapiens ille Abraham succreuit, ex quo nata progenies ille à seipso doctus Isaac fructus est, ex quo rursus per labores seminantur virtutes, in quibus decertat Iacob ad luctam cum affectibus exercitatus per angelos, ratione vinctus non oleo, ab hoc principe duodecim tribus descendunt, quas diuina oracula aiunt esse regnum & sacerdotium Dei, à primo Sem egregiè procedente serie, iuxta votum Deo domos eius inhabitante. est enim regis domus regia, reuera sacra solaque ius asyli habens. Possumus tamen fortasse votum hoc, & ad Iapheth referre, ut in domibus Sem habitet. nam ei qui etiam corporis commoda & externa lucra in bonis numerat, precari conuenit ut ad solum animæ bonum recurrat, ne in tota sua vita aberret à vera opinione: quæ sceleratissimis etiam exacratissimisque contingunt bona existimans, ut sanitatem, pecuniæ copiam, & id genus alia, cum vera bona malo nulli obueniant: nihil enim malo bonoque commune esse natura voluit. Quapropter tantum votis felicitas ista expetitur, cuius finem non potest quisquam insipiens assequi. hunc finem ille primus probæ posteritatis autor scribitur optare cuidam è domesticis, dicens: Ad me reuertere: ut reuersus in eius sententiam, & solum honestum tanquam bonum complexus, à tergo relinquat diuersas de vero bono existimationes. habitet igitur in domibus illius animæ quæ solum honestum esse bonum asserit, omisis aliorum domiciliis, qui & corporis bona & externa habent in pretio. non immerito tamen insipientem in seruitutem addidit virtutis cultoribus: ut aut sub dominatione potiorum ad meliorem viuendi rationem transeat: aut si pergat esse improbus, facile pro potestate castigetur à suis dominis.

PHILONIS IVDÆI, de Gigantibus.

H factum est quando cœperūt homines multiplicari super terram, & natæ sunt eis filia. Quærendum, opinor, cur post natiuitatē Noë filiorūmq; illius humanum genus multiplicatum sit. Fortassis in prōptu causa est. Semper enim collatus cum paucis, magnus numerus contrariorum inuenitur. Ideo generosa vnius indoles, multorum prauum ingenium coarguit. Siquidem pauca quædā quæ fiunt ex arte ac scientia, vel quæ bona & honesta sunt, produnt quàm ingēs multitudo inertū, ignarorum, iniustorū, & in uersūm nequā hominū in suis tenebris latuerit. Viden' q̄ & in hoc quàm latē patet mūdo sol vnus immensas latissimēq; terra & mari diffusas tenebras quàm primū affulget, dispellit? Meritō igitur etiā huius Noë iusti natiuitas eiusq; filiorū ostendit diuersam iniustorū multitudinem. Natura enim ita comparatum est, vt contraria eluceant per cōtraria. Cæterum nemo iniustus seminat in anima prolem masculam, sed qui sunt ipsi parum viriles, fracti effœminatīq; cogitationibus & sentētiis, gignunt fœminas, vt expertes virtutis feracis non nisi bonorum fructuum, & plantatores omnium vitiorū affectionūmq;, quarum muliebria sunt germina. Qua de causa filias homines higenuisse dicuntur, nemo ex his filios. Quoniā enim Noë iustus mares gignit, quippe qui rectam masculamq; rationem sequitur, hoc ipso vulgus iniustum fœminas gignere ostēditur citra cōtrouersiam. Non est enim possibile vt à cōtrariis eadem gignantur, sed contraria. Viderunt angeli Dei filias hominum, quod essent pulchræ, & acceperūt sibi ex omnibus quas elegerant. Quos alij philosophi genios, Moses solet vocare angelos. Hi sunt animæ volitantes per aërem. Nec est cur quisquam hoc fabulosum existimet. Necessum est enim vt totus mundus in omnibus sui partibus animata habeat, quādo primariæ partes eius elemētares sibi apta cōtinēt animalia, terra terrestria, mare ac amnes aquatilia, ignis ex igne genita: quæ ferūtur plurima nasci in Macedonia. Cælum itē sidera. Hæc enim in totū sunt animæ immortales diuinæq;: & ideo mouentur in orbem, qui

qui motus mētis cognatus est. Horū enim singulorū mens est integerrima, Proinde necessariō sequit, vt & aër sit plenus suis animalibus. Hæc aut nobis sunt inuisibilia, cū & ipse nō sit sensui visibilis. Nō tñ ideo quia nō possumus animarū figuras visu assequi, aër eis est vacuus. Comprehēdere autē eas intellectu necesse est, vt simile contemlemur per simile. Nec enim negabimus omnibus terrestribus, aquatilibusq; vitā per aërem & spiritū cōtingere. Quid pestilētia, nōne aëre vitato solet accidere, qui singulos animat? idem qñ illasus est & innocuus, qualis solet esse flantibus auris septentrionalibus, nōne haustus purioris spiritus multum ad incolumitatem proficit? & credimus eum qui alias aquatiles terrestresq; animates animat, carere animabus propriis? imō cōtrarium est credibilius, etiam si reliqua elemēta nihil animalium gignerent, tamē solum aërem animalia parere, quādo singulari opificis gratia indita sūt huic animarum semina. Harum quædam descenderunt in corpora: quædam semper abhorrent ab omnibus terræ partibus. Harum sibi sacratarum ministeriis summus ille parens & opifex vti solet in administrandis rebus mortalium. At illæ alterę tanquam in flumen descendentes in corpus, aliquādo rapidissimis eius absorbentur gurgitibus: aliquando eluctatæ cōtra impetum, primū enatant, deinde reuolant illuc vnde auolauerant. Hæ sunt animæ supernam quandam doctę philosophiam, quæ ab initio finem vsq; meditantur mortem corporum, vt incorpoream incorruptibilēmq; vitam apud illum Ingenitū incorruptibilēmq; adipiscantur. At quæ submerguntur, sunt reliquorum hominum, qui neglecta sapientia dederūt se incertis fortunæ flatibus, quorum nullus fert ad optimā nostri partem mentem videlicet, sed omnes ad cognatum nobis corpus cadauerosum, aut ad res magis quàm hoc inanimas, puta gloriam, pecuniam, potestates, honores, & cætera quæ homines nūquam vera bona contemplati, fingunt pinguntque sibi, decepti vanis opinionibus, proinde si cogites, animas, genios, angelos, non tam re differre quàm nominibus, exoneraberis superstitionis onere grauissimō. Quemadmodum autē vulgus dicit bonos malosq; genios, & similiter animas, sic etiam angelos: alteros qui boni vocantur, legatos quosdam vltro citrōq; cōmeantes inter Deum & homines, sacrosanctos propter hoc inculpabile pulcherrimūmq; ministerium: alteros ediuersō profanos ac nefarios, quos & ipse abominādos haud falso dixeris. Testis

est hymnographus, cuius sunt hæc verba in quodam cantico: Emittit in eos iram furoris sui, furorem, iram, oppressionemque, immisionem per malos angelos. hi sunt illi mali angelorum nomen usurpantes, qui rectæ rationis filias scientias & virtutes nefciunt, morti autem obnoxias hominum mortalium progenies confectantur, quæ nullam natiuam secum afferunt pulchritudinem sola mente visibilem, sed fucatam formam qua sensus decipitur. Accipiunt verò non easdem omnes filias, sed alias alii selectas sibi ex innumeris. Quidam per visum, quidam per auditum, quidam per gustum & ventrem, quidam per ea quæ sub ventre sunt, quidam etiam per remotissimas occasiones intendendo suas concupiscências varias. in talibus impossibile est manere ac perennare Dei spiritum, sicut ipse legislator indicat. Dixit, inquit, dominus Deus: Non permanebit spiritus meus in his hominibus in seculum, quia caro sunt.] Manet enim interdum, sed non permanet apud nostrum plerumque. Quis enim est adeo rationis expertus aut animus, ut nulla unquam de optimo illo maximoque eum volentem nolentemve subierit cogitatio? imò vel scelestissimis obuersatur nonnunquam repentina honestatis imaginatio, quam tamen apprehendere & apud se retinere nequeunt. Statim enim discedit emigratque; è tali domicilio, non ferens ius & fas inde profligatum esse: quales nunquam accedit, nisi ut coarguat eos honestatis pretermissæ turpia. Dicitur autem Dei spiritus, vno modo aer fluens supra terram, tertium elementum quod super aquam vehitur: quam obrè in opificio mundi ait: Spiritus Dei ferebatur super aquam. Aer enim cum sit leuis attollitur & sursum fertur, aquam pro basi habens, Altero autem modo, immortalis illa scientia, cuius omnis sapiens merito sit particeps. Id ostenditur in artifice ac opifice sacri operis, his verbis: Excituit Deus Beselelem, & implevit eum diuino spiritu, sapientia, intellectus, scientia, ad omne opus excogitandum. Quibus verbis definitiue quid sit Dei spiritus describitur. Talis est etiam Moysi spiritus, qui visitare solet illos septuaginta seniores, ut fiant prestantiores cæteris, & reddantur meliores, non futuri verè presbyteri, nisi participatione illius sapientissimi spiritus. Sic enim dicitur: Auferam de spiritu qui in te est, & imponam in septuaginta seniores. Sed caue putes hanc ablationem fieri per abscissionem disunctionemque; imò potius qualis ab igne sit: qui etiam si faces innumeras accenderit, idem manet ne tantillum quidem diminutus. Talis est natura etiam scientie. Postquam enim discipulos & familiares peritos omnes reddidit,

nihilò

nihilò diminuitur: nonnunquam augetur etiam, sicut narrat de fontibus, qui frequentantur ab aquatoribus. Nam & hos fertur hoc modo dulciores fieri. Sic continua colloquia, meditatione & exercitium afferentia, perfectionem absoluunt. Quod si proprius ipsius Moysi spiritus, aut cuiusvis creaturæ, tantæ multitudini familiarium distribuendus fuisset, in tot portiones concisus, vtrique diminueretur. Nunc autem spiritus ille sapiens, qui inest ei, diuinus est, insecabilis, indiuisibilis, probus, qui vbiq; implet omnia, qui prodest absque suo detrimento impartitus alteri, ut nihil decedat ipsius intellectui, scientia, sapientia. Quapropter fieri potest, ut spiritus Dei maneat in anima, ut autem permaneat impossibile est, sicut diximus, & quid mirum? quando ne aliam quidem rerum vlla possessio firma & constans est, in tot mutationibus aliis super alias. Causa autem inscitia præcipua caro est, & cum hac intercedens familiaritas: sicut ipse fatetur, qui dicit ideo non posse spiritum Dei permanere, quia caro sint. Certè & coniugium, liberorum educatio, paradæ rei familiaris necessitas, obscuritas, egestas, negotia tum priuata tum publica, & cætera innumera sapientiam adhuc florètem arefaciunt. Sed nihil ei tanto impedimento est, quanto natura carniū. Hæc enim tanquam fundamentum ignorantia: ineruditionisque; primū ac maximū subicitur, super quod illæ exædificantur. Animam enim carnis expertes & corporis, desiderantes totos dies in hoc amplissimo vniuersitatis, theatro, videndo audiendoque; res diuinas, quas insatiabiliter expetunt, fruuntur voluptate interpellata à nemine. Quæ verò grauatur carminum sarcinis, depressa ab his nequeunt os ad cælestes cursus attollere, sed ceruice demissa, more quadrupedum, pronæ ad terram affiguntur. Quapropter legislator sublatum è medio concubitus incestos & illegitimos, in hunc modum præfatur. Homo homo, ad omnem domesticum carnis suæ non accedet, ut reuellet eius turpitudinem, ego dominus. Quomodo possit quis magis adhortari ad contemptum carnis & eorum quæ carni amica sunt, quam verbis his? atqui non solum dehortatur, sed & certò pronuntiat, quod quisquis verè homo est, non accedet unquam sponte ad amicas cognatasque; corporis voluptates, semper alienare se ab eis meditans. Siquidem hæc vox, homo, iterata significat, non compositum ex anima & corpore, sed virtutibus præditum hominem. nam hic est ille verus, quæ è priscis quidam accensa meridie lucerna, percontantibus obuiis, hominem aiebat se querere. Quod autem vetitum est, ne quis accedat ad quemcumque; car-

nis

nis domesticum, habet rationē necessariam, Quædā enim admittenda sunt, ut commoda ista, quorū vsu sanitatem tuemur, Superflua verò in malam rem ableganda, à quibus accensæ concupiscentiæ absumunt omnes virtutes vno incēdio. Proinde non ad omnia quæ carni amica sunt, appetitus excitetur. voluptates enim ferociētes sæpe canū more adblāditæ, repentē mutatę morsum infigunt insanibilem. itaq; virtutis amicā frugalitatem cōplexi præ caris corpori, turbam ingentē hostium pertinacium profligabimus. Quòd si quādo tēpus improbē postularit, ut suprā sufficientē modū accipiamus aliquid, ipsi tamē non accedamus. dicit enim: Non accedet ipse reuelare turpitudinē. Hoc explicādum est quid sit. Sæpenumero quidā qui nullas cōgesserunt pecunias, tamen in re lauta fuerunt. Alij minimē cupidi gloriæ, consensu ciuiū laudati honoratiq; sunt. Quibusdā præter omnē spem magnum robur contigit. Omnes isti discant non esse accedendum mente ad quicquam talium: hoc est, non esse hæc ultra modum suscipienda, sed sic existimādum. hæc singula adeò nō esse bona, ut sæpe magnā cladem afferat vel pecunia vel gloria vel robur corporis. sunt enim hi proprij reditus, auarorum pecunia, ambitiosorum gloria, robur verò istorū qui certaminibus delectātur & gymnaliis: qui omnes animā præstantiorē dederunt in seruitutē deterioribus rebus inanimis, sed quicunq; secū habitant, splendidas istas & multis concupitas felicitates intellectus imperio subiiciunt. accipiēdo eas quoties vltro veniunt in rectum vsu, sed longē distitas nō accedēdo, quippe qui vel sine his possunt felices euadere. Quisquis autem has è propinquo & è vestigio sequitur, replet philosophiā opinionibus turpibus: & ideo turpitudinē retegere dicitur. Nonne in propatulo sunt probra istorū qui se vocant sapientes, dum sapientiā vili pretio tanquā sub hasta in foro vēditant, nunc præsentī lucro exiguo, nūc blanditiis suauiloquis, nūc pollicitationibus quouis somnio vanioribus. Quod autem subiūgitur, Ego dominus, perpulchrè apteq; ad docendum dictum est. Quasi dicat: cōfer bone vir, bonū carnis cum bono animæ cæterarūmq; rerum omnium. illud carnale bruta voluptas est. Hoc verò vniuersale diuina mēs numēmq;, quod regit omnia. Bella collatio quæ possit similitudine fallere: ac si quis animata cū inanimis, bruta cum rationalibus, cōgrua cum incōgruis, paria cum imparibus, lucē cum tenebris, diem cū nocte, deniq; omnia cōtraria cum contrariis cōferat, & hæc profus eadem esse cōtendat.

Atqui

Atqui hæc tamen si cognationem quādam ut creata habeant, tamen Deus ne præstantissimæ quidē creaturæ similis est: quoniā quævis creatura patitur, ille ingenitus est & semper agit. Bonū sanè fuerit non deserere cōstitutum diuinitus ordinem, in quo res gerenda est fortiter: nec transfugere ad effœminatam frastām; voluptatē, cuius amicitia nocet, prodest inimicitia. mirificam enim habet naturā: quos suis bonis dignatur, eos multat cōtinuò: quos verò his priuat, eos adiuuat maximē. Nocēt enim eius munera, quæ mox ablata profunt. Proinde o anima, si quod voluptatis amatorium te inuitat poculum, declina ab eo & auerfis oculis in genuinam natiuām; virtutis pulchritudinem, perge illā intueri, donec amore huius correpta, trabaris tanquam à magnete, ut attracta cum adamata cohareas. Cæterum hæc voces, Ego dominus. non sic tantum accipi debent, ac si diceret, ego perfectū, incorruptibile verūmq; bonū, quod quisquis cōplexus fuerit, spernet ista imperfecta carni herentia: sed perinde quasi diceret, ego princeps, rex & dominus. Nec subditis in principū præsentia, nec seruis coram hæris, tutum est iniquè agere. Cum enim præsto sunt castigatores, timor cōtinet in officio, quos non admonet suum ingeniū. Propè est enim Deus qui replet omnia: cuius conspectum ac præsentiam si non reueremur, certè inuictam potentiam, & seueritatem inuitabilem metuendo cōtinebimus nos à maleficio, reputantes quàm grauius aliquando soleat animaduertere: ne sapientiæ spiritus diuinus à nobis demigret facile, sed quā lōgissimò apud nos perseueret tempore: quemadmodum apud Moysen illum sapientissimum. Nā hic utitur pacatissimis habitibus & quietissimis, aut stans aut sedens, haudquaquam natus ad mutationes motūque varios. Dicit enim: Moyses & cista non mouebatur, siue quia vir sapiēs nunquam à virtute separari potest, siue quia & virtus est immobilis, & vir probus immutabilis, quòd ambo in recta ratione stant. & rursum alibi: Tu verò hic sta mecum. oraculum enim hoc propheta: redditum est, de statione quietęque immota apud Deum nunquā mobilem. Necessè est enim rectū fieri quicquid applicatur ad sanam regulā. Et hoc est cur mihi videtur nimius fastus cognomine Iothor, percussus inflexo sempè; sui simili proposito viri sapientissimi exclamare scitādo in hunc modum: Cur tu sedes solus? Qui enim cōsiderat in media pace bellum cōtinuum, non inter gentes, regna, ciuitatesq; subinde nascens, sed in singulis domibus, imò singulis hominibus

minibus, meritò miratur posse aliquè frui serenitate in hieme & tranquillitate in fluctibus. Vides quòd ne ratio quidè summa sacerdos, quæ semper immoratur & vacat sanctis dogmatibus, omni tēpore habet ea visendi licentiam, sed vix semel annis singulis: Quicquid enim effertur sermone, non est iu tuto, cum ad duos pertineat. Quando autem sine voce anima sola cōtemplatur eum Qui est, res est securissima, cōstabilis in vnitatis indivisibili. Quemadmodum igitur in multis, id est multis vitæ fines sibi proponētibus, Dei spiritus non permanet, etiam si apud eos versetur ad tēpus exiguum, sed vni tantū generi præsens est, quod exutum natiuis affectibus, intra velū quo opiniones excluduntur penetrat ad Deum expeditis nudisq; cogitationibus: sic & Moses extra castra totius corporalis exercitus fixo sibi tentorio, id est mente erecta & in nullā partem proclinante, adorare Deum incipit: ingressusq; caliginem loci non conspicui, manet illic, & initiatur mysteriis sanctissimis. Nec hoc contentus etiā alios his orgiis initiat, doctor rerum diuinarum, quas interpretatur purgatis auribus. huic certè semper adest Dei spiritus, in omnem rectā viam deducens. ab aliis, vt iam dixi, discedit ociosissime, quibus & vitæ præfinit terminū. dicit enim: Erunt dies eorum anni centum viginti, sed Moses quoq; post expletū hunc annorum numerū ē mortali vita demigrat. & qui potest æquū videri, vt noxij pares fiant ætate vati tam sapienti? In præsentia hoc solum fat erit dicere, quæ nomine cōmunicant nō omnino esse similia. interdum etiam diuersa toto genere, vt vile ac probatum possint esse paria vel numero vel tēpore, quādo inducitur & in geminis: ceterum vires habent distantissimas inter se diuersissimasq; diligentiorē autē disputationē de cxx annis differemus quovsq; prophetica vitam totam examinabimus, vbi ad eius mysteria fuerimus idonei. nunc sequamur textus ordinem. Gigantes autē erant in terra diebus illis.] Aliquis fortè putat quæ poëta de gigantibus fabulatur hic legislatorē subindicare, cum hæc immēsum distēt à fabulis, & ipsis veritatis inhæreant vestigiis. Ideo laudatas elegantēsq; artes picturā atq; statuariā ē sua republica reicit, q̄ veritatē mēdaciis vitiet illudētes per oculos animabus facilibus & credulis. Nullā igitur de gigantibus affert fabulā: sed illud te docere vult, alios esse terræ, alios cæli, alios Dei homines. Terræ quidē eos qui venātur voluptates corporis, & harū vsu mfructū, quæ redovndecūq; singularū materiā. Cæli autem eos qui tenent artes ac sciētiās,

ant

aut eas sectantur. Quod enim nostri cælestē est, mens est: quæ & motus cæli considerat, & in reliquis exercet se artibus liberalibus, acumen intelligendis huiusmodi rebus sibi comparās. Dei verò homines sacerdotes & prophetae sunt, quorū maior est dignitas, quā vt se misceāt humanæ reipublicæ, & mundi ciues sint: sed sublimiores omnibus rebus sensibilibus, migrarunt in mundum intelligibile, ibi sortiti domiciliū, ascripti reipublice idearū incorporearum & incorruptibilium. Proinde Abraham quā diu hærebat in Chaldæorum terra opinionēq; & nōdum mutato nomine vocabatur Abrā. homo cæli erat, sublimis etherēq; naturæ scrutator, in effectibus eorūmq; causis & id genus aliis philosophādo: ex quo studio & appellatiōem præsentem sibi quesivit. Abram enim interpretatur pater sublimis, nomen conueniens consideranti sublimia cælestiaq; intellectu, præsertim cum cōcretæ huius naturæ nostræ pater sit intellectus pertingens ad ætherē & vltērius. Sed quādo iam seipso melior nomē mutaturus est, fit homo Dei, iuxta redditum sibi oraculum, Ego sum Deus tuus. da operā vt mihi te approbes, & esto inculpabilis. Quod si vnus totius mundi Deus, ob priuatum affectū dicitur huius viri Deus, necessariò ipse quoq; Dei est. Interpretatur enim Abraham pater electus soni, id est intellectus, p̄bi viri est cōm electus, purgatus, & pater vocis qua cōsonamus. talis autē vni Deo dedicatur, cuius assecla factus, totius suæ vitæ semitam dirigit, incedēs per viam verè regiam, scilicet omnipotentis regis vnici, in neutrum latus declinans & digrediens. at filij terræ mente sua exorbitantes, & puteos fodientes in inanima immobilisq; natura carniū (facti sunt duo in carnem vnā, inquit legislator) adulterauerūt nomisma optimum, desertōq; meliore ordine suo, ad deteriore cōtrariūmq; transfugerunt. Nebrod huius facti principe. Dicit enim legislator. Hic cœpit esse gigas super terrā, interpretatur autē Nebrod transfugiū. Nō enim satis erat miserrima anima neutrarū esse partiū. sed accedēs ad hostes arma sumpsit cōtra socios, & apertū his bellū intulit. Ideo Nebrodis regnum fuisse traditur Babylon, id est trāspositio, eadē res quæ trāsugium, pari cognitione rerum ac nominū. Quisquis enim molitur trāsugere, mentem mutat & transponit. Consequens igitur est iuxta Mosē sanctissimū, malum virū esse non modò extorrem & exulem, sed etiā transfugam: bonū verò cōstantissimum socium. Hactenus de gigantibus dixisse contenti, transeamus ad sequentia. Sunt autem hæc.

PHIL

PHILONIS IVDÆI, Quòd Deus sit immutabilis.

POSTEA, inquit, cum ingressi essent angeli Dei ad filias hominum, illæ genuerunt eis. Querendum quid sibi velit illud Postea. Est ratio, indicans aliquid ex præcedentibus. Præcisit autem mentio de diuino spiritu, quem permanere seculis omnibus in multifaria multifor-
 mique animas induta poderosissimis carnibus, dictu est perdifficile. Post illum spiritum angeli ad filias hominum ingrediuntur. Etenim quantisper anima illustratur purissimis intelligentie radiis, per quos Deum & eius potentias videt sapiens, nullus nequam angelus subintrat cogitationem, sed extra locum aspersione lustratum omnes excluduntur. vbi verò hebetatum mentis lumen fit opacius, illi tenebrarum amici arrepta occasione fortuita, cum affectionibus effœminatis, quæ hic vocantur filiarum hominum, congressi gignunt sibi, non Deo. Quod enim proprie Deo gignitur, virtutes sunt integræ: sicut deprauata vitia ad cognitionem malorum pertinent. Proinde disce si vis, ô menses, non tibi ipsi gignere, exemplo Abrahami perfectissimi, qui dilectum, vnigenitum, animæ germanum filium, effigiem à seipsa doctæ sapientiæ, nomine Isaac offert Deo, & reddit magna cum alacritate, quasi necessariam debitamque gratiam, vincitum pedibus, ut ait lex, & noui generis victimam: siue quia iam nihil mortale Deo destinatum calcare dignabatur: siue quia vidit creaturam esse instabilem, postquam cognouit firmitatem eius. Qui est certissimam, cui credidisse dicitur. Huic successit Anna ipsius discipula, donum diuinæ sapientiæ. interpretatur enim hoc nomen gratia. Hæc enim diuino semine grauida, vbi perfectum pariendi tempus aduenit, enixa est morem Deo sacratum, cui faustum nomen imposuit Samuël, quod interpretatur ordinatus Deo. moxque acceptum datori reddidit, nullum suum proprium bonum iudicans, nisi ex diuina gratia. Sic enim in primo Regiorum ipsa loquitur: Do tibi eum donum, ac si dicat eum qui donum est, id est dono gratuito acceptum tibi do: iuxta illud dictum Moysi sanctissimi: Dona mea, munera mea, sacrificia mea serua-
 bitis offerre mihi. Cui enim gratia debetur nisi Deo? aut quomodo ei

do ei referetur, nisi per hæc ipsa quæ accepimus? nec enim aliud de licet capere. Qui nullus indigus offerri sibi postulat propter summam suam erga genus nostrum benignitatem: ut per studium cultus diuini & gratiarum actionis, puri fiamus ab iniquitatibus, & abstergamus vitæ sordes contractas vel verbis vel operibus. Est enim stultitia, cum templum non subeas nisi corpore à balineis nitido, vota sacræque facere mente impura contaminatæque, atqui templum est saxorum lignorumque inanima constant materia. Et cum nefas sit corpus suapte natura inanime inanima tangere: ferendum videtur, ut Deum purissimum accedat quis impuram habens animam, nisi mox sequatur poenitentia? Quisquis enim nullius præteriti peccati sibi conscius, etiam vetera conatur eluere, accedat bono animo. sin minus, absistat cum impurus sit. non poterit enim fallere perspicentem mentis sinus intimos, & inambulantiem in eius penetralibus. Ceterum animam Deo caram pulchrè describit etiam illud canticum: Sterilis peperit septem, fœcunda verò defecit. Atqui vnus Samuëlis mater est quæ hæc dicit, & quomodo ait septem se peperisse, nisi quis vnitatis & septenarij naturam eadem existimat, non solum in numeris, sed & in mundi totius harmonia, & in animæ probæ rationibus. Samuël enim in solius Dei ministrorum ordine ascitus, nemini prætereà seruiens, ab vno & ente honestatur: qui status est septenarij animæ in Deo requiescentis, & nullis mortalibus occupatæ negotiis: quando excedit senarium, qui attributus est primatum assensibus, qui non valentibus, & in secundo gradu consistere necesse habentibus. sterilem igitur non iam effœctam, sed etiam nunc vigentem, in fortitudinis tolerantiaque studio decertantem ob optimum præmiū, credibile est septenarium vnitati honore parem parere, quorum numerorum fœcunda & prolifica natura est. fœcundam verò illam ait defuisse gignere liberos, idque verè ac euidenter. quando enim anima cum sit vnica multos parit ab vno illo distincta, merito fit numerosissima, deinde grauata oppressaque multitudine natorum à se pendentium, quorum plerique immaturi abortiuique sunt, viribus deficit, parit enim quicquid ad formas coloresque pertinet, per oculorum concupiscentiam: quicquid ad voces, per aurium. prægnans fit etiam ex ventris & eorum quæ sub ventre sunt desiderijs. itaque grauata natorum ex se pendentium tanto numero, manibus præ languore demissis deficit: ad quem modum vinci contingit omnibus, qui corruptibiles ipsi gignunt sibi corruptibilia. nonnulli verò non solum vinci, sed & mori sustinent

stinent, nimis amori sui dediti. Vt ille Onan, qui sentiens semē sibi non profuturum, non prius desit rationale genus in rebus præstantissimum corrumpere, quam ipse totus periret, & merito. Nam si omnes omnia sui causa facturi sunt, nihil parentum honorem, liberorum disciplinam, patriæ salutem, legum incolumitatem, gentium constitutionem, non vllum priuatum publicumve officium, non sacrorum ceremonias, nō pietatem erga Deum curando, erunt infortunatissimi. nam vnumquodque ex his quæ diximus, vel periculo vitæ redimendū est. at isti hæc cuncta expetenda tantopere, facile contemnūt, si nihil voluptatis afferant. Quapropter Deus iustus iudex hanc immanem opinionē quæ nominatur Onan, tollit è medio. nec minus abominandi sunt omnes qui sibiipsis generant, id est qui propriā tantum vtilitatem captant contemptis cæteris, tanquam sibi solis nati, non item innumeris aliis. patri, matri, vxori, liberis, humano generi: & hoc amplius, si dicere fas est, cælo, terræ, vniuerso mūdo, scientiis, virtutibus, patri ac rectori vniuersorum, quorum singulis quantū licet reddēdum est debitum officium: & sic cogitādum cuiq; non propter ipsum facta esse cætera, sed ipsum esse auctarium rerum omnium. Verūm de his satis, contexamus sequētia. Vidēs dominus Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & omnis eorū intentio prona esset ad malum toto vitæ tempore, recogitauit Deus quòd hominem fecisset in terra. dixitq; Deus intra se: Delebo hominem quem creauit à facie terræ.] Non deerunt fortassis nefarii quidam qui suspicabūtur legislatorem subindicare, pœnituisse opificem creati hominis, visa tanta impietate, voluisseq; hac de causa vniuersum id genus extinguere. Hi sciant se istiusmodi opinione subleuare ac extenuare peccata priscorum hominum, si conferātur cum ipsorū impietate. Quod enim potest esse grauius erratum cōtra Deum, quàm credere mutari eum cum sit immutabilis: quamuis quidam opinantur, ne homines quidem veros ambigere incertis sententiis. nam sinceros philosophos hunc præcipuum ex sua scientia fructū decerpere, quòd non mutantur vnā cum negotiis, sed indestexa constātia se adaptant rebus omnibus. Quin & legislator probat hoc trāquillitatis studiū, dictum enim illud ad sapientem ex persona Dei: Tu verò hic sta mecum mentem fixā & à recto nusquam dimotam cōmendat. est enim profectò mirandū, si quis lyrae in modum animam musica arte coaptatam, nō sonis acutis & grauibus, sed rerum inter se con-

traf

trariarum scientia, & meliorū ex his delectu, neq; intēdat plus æquo, neq; remittat, emollita virtutum rerūmq; suapte natura honestarum harmonia, conseruans eam in eodem tēperamento cōcinnè pulsandi psallendique. hoc enim instrumentum natura fecit absolutissimum, quod imitantur manufacta organa. id si quis pulchrè temperauerit, efficiet symphoniam lōgè optimam, quæ non in sonoræ vocis fractos tonos desinit, sed in laudata vitæ officia. Ergo cum hominis anima tēpestatem, subitis vehementibusq; vitiorum procellis irruentibus excitatā scientiæ sapientiæq; auris componat, sedatisq; tumidis vndis ad trāquillitatem reducat: dubitas an ille incorruptibilis, beatus, virtutis, perfectionis, felicitatisq; potens, non egeat mutatione sententiæ, sed immaneat primis consiliis non supponens alia: siquidem humana facile mutantur, vel propter ipsorum hominum, vel propter negotiorum inconstantiā. Verbi gratia: amicos eligimus saepe, quos post non longam consuetudinem ob nullam ipsorum culpā auersamur, & in loco inimicorū aut certè ignotorum habemus. hoc factum leuissimam facilitatem nostram arguit, qui non possumus perseverare in pristino proposito. at Deus nō vertit fauorem in fastidium, interdū tamen statuimus manere in sententiā: sed familiares non manent sui similes. itaque necessariò noster quoq; animus vnā cum eis mutatur. præuidere enim futuros negotiorū exitus, aut sentētiās aliorū, nemini mortali est possibile: Deo autē, vt in luce purissima, omnia sunt conspicua. penetrans enim sinus intimos animæ videt, quæ non cernuntur aliis, & pro sua prouidentia præscientiāq;, quæ virtutes ei peculiare sunt, nihil abuti libertate finit, & suæ potestati eximi. quandoquidem etiam futurorum incertitudo nō cadit in ipsum: apud quem nec futurū est quicquā nec incertū. Liquet igitur necessariò sequi vt & parēti sua progenies & opifici suum opificium, & curatori suo quæ ab eo curatur, nota sint. Deus autē reuera pater, artifex, curator est rerū quæ cælo mūdōq; cōtinentur omnium. Atqui futura obscurantur à venturo tempore, nūc breuiore, nunc lōgiore. Deus verò & temporis est opifex, est enim pater patris eius: mundus verò pater temporis, quod motu suo progenerat. itaq; tempus nepotis Dei seriē obtinet, mūdus enim hic iunior Dei filius est, vtpote sensibilis. senior enim hoc nō traditur, sed intelligitur: qui pro iure primogenituræ apud patrem manet. Cæterum iunior filius sensibilis motu suo naturā temporis fecit existere. itaq; apud Deum nihil fu-

r ij turum

rurum est, cui subiaciuntur etiā termini temporum. Namq; non tempus, sed temporis exemplar æuū, vita superiorū est. in æuo autem nihil præterit, nihil futurum est, sed præsens tātummodo. Postquam igitur satis declarauimus, nō pœnitere eam Qui est, restat vt doceamus quid sit illud. Recogitauit Deus quod fecisset hominem in terra, dixitq; intra se. Cogitationē deliberationēq; altera intus reconditā, alteram iam certō prolatā, duas potētiās opifex rerum cum habeat, eīsq; vtatur, opera sua considerat: quæ ordinem non deserunt, & in officio manent, cōprobat: in ea quæ deficiunt, nec seruant ordinem, animaduertit. Corporibus enim aliis habitum, aliis naturam, aliis animam, aliis rationalem animā addidit. Saxa lignaq; a cognatis diuisa, habitu astrinxit ceu vinculo valido. hic autem est spiritus reuertens in seipsum. incipiens enim à medio, pertingit ad extrema, mōxq; à superficie cursum reflectit, donec in eum locū perueniat, à quo primum profectus est. Hic est ille habitus, cursus recursusq; indefinēs, cuius imitationem curiores post tertium quemque annum in theatris frequentissimis ostentant, tanquā rem egregiam & contentione dignissimā. Naturam autem attribuit stirpibus, temperatā ē pluribus potentiis, nutritiua, mutatiua, augmentariua. Nutriuntur enim, cum alimētis opus habeāt, id deprehenditur, quia nisi rigētur, arescunt & pereunt, sicut rigatæ manifestum incrementū accipiunt. Nam quæ prius paululum ab humo se attollebant, euadunt in arbores procerissimas. de mutatione autem harum, quid attinet dicere? brumali tempore folia siccata humi sternuntur: & in palmitibus oculi, sicut rustici vocant, cōniunt, tanquam animalium, & innata ad germinandum ora comprimuntur, natura tunc intus conclusa quiescētēq; vt post respirationē, quasi athleta lassus certamine, recolligat vires, atq; ita de integro ad labores anniuersarios redeat. id fit verno æstiuoq; tempore. Tunc enim tanquam expergefacta ē sōno profundissimo, & oculos aperit, & clausa ora patefacit. Quibus autē grauida est parit omnia, pampinos, palmitēs, clauiculos, racemos, fructū deniq;. Quo absoluto, nutrit eū quasi mater liberos, per quosdā latentes meatus, qui respōdent mammillis mulierū. Nec prius nutrire desistit, quā fruct⁹ ad perfectā maturitatem perueniat. Est autem maturitatis signū, quādo defluit etiā attingente nemine, & diuelli ab adnatis properat, vt pote iam maternis alimentis nō indigens, & idoneus si in agrum bonum incidat, ad proleminādas gignēdasq; stirpes
matri

matri suæ similes. Animam autem fecit opifex à natura differētem tribus his, sensu, imaginatione, impetu. Stirpes enim sensus, imaginationis, impetusque omnino expertes sunt. Animal autem vnūquodq; his cunctis est præditum. Sensus igitur, sicut allusio Græci nominis *ἴσθ' οὐκ* indicat, obiecta infert intellectui, in hoc enim capax amplissimūq; penuariū visus, auditus & cæteri sensus reponunt omnia. Imaginatio verò est figurarum in animā impressio. Nam quicquid importat tenuis singuli, hæc obsignat suo characterē tanq̄ anulus, intellectus autē refert ceram, impressum sigillum excipiens & seruās apud se, donec id obliuio memoriæ hostis obscuret, aut in totū aboleat. Id autem quod impressit characterem, nunc familiariter, nūc secus afficit animam: is affectus vocatur impetus, quē desinunt primum motum animæ. Tanto præstātiora sunt animalia stirpibus. Videamus quā re homo antecellat cætera. hic eximiū munus sortitus est mentem, quæ cunctas naturas corporum & rerum solet comprehendere. Quemadmodum enim corporis regimē est penes oculos, mūdi verò penes lucis naturā: eodem modo imperium in nos mēs obtinet. Hæc est enim oculus animæ, illustratus splendore proprio, per quem dispelluntur altissimæ tenebræ, offusa à rerū ignorantia. Hæc animæ species, non ex eisdem quibus cæteræ elemētis facta est, sed puriorē & meliorem est nacta essentiam, ex qua naturæ diuinæ sunt conditæ. Quapropter sola mens in nobis meritō immortalis cēsetur. Solam enim hanc pater iussit esse liberā, exemptam & dimissam ē necessitatis vinculis, donatāq; munere decētissimo voluntatis spōtaneæ, quatenus eius capax erat. Nā brutæ animantes, quarū animabus non inest mens donata libertatis priuilegio, subiugatæ frenatæq; tradūtur ad ministerium hominū, tanquā heris mancipia. Homo autem liberā facultatē & sui iuris sententiam sortitus, ex destinato pleraque faciens, meritō vituperium incurrit, si prudēs sciēsu; peccat, sicut ediuersō laudem, quando sua sponte benefacit. Nam stirpium animaliumq; nec vbertas laudatur, nec si malē proueniāt, vituperantur: q; vterq; hic motus, & vtraq; mutatio, non est voluntaria, sed sola hominis anima, quæ accepit à Deo motum volūtarium, hætenus illi similis, à molestissima grauissimāq; hera necessitate, quātum licuit, manumissa, iure accusari possēt, si liberatorem suum nō coleret, non euasura pœnam quæ animaduertit in libertorum ingratitude, itaq; recogitauit, & intra se dixit Deus, nō nunc
r iij primū

primū, sed iam dudum firmiter, quod fecisset hominē, id est, qualem eum condidisset. Cōdiderat enim liberum, ut relictus voluntati propriæ quicquid placeret, ageretur; hanc ob causam, ut sciens quid bonū sit, quid malū: & quid intersit inter honesta turpia; reputans, quid itē inter æqua & iniqua, & in vniuersam virtutem inter & vitium, eligeret meliora, deteriora fugeret. In eam sententiam & oraculum extat in Deuteronomio: Ecce posui ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum: tu vitam elige: Ergo vtrunq; hinc discimus, quod & insita sit hominibus boni ac mali scientia, & meliora deterioribus anteferre debeant, cum habeant deliberationem tanquā incorruptum iudicem, quæ rectæ rationis monitis pareat, reiectis cōtrariis suggestionibus. Quoniam igitur & de his sufficienter disseruimus, videamus sequētia. Sunt autē hæc. Delebo hominem quem feci à facie terræ, ab homine vsq; pecudem, à reptilibus vsque volucres cæli: quia recogitavi quod fecissem eum.] Hic quoq; nonnulli de quibus iam dixi, his auditis credunt eū Qui est, irasci & furere. At ille nullo vnquam affectu corripitur. Hæc enim humane infirmitatis sunt vicia. Deus autem & à brutis animæ affectionibus abest plurimū, & à partibus membrisque corporis, nihilominus inueniuntur hæc apud legislatorem docendi gratia, ut sic moneantur qui non possunt castigari aliter. Nam in præceptis & interdicitis legū, quæ propriè leges sunt, duo summa capita ab eorū autore sunt proposita: alterū, non esse Deum sicut hominē: alterū verò, esse eum sicut hominem. Prius confirmatur veritate certissima: alterum adhibetur ad erudiendam vulgarem multitudinē: ad quam dicitur, illum more hominum castigare suos filios. Quod admonēdi causa, non quia suapte natura talis sit, dictum est. Nam hominū pars amici sunt animæ, pars verò magis fauēt corpori. Animæ socij habentes cum incorporeis naturis consuetudinē, cum nulla rerum idea comparant eum Qui est: sed extolles eum super omnem qualitatem (hoc enim vnum ad beatudinē summāq; felicitatem pertinet, nudā eius sine omni figura essentiam cōprehendere) sola eius essentiæ imaginatione contenti, nullam formam affingūt. At fœderati corporis, cū non possint exuere indumentum carneum, quales opiniones de seipsis, tales etiam de omnium rerum autore cōcipiunt, quippe qui non valent naturam illam solam nullius egentem, simplicem, sinceram, incomparabilem cernere, nec reputant quod qui constat e potentiis

tiis compluribus, eget etiam pluribus partibus ad singularum ministeria. Sed Deus, utpote ingenitus & creator omnium, non opus habet istis creaturarum accidētibus. Quid enim dicemus de vsu instrumentalium partium? pedes ei dabimus progrediēdi gratia? at quò ibit, cum impleat omnia? quē accedit, cum neminem honore parē habeat? aut quam tādē ob rem, cum humanis curis careat? quid manus ad accipiēdum dandūq; ipse à nemine quicquam accipit, quippe qui nō solum non eget, verum etiam vniuersa possidet. Donat autem verbo suo munificentiam administrante, per quod mundum condidit. Oculis certē non eget, quibus sine luce sensibili nihil cōprehenditur. At sensibilis lux creata est. Deus autē propriè lucis vsu videbat etiam ante mundum conditum. De nutritionis instrumentis, quid attinet dicere? Nam si hæc habet, nutritur etiam, & satiat egerit, ac rursus ex interuallo esurit, cæteraque facit quæ nemo pius diceret. Nam fabulæ verbis quidem humanam formam, re autem humanos affectus Deo tribuūt. Cur igitur Moses pedes, manus, introitus, exitus prædicat de illo ingenito? cur ad arcēdos hostes eū armat? cur gladio, sagittis, pestifero igne, fulminibusque instruit? poëtica ista videntur, autorem summū armari, licet illic diuersa sint nomina. At hic noster addit etiā zelum, furorem, iras, & cæteros humanos affectus similes. Respondet tamen scitantibus: heus vos, oportet legislatorem vnicum habere propositum, ut profit omnibus ad quos peruenit. Quotquot igitur feliciorē naturam sortiti sunt & educationem inculpabilem, inuenta hac vitæ via publica directaq;, veritate comite faciunt iter, cuius verissimis de eo Qui est, mysteriis initiati, nihil creatū affingūt ei. His discipulis maxime cōuenit capitulum illud sacre literaturæ, quod Deus nō sit sicut homo, nec sicut cælū, nec sicut mundus. Nā hæc species habēt qualitates suas, & præcipiuntur sensibus. At ille ne mente quidem cōprehenditur, nisi hætenus quòd sit. Est enim essentia quod in eo intelligitur: qua quicquid caret, nihil est. Hebetiores autem tardioresq;, & à pueritia perperam educati, nec valentes acutè cernere, medicis opus habent legislatoribus, qui ad præsentem morbum debitam curam accomodēt. Nam seruis quoq; malè educatis & insipientibus herus prodest terribilis. Sauiem em̄ eius & minas timendo, vel inuiti continentur in officio. Discāt igitur quotquot tales sunt vel falsa modò vtilia, si per veritatem ad bonam frugem reduci nequeunt. Nam & his qui cor-

poris morbo laborat grauius, legitime instituti medici non sustinent vera proloqui, cum sciant eos inde fore deiectione animo, ita ut malum in crudescat: sed adhibent contrarias consolationes, ut & aegrotus fiat ad tempus sedatior, & aegritudo remissior. Quis enim sanæ mentis eum sic alloqueretur: heu tu, secaberis, vretis, mutilaberis, etiam hæc necessario ferenda essent. Nemo profusus. Alioquin ille collabatur animo, accedere noua grauiore molestia ad morbum corporis, & libere securationi subtraheretur: quod si falsa expectatione decipiatur à curante, patienter sese præbebit ad omnia salubria, quantumvis cruciabilia. Proinde legislator noster cum sit optimus animarum medicus, unicum finem habet propositum, ut radicitus mentis infirmitates excuset, ne ex reliquiis repullulet malum immedicabile. Quod ita se sperauit effecturum, si autorem creaturarum induceret minacem, indignandum, iniustus seuerè intentantem supplicium, nonnunquam arma corripientem in improborum perniciem. Nec enim aliter emendatur insipiens. Et ideo mihi videtur duobus iam dictis capitibus, quod Deus sit sicut homo, & non sicut homo, alia duo generis eiusdem contextuisse, timorem atque dilectionem. Omnes enim legum ad pietatem adhortationes video referri vel ad dilectionem vel ad timorem eius Qui est. His igitur qui nec membra, nec affectus humanos Deo tribuunt, sed religiosè de illo, pietate sentiunt, dilectio maxime conuenit, timor verò ceteris. Quæ igitur ante questionem præstruenda fuerant, hæc sunt. Redundum iam ad acceptam considerationem, qua hæsitabamus quid sibi velint hæc verba, Indignatus est, quod fecisset eos. Fortasse tale quiddam docere vult. quod mali apud Deum in indignatione sint, boni verò in gratia. Nam mox dicit. Noë autem inuenit gratiam. Cæterum ira quæ passio hominis est propria, figuratè de eo Qui est, intelligitur necessario, quando quicquid per iram, metum, dolorem, voluptatem, aut quamcunque affectionem agimus, confessione omnium culpabile est ac reprehensibile. Sicut ediuersò laudabile, quicquid cum recta ratione coniunctum & scientia. Vides quam cautè loquatur, Indignatus sum quia feci, non contra, Quia feci eos indignatus sum? Nam hoc posterius de poenitente dici poterat, quod non fert natura Dei prouidentissima. Prius autem illud est inducentis dogma generale, iram esse peccatorum fontem, sicut rationem originem bonorum operum. Memor autem perfectissimæ suæ bonitatis Deus, etiam si omnes homines, aut maxima eorum multitudo suapte

culp

culpa ruat in perniciem, tamen salutarem dextram porrigens, sustentat & erigit, non sinens vniuersum genus deleri. Quapropter nunc ait, Noë inuenisse apud eum gratiam, quia cæteri daturus sunt poenam ingratitude, ut salutaris misericordia temperetur peccatorum damnatione, sicut hymnorum cantor dicit alicubi, Misericordiam & iudicium cantabo tibi. Nam si Deus mortalem iudicaret sine misericordia, atrum ferret calculum, cum nemo à natiuitate ad obitum usque, sine lapsu percurrat vitæ spatium, sed aliquando sponte cadat, aliquando fallente vestigio. Ut igitur genus maneat incolume, etiam si multæ pessum eant species, admiscet misericordiam, quæ interdum etiam indignis exhibet, nunc preuenientem iudicium, nunc sequentem. Antiquior enim apud eum est misericordia quam iustitia, quippe qui poena dignum noscit non iudicatum, sed ante iudicium. Quamobrem aliubi dicitur: Calix in manu domini, vini meri plenus temperamento. Atqui temperatum non est merum, habent tamen hæc rationem naturalem, his quæ diximus, consentaneam. Deus enim potentis suis erga seipsum meris utitur, temperatis autem erga suas creaturas. Meras enim natura mortalis haudquaquam potest capere. An putas cum non possis meram solis flammam obtueri: extinguetur enim visus fulgore radiorum hebetatus, prius quam perspiciat: quamuis & sol vnum est ex diuinis operibus, pars cæli, globus athereus: posse te intueri potentias illas increatas, ita ut meræ circa ipsum sunt eiaculantes fulgorem splendidissimum? Quemadmodum igitur solis radios extendit opifex à cælo usque terminos terræ, ut vehementia caloris remitteretur, laxareturque per aërem frigidum, nam hoc eos temperauit, ut quod inest lucidum seiunctum ab igne flammeo, remissisque vrenti viribus, illustratiuis autem retentis, cognatæ sibi luci repositæ in oculis occurreret suauiter: eorum enim congressu obuios, & quasi consalutatione quadam, perspicendi vis efficitur, ad eundem modum scientiam & sapientiam Dei, item prudentiam, iustitiam, cæterasque virtutes singulas, quis mortalis sincerus posset excipere, quod ne totum quidem cælum totusque mundus potest? Proinde cum sciret opifex quam immensa sint sua bona omnia, & creaturæ quarumuis arrogantis naturalem imbecillitatem, nec in beneficiis nec in poenis vult totam vim suam exerere, sed quantam videt earum capacitati sufficere. Quod si remissam mediocremque potentiarum eius temperaturam lauxit & ea frui contingeret,

satis

satis hilaritatis pereiperemus, qua perfectiorem non est cur requirat humanū genus. Iam enim ostendimus quæ sincera mera verèq; summa sunt, circa solum eum. Qui est, existere. Confirmat hanc sententiā quod aliubi dicitur: Semel dominus locutus est, duo hæc audiui. Nam quod dicit semel, merito est simile. Etenim merum est vnitas, & vnitas merū. Illud autē bis, mixto est simile. Vtrunq; enim non simplex est, cum cōiunctionem se- iunctionemq; recipiat. Itaq; Dei vox est mera vnitas. Nec enim sermo eius percussio fit aëre, cum mixtura omni careat, incorpo- reus, nudus, nihil ab vnitate differens. Nos autem dicimus bi- nario, Spiritus enim è pectore missus per asperā arteriam, for- matur quidem in ore à lingua tanquā ab opifice: prolatus autē foras, & permixtus aëri cognato, eumq; verberans, concinnam binarij temperaturam efficit. Quod enim è diuersis sonis con- sonat, binario diuisibili primum conuenit, tonum acutum & grauem habenti. Pulchrè igitur multitudini cogitationum in- iustarum vnum iustum opposuit, numero quidem inferiorem, sed plus valentem, ne tanquā in bilance prægrauaret deterius, sed contraria vi melioris eleuatum, vires amitteret. Iam quid sit illud, Inuenit Noë gratiam coram domino Deo] vnā consi- deremus. Qui aliquid inueniunt, aut prius amissum reperiunt denud: aut nō quod prius habuerant, sed nouum lucrum acqui- runt. Hanc inuentionem, illam redinventionem vocare solent curiosū vocum propriarum. Prioris exemplum manifestum est in magna illa precatione. Est autem precatio, bonorum à Deo postulatio. Porrò magna precatio est, credere Deum autorem esse bonorum ex seipso, nec egere ad benefaciendum alieno au- xilio, non terræ tanquam frugiferæ, non pluuiæ tanquam adiu- uantis satorum, plantarūq; incrementum, non aëris tanquam ad alendum idonei, non agriculturæ tanquam fertilitatis cau- sæ, non medicinæ tanquam salubris, non nuptiarum tanquam prolificarum. Nam hæc omnia virtute Dei mutantur, vertun- tūq;, vt sæpe præter morem effectus habeant contrarios. Hunc igitur ait Moses autorē esse, qui nutrit comam, capillum capi- tis, id est in mēte incrementum dantē decretis summaris iuxta præceptorum capita, quibus illa honestatur ceu compto capil- licio: Nonnunquā tamen has comas amittit, irruente in animā repētino quodā turbine, & abripiēte honestamēta eius omnia. Est autem is turbo mutatio quædam inuolūtaria, mentem re- pentē contaminans, quæ mors vocatur. Attamē restituta sibi & purificata

purificata recipit eas, & reminiscitur quicquid prorsus oblita fuerat, & quæ amiserat inuenit, ita vt prioris mutationis dies in ratione non computetur, vel quia non habet rationē ista mu- tatio, sicut & à prudentia plurimū discrepat, vel quia nō est di- gna cuius habeatur vlla ratio. Talium em̄ vt quidā inquit, nec ratio, nec numerus. Sæpe autē incidimus in ea quæ ne in somnis quidem vnquam vidimus: sicut de agricola fertur, qui scrobem parans plantæ frugiferæ, in thesaurum incidit, auctus inspera- ta felicitate. Certè mediator ille, scitante patre de tali modo sciētia. Quid est quod tam cito inuenisti fili, respondēs inquit, Quod tradidit dominus Deus corā me. Quādo enim tradit sup- sapientiæ contēplationes sine difficultate ac labore, has repētē nacti præter expectationem, thesaurū perfectæ felicitatis inue- nimus. Siquidem vsu venit, vt alij magno labore quæsitā nō in- ueniant: alij sine cura & negotio, de quibus non cogitarāt, repe- riant. Nam eorum qui hebetiores tardiorēsq; habent animas, sicut orbari oculis, labor in contēplandis sciētis est inutilis: qui verò feliciore ingenio sunt præditi, absq; inquisitione mul- ta inueniunt fortuito, dum rectē coniecturā faciūt: vt ea videā- tur acquirere, nō studio, sed rebus ipsis vltro in conspectū eorū properatibus, & in noticiam sese ingerētibus. De his legislator ait, datas eis ciuitates magnas & bonas, quas non ædificarunt: domos plenas opibus, quas nō repleuerūt: cisternas è saxo exci- fas, quas non exciderunt: vineta oliuetāq; quæ non plantarunt. Ciuitates domosq; figuratē, generales specialēsq; virtutes sub- indicat. Nam ciuitati genus est simile, quia patet amplioribus pomceriis, & cōmune fit cōpluribus: species verò domui, quip- pe contractior, & minus communis. Per cisternas autem para- tas, intelliguntur alieno labore parata præmia, cōceptacula ce- lestis liquoris potabilis, thesauri ad conseruandas dictas virtu- tes cōmodi, ex quibus animæ perfectæ lætitia nascitur, vero lu- mine radians. Proinde per vineta lætitiā, per oliueta lumen significat. Felices quibus hoc contigit, qui quasi ex alto somno experrecti, mundū repētē contēplantur sine labore ac negotio. Miseri verò qui cōtra suum ingenium cōtendentes, incabescūt morbo contentionis difficillimo. Non solum enim frustrantur suo proposito, sed insuper cum non paruo detrimento incurrūt magnam ignominiam, sicut naues in mari luctantes cū aduer- sis flatibus. Quæ non solum aberrant à portu, quem petebant, verū etiam sæpe vnā cum vectoribus ac sarcinis merguntur, inimic

inimicis gaudium relinquētes, amicis desiderium. Dicitur em̄ in lege, quod quidam facto impetu in montem ascenderunt, & egressus est Amorreus mōrem illum habitās, & quasi apes iritæ percussit eos, à Seir vsq; Erema. Necessum est enim, vt qui non sunt nati percipiendis artibus, si luctentur in contrarium, nō solum frustretur, sed insuper dedecus lucrificiāt. Eos item qui aliquod officium præter animi sui sentētiā aggrediūtur, coacti ab aliis, rem malè gerere, accusante stimulantēq; ipsorū conscientia. Sicut qui parua deposita reddunt, captantes occasiōnem auferendi maiora, dices homines bonæ fidei: qui etiam tum cum ea reddunt, magnā vim inferunt innatæ sibi perfidæ, cuius sibi conscij lancinantur indefinenter occultis eius moribus. Pari modo quotquot illum solam sapientem insincerè colunt, tanquam in aliqua scena mirificis exornata ceremoniis, hoc vitæ genus haud secus ac in theatro aliquantisper ostentantes spectatoribus imposturam non pietatem in anima circumferunt, seipos velut in rota cruciantes torquētēque, & cogentes falsam veritatis formā sumere. Proinde ad breue tēpus obumbrati superstitionis insigniis, quæ est sanctitatis iniuria, magnum malum vel eam habētium vel cum his cōuersantiū, mox isto habitu exuti ascititio, nudam ostendunt hypocrisim. Atque ita deprehenduntur esse ciues supposititij, qui seipos ascripserunt in maximā ciuitatem virtutem, ius eius nunquam assecuti. Nam quicquid violētum idem nō diuturnum est: quæ cognatio in rerum harum Cræcis nominibus apparet. *βίαιον* & *βαιον*. Sic enim prisca vocabant rem momentaneam. Quid porrò sit illud. Inuenit Noë gratiam apud dñm Deum, quæritur. Fortasse tale aliquid significat, eum consecutum esse gratiam, int gratia dignum habitum. Sed prius non videtur credibile. Quid enim accepit præ cæteris penè omnibus, non concretis solum, verum & elementarib⁹ naturis simplicibus, quæ Deo charæ sunt? Posterius autem habet quidem rationem nō incongruam, iudicare autorē summum dignos suis muneribus, qui diuinum characterem sacrum in mente nō polluerunt studiis turpibus: sed fortè non veram. Ingentem enim esse oportebat, virum diuina gratia dignum, idque ipse Deo iudice. Equidem arbitror vix totum mundum esse parè tanto negotio: qui tamè inter cuncta opera Dei, sicut primus, ita maximus est & perfectissimus. Forsan igitur satius fuerit hoc dictum sic accipere, quod probus hic vir cum esset sagax & valde doctus, omnia dis-

quir

quirendo comperit quod est verissimum, gratiam Dei esse omnia, terram, aquam, aërem, ignem, solem, stellas, calum, animantes stirpēsque; vniuersas. Horum autem nihil Deum sibi largitum, cum his non egeat, sed mundum mundo, & partes eius in vsum mutuum, atque etiam vt vniuersitati commodet. Idq; nō vt recipiat gratiam, quamuis benignissimus & in totum & in partes: sed respectu sempiternæ suæ bonitatis, quod arbitraretur suæ beatæ felicitæque naturæ conuenire beneficentiam. Itaque si quis me roget, quænam sit causa mūdi creati, à Mose doctus, respondebo, eius Qui est bonitas, antiquissima suarū gratiarum omnium. Vbi obseruandum quod ait, placuisse Nec potentis eius Qui est, domino & Deo: Mosen verò ipsi regi potentiarum, cuius etiam absque illis sola noscitur essentia. Ad hunc enim ex persona Dei dicitur: Inuenisti gratiam apud me: ostendendo seipsum absque omni altero. Ad eum Mosis summam sapientiā gratia dignatur is Qui est per seipsum solum: expressam autem ex hac imaginem, iam secundariā, & specialiore, per potentias subditas. Quapropter dominus & Deus, princeps est & beneficus. Alius verò quispiam corporis & affectuum fautor intellectus, vè dirus principi coquorum voluptati huius nostri concreti, exectis masculis & genitalibus partibus animæ omnibus, & à curis honestis otiosus, nec aptus diuino auditorio, eliminatus à sacra cōcione, quam virtutis studiosi frequentant, in carcerem affectionum introducit: vbi apud victorum custodem inuenit gratiam in honestiorem, quàm ignominiam. Sunt enim propriè vincti, nō qui pro tribunali damnati prætorum sententiis & iudicum calculis abducuntur ad certum locum destinatum maleficis: sed quos ipsa natura damnauit ob mores animæ, puta luxuriam, timiditatem, iniustitiam, aliāsque ineffabiles pestes, quibus referti sunt. Horum curator, custos & promus est præfectus carceris, conflatus ex omnigenum vitiorum colluuiè, cui placuisse damnum est maximum. Quod cum non videat quidam, eligentes pro vtilibus noxia, libenter se adiungunt in eius satellitium, vt approbata sua fide fiat subprefecti & vicarij custodia peccatorum voluntariorum ac inuoluntariorum. Tu verò anima, hanc quoque potestatem præfecturamque crede molestiorem seruitute grauissima, & da operā vt libero vtaris vitæ proposito. Quod si capta fueris hamo affectus alicuius, sustine vincta esse potius quàm custos carceris. Nā afflicta gemēsque, misericordiam inuenies. Quod si ambitioni seipsum dedit

dedideris, magnum malum, licet suaue, custodiam carceris suscipies, cui eris per totam vitam obnoxia. Proinde missas fac omnes familiaritates præfecti custodiarū, & vide ut summo bono te modis omnibus approbes. id si minus potueris, est enim res valde ardua, rectā contende ad eius potentias, & his supplex esto, donec illæ exorata tuo continuo legitimoque cultu, te in ordine probatorum statuunt. sicut & illum Noë. cuius miræ nouæque dotes enumerantur scriptura sacra dicente: Hæ sunt generationes Noë. Noë homo iustus, perfectus in generatione sua, Deo placuit Noë.] Quæ ex concretis nascuntur, & ipsa concreta sunt. Nam ex equis equi, è leonibus leones, è tauris boves, homines item ex hominibus gigni necessum est. At bonæ mentis non talis est propria progenies, sed prædictæ virtutes, hominem esse, iustum esse, perfectum esse, Deo placere, quod ut perfectissimum & summæ felicitatis finis, postremum subiungitur. Est autem vna generatio, ex nō esse ad esse iter & productio. Huius in stirpibus & animantibus vsus est necessarius. Altera verò est, ex meliore genere in minorem speciem mutatio, cuius mentio fit his verbis: Hæ sunt generationes Iacob. Ioseph cum septemdecim esset annorum, pascebat gregē cum fratribus suis adhuc puer, cum filiis Ballæ, & cum filiis Zelphæ, vxorum patris sui. Quando enim hæc meditatoria cupidaque discendi mens à diuinioribus contemplationibus ad vanas opiniones descendit, corporis & corporearum rerum sodalis Ioseph gignitur, adhuc puer, etiam si ætate canus sit, quippe qui nullam senilem sententiā aut narrationem audiuit, quam Moïsi sodales ut possessionem vtilissimā sibi ac suis discipulis acquisuerunt. Quamobrem videtur mihi, quo effigiem eius & exactissimam formæ ideam manifestius describeret, pascentem greges introducere, cum legitimo nullo, sed cū spuris fratribus concubinarū filiis, qui denominantur à deteriore muliebri genere, non à virili præstantiore. Nā filij Ballæ Zelphæque, non Israël patris nunc vocantur. Occurrit hic quæstio, quam ob causam statim post perfectas Noë virtutes subiungitur: Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Fortassis tamen nō difficile fuerit eam soluere, homini præsertim non inerudito. Dicendum igitur, quòd cum in anima incorruptibilis species exoritur, mortalis species mox corrūpitur. Generatio enim pulchrorum studiorum, est mors turpium: quando & post lucis exortum euanescent tenebræ. Quamobrem in

legē

lege de lepra disertè dicitur: Quod si caro viuens in leproso apparuerit, pollutus iudicabitur. Quod mox confirmans & quasi obsignans, subinfert: Caro enim sana intersparsa immunda est. id quod præter communem morem dictum est. Omnes enim à morbidis sana corrumpi existimant, à mortuis viua, non ediuersò, quòd sana viuæque putent salutaria. Verum legislator miranda in cunctis rebus sapientia præditus, hoc quoque habet proprium: docens quod sana viuæque, cum sunt impura, pollutionem inducūt. intersparsa enim sana viuæque caro in anima, est morbi certum indicium. hanc propheta commemoratione peccatorum arguit, obiurgat, pudorem incutit. illa verò agnoscit singula, quibus à recta ratione exorbitauit: & tum demum se imprudentem, luxuriosam, iniquam, plenam inquinamentis deprehendit, quapropter extat lex noua & à vulgo recepta opinione diuersissima, quæ ex parte leprosum pronuntiat impurū: eū verò qui à capite ad pedes vsq; lepra occupatus est, purū esse ait. Quilibet enim, opinor, probabiliter coniectans, diceret contrarium, leprā quæ vltra paruam aliquam corporis partem nō diffunditur, minus impuram: per totū verò diffusam, impuriorem videri. Equidē puto per ista significari id quod est verissimū, quòd iniquitates inuoluntariæ vel maximæ absoluūt nec inquinant, cum graui accusatore careant cōscientia: voluntariæ verò etiam si non latè pateant, tamen pro animæ tribunali conuictæ, insanabiles, pollutæ impureq; iudicantur. Ergo duplex & duobus coloribus variata lepra, voluntarium vitium significat. Cū enim anima in se sanam, vitalem rectamq; rationem habeat, non vitur eius gubernatione ad bonorum suorum conseruationem: sed permittens se ipsam imperitis nauigandi, totam vitam nauim quæ in serenitate tranquillitatēq; seruari poterat, subuersam demergit pelago. Cū autē vno colore albicat, mutationem præ se fert inuoluntariam, quando mens in totum ratione priuata, ne scintilla quidem intellectus reliqua, tanquam in tenebrosa densaque caligine nō cernit quid agendum sit, sed more cæcorū passim offensans, lapsus alios post alios inuita dolensque sustinet. Huic simile est, quòd etiam de domo præcipitur, quā aliquando contingit lepra infici. Ait enim: Si domus lepra infecta fuerit, ibit eius dominus, & nūtiabit sacerdoti, dicēs, quasi contagium lepræ videtur mihi in domo mea, Moxq; subdit: Et præcipiet sacerdos ut efferantur vniuersa è domo, priusquam ingrediatur eam, ut videat, & non erunt immunda quæ-

cunque

cunque in domo sunt. Posthæc intrabit sacerdos, vt consideret, Ergo priusquàm intrat sacerdos, pura sunt quæ domus cõtinet: illo autem introgresso, impura omnia. Atqui contrariũ erat verisimilius, post introitum viri purificati, perfecti, soliti pro cunctis ceremonias obire, & vota sacrãq; facere, res in meliorẽ statum mutari, & ex impuris puras fieri. At nũc ne in eadem quidem conditione permanent, sed superueniente sacerdote deteriores redduntur. Verũ ista vtrũ cum dicta facili solutione consonent, viderint qui solẽt delectari talibus. Equidem incunctanter dico, nihil esse tam conueniens, quàm vt ad introitum sacerdotis contaminentur quæ in domo sunt. Donec enim diuinum verbum in animam nostram, tanquam domum quandam non ingreditur, nihil quod hæc facit culpatur. Nam curator, siue pater, siue præceptor, siue quid aliud sacerdos vocandus est, qui solus admonere castigareque potest, procul remotus est. Nec indigni sunt venia qui peccant per ignorantiam, vt qui peccata suarum parum pensitant: interdum etiam grauiter peccãdo putant se recte facere. quãdo autẽ ad nos ingreditur ille sacerdos verus redargutor, tanquã lux clarissima, tunc produntur animæ nostræ scelestas consilia per actiones fontes & culpabiles, quibus occupamur ignari rerum vtiliũ. hæc omnia sacrata redargutio damnans vt polluta, iubet auferri & detrahi, vt consideret ipsam puram domum animæ, & percuret si quid in ea sit morbidum. Simile quiddam facit & in Regnorum libris mulier quæ prophetam accedit. est autem vidua, non vt vulgò vocamus marito destitutam, sed quæ viduatur affectibus mentẽ lædentibus & corruptentibus, qualis Thamar in Mosaicis libris. nam huic orbatae marito præcipitur, vt maneat in domo patris qui solus seruator est, propter quem relicta mortalium consuetudine, deseritur viduaturque humanis voluptatibus, sed diuinam genituram excipit, & virtutis seminibus facta grauida in vtero gerit parturitque honestas actiones: quas semel enixa, præmium auferit inuitis aduersariis, & victrix pronunciat, præ se ferens palmam insignem victoriæ. Thamar enim palma interpretatur. Omnis autem anima vitis viduanda sic prophetam alloquitur: Homo Dei, venisti in gredes meas, vt me iniquitatis & peccati mei commonefaceres. Hic enim numine correptus & occupatus celesti cupidine, diuinisq; furoris impotenti cestro percitus, quoties subintrat animam, memoriam iniquitatum peccatorumq; veterum ei suggerit, nõ vt ad ea redeat, sed vt gemens desinensq; mutatio

mutationẽ suam pristinã, eius partus auerfetur præ odio: sequatur autem monita Dei verbi, prophetæ & interpretis. nam prophetæ à priscis vocabantur aliquando homines Dei, aliquando videntes, nominibus aptis, & diuinitatem perspicaciamq; pulchre significantibus. conuenienter igitur sacratissimus Moses tunc corruptam terram dixit. quando illius iusti Noë virtutes prolatae sunt in medium. Erat, inquit, corrupta: eò quòd omnis caro corruerat viam suam super terram.]Hic aliquis putabit erratum in vna voce Græci cõtexus, eumque postulare vt potius legatur & vñs quàm & vñm: quod refertur ad præcedentem vocem fœmininam, cum masculinum relatiuum minus conueniat. Quid si nõ de sola carne viam corrupente sermo sit, vt merito erratum in verbis videatur: sed de duobus, & de carne quæ corrumpitur, & de altero quodam quod viam conatur corrumpere? Itaq; sic construendum est: Corruptis omnis caro illius incorrupti æternisq; perfectam viam quæ ducit ad Deum. hæc scito esse sapientiam. Hac enim deducente, recta nimirum & publica, intellectus ad destinatum finem peruenit. est autem finis metaq; huius viæ, scientia & cognitio Dei. hanc semitã odit, calumniatur, & corrumpere conatur quisquis carnis amicus est. Nam nou sunt in rebus duo tã contraria, quàm voluptas carnalis & scientia. Volenti enim hanc viam regiã ingredi cõsideratiuo generi, quod vocatur Israël, repugnat terrenus Edom: (sic enim hoc nomen interpretatur) properẽ occurrẽs instructis copiis, & minis territã. effecturum se vt ea nunquã teratur à viatoribus. ad quem missi legati sic loquuntur. Transibimus per terram tuam, non faciemus iter per arua, nec per vinea. non bibemus aquã de cisternis tuis. incedemus via regiã. nõ defletemus ad dextram, nec ad sinistram, donec tuos fines superauerimus. Ad hoc Edom respondet: Non transibis per me. alioquin armatus occurram tibi hostiliter. ad quem filij Israël: Præter motem iter faciemus: quod si de aqua tua bibero ego & pecora mea, persoluam tibi pretium. nulla erit difficultas, tantũmodo transitum petimus. at ille respõdet: Non transibis per me. Fertur de quodã è priscis quòd cum spectasset pöpam sumptuosissimã, ad familiares versus dixit: Videre amici quàm multis rebus opus non habeo. Compendio de re maxima verẽque celesti gloriatus est. Quid ais, itane victor de certaminis Olympici diuitiis coronã adeptus es, intãtum superior, vt nihil inde ad vsum aut delectationem sumeres? mirãda verba, sed mirabilior sententia, tantũ consec


cōsecuta roboris, vt vel citra pulueris iactum possit vincere. Verum apud Moſen, Myſteriiſ ſapientiaꝝ initiatum, nō vnus tantū viri hæc eſt gloriatio, ſed totius gentis populoliſſimæ. id hoc argumēto liquet, quod vniuſcuiuſq; anima cōfirmata eſt ad audaciam cōtra regem omniū quæ bona vidētur, terrenū Edom. Reuera enim quod liber in ſpeciem tantū bonum terrenū eſt. Celeriter, inquit, trāſibo per terram tuam. ō promiſſionē generoſam & magnificā. itāne obſecro ſuperare, tranſire, tranſcurrere, quicquid in terra bonum cēſetur, poteritis? nihilne veſtram properationem remorari poterit? cōſpectum diuitiarum cōgeſtarū auerſabimini deſlexa facie? quid maiorū dignitates, paterni materniq; generis, decātatāſq; à multis nobilitates deſpicietis? gloriā quoq; quā homines redimūt cæteris bonis omnibus, prætercurreris tanquā rem viliffimā? quid ſanitatē corporis, integritatē ſenſuum, pulchritudinem optabilē, robur iuuenibile, & cætera quibus anima domus, ſiue tumulus, ſiue quid aliud dicendum eſt, honeſtatur, tranſcurreris obiter, vt nihil horum referatis in bonorū ordinem? Olympiæ cæleſtisq; animæ ſunt hæc tā ingentia facinora, quæ regione terreſtri iā relicta, ad diuinarum naturarū ſubducta eſt conſuetudinē. repleta em contemplatione verorum bonorū & incorruptibilem, merito adulterina iſta in diem durantiā reiicit. Quæ igitur vtilitas eſt præterire omnia mortaliū bona mortalia, ſi hoc non cum recta ratione facias, ſed vt nonnulli per ſegniciem, aut pigritiam, aut tractandi imperitiā? non enim vbiq; omnia, ſed apud alios alia ſunt in pretio. Quapropter volēs amplius docere, vt cū recta ratio poſtulat deſpiciātur quæ modo diximus: ad hoc verbū trāſibo, adicit Per terrā tuam. hoc em eſt valde neceſſariū, vt in copia rerū quæ vulgò habētur pro bonis, euitem⁹ caſſes laqueōſq; quos illæ tēdunt ſingula: & more ignis perumpamus ſubinde repetentes nos earum impetus. Hæc ſe pertrāſituros aiūt, arbuta verò & vineta nō item. mittes enim plātas inſitas in anima, feraces dulciū fructuū, hoc eſt, ſermones probos & actiones laudabiles præterire, Ogygiæ ſimpliciratis fuerit. nā ibi hæredum erat, & auidē fruendū præſentibus. nihil enim pulchrius quā in virtutibus perfectis hilaritas inſatiabilis, quæ ſignificatur p modò dictas vineas. nos autem quotquot à Deo niues imbrēſq; è ſupernis fōtibz accipimus, è cifterna bibimus, terrenōs latices nō admodū requirēdo, cū habeamus cælitus largas pluuias nectaris & ambroſiæ, alimentū multò præſtātius quā poëticū nectā

nectaris. & adhuc lacunas arte humana factas haurire ſuſtineamus per diffidentiā, cum paratos habeamus cæleſtes theſauros quos omnium ſeruator aperuit: quemadmodū Moſes ſacrorum interpres precatur, vt aperiat nobis dominus theſaurum ſuum cæleſtem, dētque nobis ſuam pluuiam. cuius preces Deo gratæ facile exaudiuntur. Quid ille qui nec cælum, nec pluuiam, nec verbum, nec vllam creaturam putās ad ſe alendum idoneā, ſed ſuperſcādens hæc omnia, affectum ſuum exprimit dicens: Deus qui nutrit me à iuuentute: an non videtur tibi omnes quæ ſunt in terra collectiones aquarum deſpicere? is certē nūquam è cifterna biberet, cui Deus præbet potus meracos, nūc angelis pinernas agentibus, nunc ipſe infundens, nō expectato internuntiorum officio. proinde ſine dilatione ingrediamur viam regiā, quotquot prætereūdas res terrenas ducimus. eſt autem via regiā, cuius poteſtatem nemo priuatus habet, ſed ſolus ille qui ſolus eſt verus rex. hæc eſt autem, vt paulò antè dixi, ſapientia, per quam ſolā ſupplicibus animabus ad illum Ingenitum patet refugium. credibile eſt enim eum qui per viam regiā ſine impedimento iter facit, non ſenſurum laſitudinē donec ad regem perueniat. quo factō, & illius felicitatē agnoſcet, & ſuam inopiam. Nam & Abraham poſtquam ad Deum acceſſit proximē, mox cognouit ſe eſſe terram & cinerem. nec ad dextrā autem nec ad ſiniſtram à regiā via deſlectendū eſt, ſed progrediēdum per mediam. nam vtrumvis latus diuerticula ob nimietatem deſectūmve culpantur. hic enim dextrū non minus quā ſiniſtrum vituperatur. ſiquidem apud petulātes temeritas dextrum, timiditas ſiniſtrum obtinet, ſic apud tractātes pecuniam illiberaliter, dextrum ſordida parcitas, ſiniſtrū largā profuſio. item apud forenſibus cauſis deditos laudatur vaſtricies, damnatur ſimplicitas. ſunt qui ſuperſtitionem quaſi dextram ſequuntur, ne in ſiniſtram impietatē incidant. ergo ne deſlectentes incurramus in vitia pugnātia, votis omnibus omniq; conatu hoc agamus vt recta incedamus per mediā viam. eſt autem in medio temeritatis & timiditatis fortitudo, ſordes inter & profuſionem temperantia, inter vaſtriciem & ſtultitiā prudentia memoriāq; inter ſuperſtitionē & impietatē pietas. hæc ſunt mediæ viæ inter vtraque diuerticula, omnes commeabiles & publicæ per quas non eſt fas veſtari corporeis inſtrumētis, ſed motibus animæ cupiētis inambulare in rebus optimis. id moleſtiſſimè terrenus Edom fert. timet enim ſuis dogmatibus ne ſubuertantur

confundanturq; & ideo bellum internecium minatur, si coner-
mur viam vi perumpere, excidēdo arbuta eius animę frugife-
ra, ex quibus in perniciem prudētię plantatis fructum nō per-
cepit. Non trāsibis, inquit, per me, alioquin armatus occurram
tibi hostiliter. at nos securi de eius tumultuatione respōdeam?
quod prāter montē trāsibimus, hoc est assueti cum sublimibus
versari potentiis, & ē specula res cōsiderare, scrutariq; rationes
singularum, per quas earum essentia noscitur, contemnimus o-
mnia externa & corporea. abiecta sunt enim & humi repentia,
tibi quidem grata, nobis verò exosa: quapropter nihil ex eis at-
tingemus. quod si vel summo digito, vt vulgus loquitur, tetige-
rimus, persoluemus tibi pretium: poterisq; gloriari, quod nos
virtutis studiosi à voluptate inescati fuerim? Si, inquit, de aqua
tua bibero ego & iumenta mea, dabo tibi pretium. non merce-
dem, aurum argentumve, qualis inter ementes vendētēque sit
permutatio: sed pretium honorarium quod recipias. nā reuera
omnis luxuriosus, aut iniustus, aut timidus, cūm videt aliquem
tetricum, aut laborem fugere, aut victū à lucri cupidine, aut ca-
ptū voluptatis amatorio, lætatur & gaudet, id honorem suum
reputans: & efferens se apud vulgum iuueniliter ac gestiēs, inci-
pit philosophari de suis vitiis tāquam necessariis ac vtilibus: di-
cens quod alioquin ille vel ille vir laudatus non sustinisset his
implicari. Ergo sic alloquamur omnes istos miseros: si aquam
tuā bibero, siue tuum aliquid indiscreto impetu attigero, per-
soluā tibi pro dedecore pretium honorificum. dignus enim es,
dabimus, nā ista tibi chara omnino nihil sunt. An puras morta-
lem rem vllam verè esse ac subsistere, & nō tanquā in suggesto
quodā ab inani & incerta opinione sustineri nō aliter quā som-
niorū ludicra? quod si non libet singulorū fortunas perquirere,
vide regionum integrarū & gentium mutationes in melius ac
deterius. Floruit quondam Græcia, sed Macedones abstulerunt
ei potētiā. postea Macedonia viguit opibus, sed diuisa in plu-
res portiones debilitata est, donec omnino interiit, ante res Ma-
cedonum inelyta fuerat Persarum felicitas: sed vna dies tā in-
genti regno finem attulit: & nunc Perliæ penes quos paulò antè
fuerat imperiū, sunt Parthorū prouincia. Fuit & Aegypti olim
per ampla magnificaq; potētia, sed nubis in morem præterit e-
ius felicitas. Quid Aethiopes, quid Carthago in Africa? quid Pō-
tici reges, quid Europa Asiāq; & vt compendio dicam, totus or-
bis habitabilis? nōne more nauis susq; déq; iactatæ marinis
fluctib

fluctibus, nunc secundis ventis, nunc aduersis vtitur? nam verbū
diuinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum for-
tunā nominat. & cūm perpetuò feratur per ciuitates, gentes, re-
gionēsq; res aliorum aliis omnium omnibus tribuit, subinde
variātib; apud singulos temporibus: vt totus terrarum orbis
tanquam vna ciuitas optimo reipublicę genere administrerur,
popolari regimine. Nihil igitur est in humanis rebus ac nego-
tiis præter vmbra auramq; leuissimam, sine mora præteruo-
lantem, eunt enim vltro citròq; tanquam æstuaria. nam & ma-
rini æstus nunc cum magno impetu sonitūq; accedunt, & lon-
gè latēq; per littora diffunduntur vndis stagnantibus: nunc re-
fluunt retrò, magnāmq; maris partem in formam continentis
redigunt. Simile quiddam accidit, quando fortuna postquā po-
pulosam aliquā gentem inundauit magnis felicitatibus, fluxu
auerfo ne guttam quidem sinit reliquā, deletis etiam vestigiis
opulentiaē pristinaē. Verūm hæc reputatio non omnes tangit,
sed solos rectæ constantisq; rationis asseclas. Ipsorum enim
sunt ambæ hæ sententia: Cūm rebus creatis commercium est
nihili, præter montē iter faciemus. Non est enim possibile nisi
sublimi ac montano itinere, vitatis rebus mortalibus euadere
ad immortalia. Quapropter Edom terrenus, cælestē regiāmq;
virtutis viam intersepire vult: sicut diuinum verbum viam il-
lius & sectam eandem sequentium, inter quos & Balaam refe-
rendus est. nam & hic est terræ progenies, non cæleste germen,
argumento certissimo, quod auguria falsasq; diuinationes se-
quens, ne animæ quidem oculo recluso vidit resistētē sibi an-
gelum Dei, vt conuersus retrosum abstineret ab iniuria: sed ita
se commisit imprudentia fluctibus inundantibus, vt obruere-
tur ab eis. tunc enim dubio procul nec curabilibus nec sanabi-
libus morbis laborat anima, quando accedente redargutione
(is est sermo Dei nuntius, præuius & impedimenta submouēs,
vt inoffensū gradiamur per regiam viam) sine iudicio nostras
sententias præferimus illius monitis, quæ ad castigationē cor-
rectionēmq; totius vitæ nostræ adhibere non desinit: quamob-
rem quisquis nō paret, nec reueretur talem redargutorē, cum
fauis interibit, confectis afflictisq; per affectionum vulnera.
quorum calamitas exemplo esse poterit nondum deploratis
quantum ad purificationem attinet, vt conentur placare in suo
pectore situm iudicē. & facient, si eius rectissimis decretis non
apponent suametipsum iudicia.

PHILONIS IVDÆI
De confusione linguarum.



HACTENVS de his dixisse sufficiat, deinceps non obiter consideranda sunt quæ de confusione linguarum philosophatur. Sic enim loquitur. Erat autem terra labijvnius, & sermonum eorundem. Cùm que proficiscerentur de oriente, inuenerūt campum in terra Sennaar, & habitabant in eo: & dixit quisque ad proximum suum: Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni. habueruntque lateres pro faxis, & bitumen pro luto, & dixerunt: Venite ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cuius fastigium pertingat ad cælum, & celeberrè faciamus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersam terram. Descendit autem dominus vt videret ciuitatē & turrim, quam ædificabant filij hominum, & dixit dominus: Ecce vnus est populus, & vnum est labiū omnibus: cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Atque ita diuisit eos dominus in omnes terras, & desuerunt ædificare ciuitatem & turrim. Idcirco vocatum est nomen eius Babel, id est confusio: quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Deus super faciem cunctarum regionum. ¶ Quibus maiorum instituta displicent, homines impij, & tantum ad accusandas leges deserti, arreptis impietatis ansis talibus, sic cauillantur: Etiam nunc extollitis præcepta vestra vt veritatis regulas? Ecce sacri quos vocatis libri fabulas continent, quales aliis referentibus irridere soletis. nec opus est eas legibus interspersas per otium colligere, quasi calumniandi studio. Satis erit huius præsentis vos commonefacere. hæc vnà certè simillima est illi de Aloadis, quos optimus poetarum Homerus conatos narrat fuisse tres maximos montes aliū super alium aggerere, sperantes se hoc modo facile sibi viam munituros, qua ad ætheream sublimitatem euaderent. de quibus extant hi versus:

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,

Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.

Olympus, Ossa, Pelion, montium sunt nomina, pro quibus legislat

gislator inducit turrim extructam ab eius seculi hominibus, qui propter dementiam & vastum animum conati sunt cælum attingere, consilio longè stultissimo. nam etiam si vniuersæ terræ partes superstruerentur fundamento modico, vt in vnus columnæ formam attollerentur, tamen longissimo interuallo abessent à sphaera ætherea, præsertim iuxta opinionē philosophorum qui scrutantur talia, terram centrum esse mundi asseuerantium. Præterea quiddam aliud huic simile de animalium vna lingua proditur à fabularum scriptoribus. narratur enim olim animantium omnium terrestrium, aquatiliū, volucriū eandem vocē fuisse: & quæadmodum nunc homines Græci cum Græcis, barbari cum suæ linguæ barbaris habent sermonis commercium, ita tum illas omnes cum omnibus collocutas de suis rebus ac negotiis, ita vt & conquererentur inter se, & vicissim condolerent de calamitatibus, & diuersoque rebus lætis gratularentur. nam velut in vna republica putabant ad se pertinere alienas quoque prosperitates ac aduersitates, & eos affectus etiā in sermone quotidiano non obscure præ se ferebant, donec lasciuientes præ bonorum præsentium copia, vt sæpe fieri solet, ultra decorum proruperunt rerum non concupiscendarum amore, & per legatos immortalitatem, à senectute immunitatem, perpetuamque iuuentam sibi poscerent, æquum se postulare dicentes, quādo hoc munus iam vni ex eorum numero serpenti contigisset. hunc enim exuta senectute denuò repubescente. iniquum autem esse vt præstantiora deteriori cedant hac parte, & multa vni. quam audaciam mox sua poena sequuta est. nam confestim variatæ sunt animalium linguæ, vt ex illo tempore non possent se inuicem intelligere, impediēte vocum diuersitate, in quas loquela quæ prius communis fuerat, diuisa est postea. Cæterum alia verò propior narratio disiungit à brutis homines, & hos solos ait habuisse vnicā linguam communem omnibus. tamen hæc quoque fabulosa putatur. atqui hæc vocis in plurimas diuersas loquelæ species dissectio, quæ linguæ confusio vocatur, in remedium peccatorum adhibita dicitur, ne communicato consilio crimen fieret publicum: vtque, si conferrent in vnum operas, alteri muti essent alteris. at tamē nihil hoc, quantum apparet profuit. Nam etiam post diuisam linguam, deductasque in diuersa loca tot gentium colonias, nihilominus terræ mariæque repleta sunt malis ineffabilibus. nā nō lingua, sed similis animarum ad peccādum procliuitas, cōmu-

nicatæ iniquitatis causa est, siquidem etiã lingua mutilati, nutibus, aspectibus, aliisq; corporis gestibus ac motibus, nõ minus quàm verbis prolatis, voluntatem suam significãt. huc accedit quod sæpe vna gens, nõ lingua solùm eadẽ, verùm etiã eisdem vtens legibus ac moribus, ad tãtam peruenit malitiam, vt peccatis conferri possit cū reliquis omnibus hominibus: & ob imperitiam linguarũ multi ab insidiatoribus ex improviso sunt oppressi, ediuersò harũ sciẽtia multos exemit imminẽtibus periculis: itaq; prodest magis quàm nocet linguæ cõmunicatio: quãdo nũc quoq; per singulas regiones, præsertim indigenarũ, nihil æquẽ incolumitati cõfert ac lingua omniũ eadem, tum si quis plures linguas ediscat, mox probatur ab earũ peritis, & p amico agnoscitur, non leue argumentum societatis afferens loquelam familiarẽ, vnde mox accedit securitas à periculis. Cur igitur quasi malorũ causa esset lingua cõmunis ex hominibus sublata est, quæ debuerat confirmari vt perutilis. has hominum maliciosorũ cauillationes seorsum redarguẽt quibus prõptum est ad tales quæstiones ex aperta legũ scriptura sine contentione respõdere, qui non sophismatibus repellunt sophismata, sed sequuntur veritatis seriem nusquã sinẽtem offendere, & impedimenta dimouentẽ facillẽ, vt sermo ex his possit euadere. Dicitur igitur istis verbis, Erat vniuersæ terræ labium vnũ & vox vna, significari magnorum ineffabiliũq; malorum consonantiam, quibus ciuitates à ciuitatibus, gentes à gẽtibus, regiones à regionibus impetũtur vicissim, & quibus homines nõ solùm in se inuicem iniusti fiunt, verùm etiã in Deũ impij. & hæc quidem populorum sunt crimina. consideremus & vitium inenarrabile vitiorum multitudinẽ, præsertim si accedat ille inamœnus, ineptus, & malẽ modulatus cõcentus. Fortuita quis nescit, cùm in paupertatem, obscuritatem corporis morbos aut mutilationes incidunt, itẽ in infirmitates animæ, desipiẽtis præ atrabile aut lõgo senio, aut alio quocũq; grauiore infortunio. nam vnũquodvis è iam dictis abudẽ sufficit ad subuertẽdum & deiciendum hominẽ, etiã fastu magno tumidũ, quod si plura eum velut ex cõposito aggrediantur eodem tẽpore, animæ, corporis, & externa, quid cogitari potest miserius? cadẽtibus enim stipatoribus, etiã stipatũ necesse est cadere. est autẽ corporis satellitium hoc, diuitiæ, gloriæ, honores, à quibus elatũ in sublime se ostentat, sicut ediuersò à contẽptu, obscuritate, paupertate oppugnatur tãquã ab hostibus: item satellites animæ sunt, auditus,

visus

visus, odoratus, gustus, & tota cohors sensuum. ad hæc sanitas, integritas, robur, potẽtia, horũ enim valida ope suffultus communitisq; animus incedit exultabũdus, & suauiter degẽs quicquid libet exequitur, omnibus viis ei nunquã non patentibus. Verùm in his satellitibus non desunt aduersarij, sensuum orbationes morbiq; vt dixi, qui aliquando mentẽ agunt in præcipitia. & hæc quidem à fortuna impẽdent, vehemẽter difficilia miserãq; leuiora tamẽ si conferantur cum malis voluntariis, quis autem sit horũ quoq; cõcẽtus, rursum per se cõsideremus. Cùm anima nostra tripartita sit, pars eius mēs & ratio, pars ira, pars cõcupiscentia esse dicitur, singulæ suis morbis laborãt, atq; etiã inter se cõmunibus vniuersæ, quoties mēs quidem imprudẽtiæ, timiditatis, luxuriæ, iniustitiæ segetes demerit: itã verò immanes furiosãq; rabies, & cætera quibus grauida est, mala parit: concupiscentia quoq; amores semper iuueniliter leues, & temerẽ ad quẽvis corpora & ad quaslibet res aduolãtes, quocũq; immittit. tunc enim tanquã in naui nautis, vectoribus, gubernatoribus, per demẽtiam in eius pernitiẽ consonantibus, etiam qui perdũt vnã pereũt. grauisimum enim malorũ est, & penẽ solũ insanabile, omnium animæ partium ad peccandum consensus, cùm tanquã in publica pestilentia nihil sani sit reliquum, quod ægrotis mederi possit: sed & medici vnã cū vulgo laborant, eadem qua ceteri lue correpti. Clades hæc describitur apud legislatorẽ in mentione diluuij: quando & à catarractis cæli magno imperu imbres inundauerũt: & à terra, à corpore inquam, multi magniq; fontes affectionum profusi, fluentia sua cõiunxerunt miscuerũtq; cum aquis prioribus, vt totam animæ regionem occuparẽt suorum gurgitum vorticibus. Videns, inquit, dominus Deus multiplicatam esse malitiam hominũ super terram, & vniuscuiusq; cogitationes intẽtas esse ad malũ omni tempore, decreuit in hominẽ, in hunc iuquam reptilibus, volucris, aliisq; brutis & immitibus bestiis circũdatum, animaduerrere, cuius iniquitatem iudicaret esse insanabilem. pœna autẽ fuit diluuium. Tãtũm sibi libido peccãdi permiserat, cohibente nemine, & affluente vnã cū copia rerum fruendi licẽtia, & merito nõ enim vnã certa pars animæ corrupta fuit, vt ei succurri posset à sanis cæteris, sed nihil integrum incorruptũq; relinquebatur. Videns, inquit, non vnus, sed vniuscuiusq; cogitationes, conuenientem pœnam, incorruptus iudex eis inflixit. hi sunt illi confœderati apud vallem falsuginis. est enim cauis,

s v asper.

asper, angustisq; faucibus strictus locus affectuum, verè salfos amarosque dolores afferens: in quo factum foedus nullis sacris nullòve iureiurando dignum sciens ille sapiens Abraham, foederatos profligat. dicitur enim eo omnes conspirasse in valle falsa: quæ est mare salinarum. An non vides illos orbatos sapientia, cæcatorumque mente quæ acutum cernere debuerat, ex re nomen habentes Sodomitas, iuvenes vnà cum senioribus, totum simul populum, circum ædes animæ cursare, vt diuersantes in eis sacrosanctos sermones, custodes & præsidēs, probriis afficiant, nemine vel opponente se iniuriis eorum, vel alienate à tanto facinore. Non enim pars populi, vt legitur, sed vniuersus domū circumdedit, iuvenes vnà cum senioribus, coniurati contra diuina verba & opera, quæ scriptura suo more vocat angelos. At tamen diuinus vates Moses occurrens, eorum cohibebit imperum, etiam si ductu sui regis irruant audacissimi & ad dicendum promptissimi, auctisq; copiis undatim affluant. Ecce inquit, Aegypti rex ad aquam veniet: tibi tu oppones ei te stans in labio fluminis. Ergo malus vir exit ad fluentia peccatorum & affectuum, quæ per aquam significantur. at vir sapiens primum accipit à Deo semper stante nec vnquam mobili munus illi conueniens, vt & ipse firmus consistat. dictum est enim: Tu verò hic sta mecum: vt exuta omni dubitatione ac ambigentiâ, quæ sunt vitia parum constantis animi, fidem, certissimum firmissimūq; habitū induat. Deinde non contentus stare, quod mirandum est, obstitit etiam. dicitur enim ei: Sta ex aduerso. Quorum alterum quidem, videlicet occursum, in motu: alterū verò, hoc est, statio, in quiete consideratur. Nulla tamen est in his verbis pugna, sed egregiè cum rerum natura congruunt. Nam cuiuscunq; sententia suoptè ingenio quieta est, nec facile à recto flexilis, hic solet resistere undabundis rebus omnibus, tranquillitatem tempestate vltro accita turbatibus. Sed bene habet quòd in labio fluminis occursum factus dicitur. Sunt autem labra oris extremitates & septa lingue, per quæ sermo profluit, quando proferendus est. Sermonem autem etiam hostes virtutis, modò studiosi disciplinarum sint, vtuntur ad defendēda improbata dogmata: sicut ediuerso boni ad mendacia tollenda è medio, & ad verorum honorum confirmationem inuincibilem. proinde quoties omni rudente moto contentiosorum dogmatum assertores oporesi rationibus aduersariis pereūt, meritò victoriale carmen ille sapiens cum suo sacro choro modulabitur.

bitur. Vidit, inquit, Israël Aegyptios, non alibi mortuos quàm ad labium fluminis. Mortem dicens non animæ seiunctionem à corpore, sed impiorum dogmatum prolationem, quæ per os efferebantur & linguam instrumentaque vocis cætera. Porro sermonis mors est silentium, non quo bene morati præ se ferūt reuerentiam: nam & hoc facultas quædam est ad eloquentiam pertinens, dispensatrix dicēdi temporum: sed quo impotes fandi propter aduersariorum vehementiam inuiti vtuntur, nullā inueniētes dicēdi occasionem. quibus quicquid tentant effluit: quocunq; insistant, nequeunt vestigium figere, vt prius quàm consistant, cadant necessariò: qualis est aquaria machina quæ helix vocatur. in cuius medio gradus quidam sunt, quos rusticus quoties agros vult rigare scandit, ac mox necessariò dilabitur. & ne continuè cadat, proximum fulcrum vtraq; manu retinet, quo totum corpus sustentat. interim pedes manuum, manus verò pedum funguntur officio. insistit enim manibus, quarum est agere: operatur pedibus, quorum est stare. Multi autem cum non possint verisimilia sophistarum commenta fortiter refellere, quod non sint admodum in dissertationibus exercitati vt distanti actionibus, confugiunt ad illius qui solus est sapiens auxilium, & opem eius supplices inuocant. sicut & quidam è Mosis familiaribus in suis hymnis precatur: Muta fiant labia dolosa. Qui autem poterunt hæc silere, nisi ab eo qui solus etiã sermonis est dominus, obturata fuerint? Ergo conuentus qui peccandi causa confluunt, continuato cursu fugiendi sunt: cum prudentiæ verò scientiæque sociis foedus pangendum. quapropter eorum qui dicunt: Omnes vnus viri sumus filij, pacati sumus: miror consensum consonum, quibus libenter dicerem: Et qui fieri potest ò boni, vt non bellum oderitis, pace delectemini, cum vnum eundemque patrem profiteamini, non mortalem sed immortalem, hominem Dei: qui cum sit illius sempiterni sermo, necessariò ipse quoque incorruptibilis est. nam quicunque multa principia suæ animæ genitiua faciunt, multorum deorum superstitioni nefariæ dediti, alij colunt alios, & autores sunt tam seditionum ciuiliū quàm externorum tumultuum, ab initio vitæ sinem vsque bellis perpetuis implicati. qui verò gaudent vno genere, & vnum parentem rectum sermonem colunt, miranturque harmoniam & musicam, virtutum concinentiam, serenam tranquillamq; vitam exigunt: non tamen otiosam ignauamq; vt quidam existimant, sed ad modū virilē

virilem, & valde acrem contra studiorum suorum interpellatores, & indefinenter turbatores foederum. nã qui suo præ ingenio pacem amant, bellicosi debent esse, in statione collocati contra infestantes quietem animæ. testis est mihi primum cuiusq; virtutibus dediti animus ad hunc modum dispositus. deinde vnus è prophético sodalicio, qui numine afflatus exclamat: O mater qualem me peperisti hominem pugnae, & hominẽ iniucudum vniuersæ terræ. nec ipse profui, nec mihi profuerunt: neq; vires meæ defecerunt ab execrationibus eorũ. An-nõ omnis sapiens omnibus stultis perpetuus hostis est, oppugnans eos non classibus aut machinis aut exercitibus, sed rationibus? Cũ enim in media pace cõtinuè homines in se inuicẽ insurgẽtes priuatim ac publicè videt, nec tantũ gẽtes, regiones, ciuitates, castella, sed etiam singulas domos, singulos viros mutuo se bello impetere: quis nõ præsentibus obiurgat, admonet, castigat, interdum noctũq; non cõquiescens, eò qd ipsius anima nullam quietem admittere queat ob innatũ odium malitiæ. nam eadem quæ in bello, etiã in pace patrãtur facinora omnia: spoliant, rapiũt, captiuãt, prædãtur, vastãt, vim, cruciatũ, stuprũ, probrũ offerũt: aut dolo clam, aut vi palãm, quantũ possunt, interficiunt. nam cũ diuitias aut gloriam singuli finem propositũ habeant, ad hunc tanquam telã iræ actiones omnes dirigunt, æquationem iuris negligunt, inæqualitatẽ diligunt, societatem auersantur, vnusquisque cupit occupare aliena omnia, osor hominum & exosus inuicem, simulator benevolentia, adulationis fucata: amicus, amicitia germanæ hostis, veritatis inimicus, propugnator mendacij, tardus ad iuuandum, celer ad nocendum, ad calumniam proptus, ad patrociniũ cunctator, impostor, periurus, infidus, iræ mancipium, voluptatis seruus, malorum colluuius, bonorũ corruptor. hæc & huiusmodi sunt illius admirandæ pacis bona desiderabilia, quorum simulacra in vniuscuiusq; anima posita coluntur & adorãtur, id quod meritò malè habet omnẽ sapientem, vt exclamare cogatur ad matrẽ nutricẽmq; suam sapientiam: O mater, qualem me peperisti, non viribus, staturãq; magnum, sed improbis infestissimũ, virũ iniucuditatis ac pugnae, natura pacis amantem, ideòq; infensum pulchritudinem eius dehonestãtibus. Nec ipse profui, nec mihi profuerũt: nec illi bonis meis vnquã vsũ sunt, nec ego malis eorũ: sed vt est apud Moysen, rem concupitam accepi ab illorum nemine: quippe qui omnia quæ isti concupiscunt ac reponunt tanquã utilissima, pro

noxiiis

noxiiis habeo. neq; vires meæ defecerunt ob execrationes quibus me deuocent. Sed forti potentia diuinorũ dogmatum protectus, non defeci præ lassitudine, imò tãtò vehementius obiurgauit meos execratores. Posuit enim nos Deus in contradictionem vicinis nostris, sicut & in sacris hymnis alicubi dictum est de omnibus bonæ mentis cupidis. An-nõ à natura cõtradictores fuerunt omnes studiosi virtutis atque scientia, semper concertando cum vicinis animæ, redarguendõq; voluptates finitimas, & vnã degentes concupiscentias, ignauiæ quoque pauciorumque affectuum ac vitiorum cohorti resistendo in faciem? ad hæc sensus omnes redarguendo, de his quæ viderunt oculos, de his quæ audiuerunt aures, nares de exhalationibus, gustum de saporibus, atque etiam tactum de accidẽtibus ei iuxta corporis potentias proprietatibus: imò etiam sermonem mentis interpreterem, de his quæ libenter proloquitur. Scrutãdum est enim non obiter, quid, quòve modo, & quam ob rem vel sensus sentiat, vel sermo interpreteretur, vel affectus afficiat, & erratum suum cuiusque redarguendum. Qui autem nulli horum cõtradicit, sed omnibus deiceps annuit, ignorat quã se ipsum decipiat, potentes vicinos suens munitiones contra animam struere, quos debuerat subditos potius habere quã dominos. qui si imperent, multa magnãq; damna dabunt, regnante apud ipsos amẽtia. cũ verò sunt subditi, faciunt imperata, nec iugum excutiunt. atq; ita dum pars obedire discit, pars non scientiã tantũ, sed & facultatem imperandi obtinet, totum animæ satellitium consentiet. accedentẽsq; ad eũ qui inter ipsos est senior, dicent: Pueri tui redegerunt in potestatem summarium virorũ bellatorum, qui nobiscum sunt. ne vnus quidem ex eis occisus est. sed quemadmodũ instrumenta musica adaptata egregiè sonis omnibus, ita nos omnibus præceptis cõsoni, nec verbum vllum inconcinnum & absolum diximus, nec factum fecimus, vt cum nobis collatus chorus ineruditorũ videri possit omnino mutus & exanimis, qualis ridendus ille corporis nutritor Mediam, & progenies huius, nomine coriaceã molem significans, somnolentus Beelphegor. sumus enim genus electũ Israelis videntis Deum, inter quos ne vnus quidem discrepat, vt vniuersitatis instrumentum totus mundus harmoniis musicis cõsonet. quapropter etiã Moyses bellicoso sermone, qui vocatur Phinees, honorem pacis ait se tradere, quòd virtutis æmulus, & vitij hostis, totam eius generationem excidit in posterum, modo quis

velis

velit perspicere & scrutari diligēter, & oculis auribusq; suis testibus credere, q̄ nihil sit certi in rebus mortalibus, sed omnia pendeant ab opinionibus, Miranda igitur consonantia de qua modò diximus, sed magis etiam mirifica & omnes harmonias superans, communis totius populi, qui introducitur vno ore dicere: Omnia quęcunque dixit Deus faciemus & audiemus. nam hi iam nō rationis ductum sequuntur, sed ipsum Deum ducem omnium, ideòq; ad facta magis quàm ad verba properāt. Cum enim alij audita faciant, isti quod mirandū est, præ diuino quodā impetu aiunt facturos se prius, deinde audituros: vt nō propter doctrinam & admonitionem, sed vtrò & suapte spontē videātur ad bona opera occurrere. Post factum autem audituros se aiunt, vt quę fecerunt diiudicēt, an cum sacris præceptis consonent. Cæterum coniuratos illos ab oriente profectos ait inuenisse campum in terra Sennaar, & ibi sedes posuisse. Id iuxta naturam dictum est. Sunt enim in anima duę species oriētis, altera melior, altera deterior. melior, quādo solarium radiorum more splēdor virtutum exoritur: deterior, quādo his obscuratis lucēt alia. Prioris exemplū est hoc: Et plātavit Deus paradysum in Edem cōtra orientē, nō stirpium terrestrium, sed cælestium virtutum, quas ē suo incorporeo lumine nunquā extinguendas plantator ille accendit. Ex Mosis quoque socio quodam audiimus dictum hoc, Ecce homo cui nomen Oriens. Noua appellatio si intelligatur de homine qui cōstat ex anima & corpore. sin autem de illa incorporea Deū referēte imagine, fateberis ei nomen hoc inditum aptissimē. Hūc enim antiquissimum filium rerum pater exoriri voluit, quem alibi primogenitū nominat: qui genitus mox patrem imitatus est, & qualia vidit apud eum exēplaria, tales formauit species. Deterioris autem oriētis exemplum extat de illo, qui volebat à Deo benedictum execrari. nā & ille ad orientem habitare dicitur. sed hic oriens quamuis cōmune cum priore nomē habet, re tamē est diuersissimus. E Mesopotamia, inquit, acciuit me Balac, ē mōtibus orientalibus, dicens: Veni, vt execreris quē Deus nō execratur. Interpretatur autē Balac amens: nec immeritò, qui sperabat se posse decipere illum Qui est, & certam eius sententiā humanis argutationibus irritam facere. Ideò Mesopotamiā habitat, mentē habens quasi submersam in mediis fluminibus, nec enatare valentem, nec emergere. Talis autem affectus vt exortus insipientia, sic occasus bonę mentis est. proinde isti quorū narratur dissona consonantia,

zia, profecti ab oriente dicuntur. Vtrum ab oriente vitiorum? Nā eos qui à virtutis oriēte proficiscuntur, disiungi legimus, vitiis pariter obnoxiorum vnitus motus est: sicut cum manus non seorsum suis artibus, sed qua cum toto corpore coharēt, vnā moventur. Nam insipientia malis dux est ad opera non naturalia, quę vitiorum est regio. Quicunque autem à virtute demigrantes sequuntur insipientiam, conuenientem sibi nacti locum inhabitant, qui Hebraica lingua Sennaar, Gręca verò excussio vocatur. Conuellitur enim & concutitur quassaturque tota malorum hominum vita, semper confusa turbatq;, ne vestigiū quidem germani boni in se retinens. nam sicut ea quę excutiuntur nihil nisi concretum retinent, sic & cuiusq; cum iniquis confederati anima mihi videtur excuti. omnes enim virtutis species abiicit, vt nec vmbra nec imago eius vlla fiat reliqua. certē gēs Aegyptiorum amantissima corporis, non ab aqua, sed sub aquā fugere inducitur: quę vbi semel subiecit se affectib⁹, quassatur ac miscetur, in locum bene cōstitutę pacatęq; virtutis tumultibus vitiorū succedentibus. Legimus enim excussos Aegyptios dum per medias marinas vndas fugiūt. Hi sunt qui ne Iosephū quidem norunt, factum vitę varium, sed propalam peccātes, ne vestigium quidem, aut vmbra, aut simulacrum vllum honestatis sibi reseruant. Exortus est, inquit, rex alius super Aegyptum, qui ne infimum quidē & nouissimum bonorum Iosephum noverat: qui non modò perfectiones, sed & profectus ignorabat: & tantum à visione perfecta aberat, vt ne auditu quidē quicquam perceperit, dicens: Ad esdum, execrare mihi posteritatem Iacob, & maledic nepotibus Israēl. ac si diceret: Veni, extingue visum auditumq; animę, nequid verē bonum honestumq; vel videat vel audiat. visum enim Israēl, auditum Iacob significat. Taliū mens omnem boni naturā abiicit, excussa quodāmodo; sicut proborum ediuersò meras sincerāsq; ideas bonorū consecrās, excutit reiicitq; cætera tāquam folia. Cōtemplare illum meditatorē quid loquatur. Tollite deos alienos, quos habetis, è medio vestrum, & purificamini: mutatq; vestes, & factō agmine ascēdamus in Bethel: vt etiam si Laban postulauerit potestatem inquirendi in totā familiam, noī inueniat simulacra, essentias veras insculptas in mente sapientis, quę ad Isaac familiā à se ipsa doctā pertinent iure hæreditario. nam hic solus accipit paternam substantiā. Hic obserua quod nō ait eos venisse in campum in quo manserunt, sed quęsitū inuenisse, vti que postquam dispexe

dispexerūt vbinā esset locus ad insaniam cōmodissimus. Ita est profectō, insipiens non aliunde accipit, sed ipse sibi querēdo mala inuenit, non contentus his per quæ misera natura vltro incedit, sed cumulās ea malis artibus & exercitiis. atq; vtinam paulū ibi-commoratus migraret aliō: nūc habitare ibi postulat, dicit enim scriptura, quōd inuento cāpo habitauerunt ibi tanquā in patria, non tanquam inquilini regionis exteræ. Leuius enim malū fuisset, si postquā in peccata inciderāt, pro alienis ea peregrinī que habuissent, nō pro cognatis ac domesticis. inquilini eīm potuissent discedere, sedibus verō semel electis immanēdū erat postea. quapropter apud Mosē sapiētes omnes inducūtur inquilini. nā horū animæ in coloniam ē cælo missæ sunt. solent enim visendi ac discēdi gratia peregrinationem in terrenā naturam suscipere. ibi hospitio corporis vsæ, & cōtemplatæ sensibilia mortaliāq; omnia, retro vnde venerāt redeunt, memores cælum sibi ciuitatem esse ac patriam: in his verō terrē finitimis vti se tantūm hospitio. cæteris enim colonis nouæ sedes eximūt desiderium veteris patriæ: sed hęc reditum suorum expectat, & ipsi redire desiderāt. Itaque meritō Abraham qui mortuam vitam sepulchrūmq; reliquit, mortuorum custodes & mortalium rerum dispensatores sic alloquitur: Aduena & inquilinus sum ego inter vos: vos autē indigenæ, qui cinerem & puluerem pluris facitis quā animam, dum vobis præfecistis Ephron, quod nomen significat puluerem. Meritō autem & mediator ille Iacob inquilinum se in corpore queritur dicēs: Dies annorum vitæ meæ quibus inquilinus sum, pauci malīq; fuerunt: nō peruenerunt ad dies patrum meorum quibus inquilini fuerunt. At illi à seipso docto etiam oraculum redditū est hoc: Ne descendas in affectionem Aegyptum, sed habita in terra quā tibi indicabo, in mansione incorporea inuisibiliq; interim inquilinum age in hac visibili & sensibili essentia. vt ostenderet, sapiētem in sensibili corpore peregrē agere, cū patriam habeat verūmq; domicilium in virtutibus intelligibilibus, quæ ex ore Dei procedunt nihil differentes ab eius sermonibus. Moses autem, Aduena, inquit, sum in externa regione. Egregiē, ne hoc quidē honore corpus dignatus, vt inquilinū eius se profiteretur, sed alienum se ab hoc existimans. Ceterū malus vir ostendere volēs, vnā linguam vnūmq; labiū non in vocabulis situm, sed in societate facinorum, rursūm aggreditur negotium, & turrim tāquam arcē tyranno vitio struit, sodales omnes ad hoc opus con-

uocans,

uocans, vt paratam materiem suggerant, Venite, inquit, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Ac si dicat: Nūc permiscuimus & cōfundimus omnes partes animæ, vt speciei nullius vlla forma iam appareat: consentaneum igitur his cœptis fuerit, vt quando essentiam specie qualitatēque carentem, affectum & vitium assumpsimus, diuidamus eam vsq; in extremas qualitates & species, quo magis eas percipiam⁹, earūmq; vsumfructū, qui cognitus maiorē voluptatem pariturus videtur. Adestē igitur cogitationes omnes & ratiocinationes, tanquam vocatæ in senatum animæ, quotquot iustitiæ virtutūque omnium curatis pernitiē, vt collatis cōsiliis dispiciamus, quomodo assequi possimus optatum exitum. assequemur certē si rem gerēdam auspicabimur à fundamento hoc: vt informia formemus figuris additis, circumscribam⁹q; singula, ne vacillent & claudicent, sed fixa firmāque maneant, assumpta quadratæ formæ natura. hac enim cum sit inconcussa inflexāq; laterculi more, etiam quæ superedificabuntur sustinebit firmiter. talis structure quælibet aduersa Deo mēs, quem Aegypti, id est, corporis regē dicimus, inuenitur opifex. hunc enim Moses inducit delectari latericiis ædificiis. postquam enim aliquis aquam terrāmq; illam humidam, hanc solidam essentiam, ne dilaberentur corrumpereūque miscuit, & ex his duobus tertium quiddam vtrique cognatum effecit, quod lutum vocatur, in portiones hoc secare nō desinit, suam cuique segmento formam affingens, vt firma fiāt & ad structuram commoda. sic enim opus absoluitur non magno negotio. hoc imitati homines prauo ingenio, postquā brutos & nimios affectionum impetus miscuerūt cū grauissimis vitiis, secant eam temperaturam in species, quas fingunt formantque miseri, ex quibus cōtra animam arx celsa erigitur: dum sensus diuidūtur in visum, auditum, gustum, odoratum, tactū: affectus in gaudium, cōcupiscentiam, timorem atq; dolorem: vitiorum genus in imprudentiam, luxuriam, timiditatem, iniustitiam, & his cognata cætera. Nec desunt his etiā nequiores, qui non contenti hunc conatū suscepisse, etiam alios ipsis meliores, ad contemplatiuum genus pertinētes, cogunt lateres facere, & ciuitates munitas ædificare, suo regi, vt videri vult, intellectui: & hoc agūt, vt declarēt bonum seruire malo, affectus plus posse quā tranquillitatem animi, prudentiam cum virtutibus subditā esse imprudentiæ ceterisq; vitiis, vt necesse habeant dominorū imperata facere. Ecce, aiūt, etiā animæ oculus lucidissimus, puris-

t
simus.

simus, omnia cernēs acutissimè, cui soli Deum videre licet, nomine Israël, implicitus aliquando corporeis Aegypti casibus perfert iussa grauissima, vt lateres faciat & alia terrena opera cum ingenti labore ac vexatione: quapropter meritò dolet ac gemit, quippe qui hoc vnū suppetit, vberes in tātis malis lacryma. Nam rectè dicitur, quòd ingemuerū filij Israël præ grauitate operū. Et quis sanæ mentis videns vulgi opera, nimiaq; studia, pecuniæ gloriæ, voluptatum, non vehementer doleat, & ad solum seruatore Deum exclamet, vt ille mala subleuet, per solutòq; pro anima pretio, in libertatem eam vindicet? Sed quæ tandem est hæc libertas? Illi soli sapienti seruire, sicut testatur oracula in quibus dictū est: Emitte populum, vt mihi seruiat. Est autem proprium seruientium ei Qui est, vt nec pincernarum, nec pistorum, nec coquorum opera, nec alia terrena vlla fingant cōponantq; corpora in modum laterum: sed ascendat cogitationibus ad ætheream celsitudinem, præcūte Mose amico Dei carissimo. tunc enim manifestè contemplabuntur locū in quo Deus insidet rectus & immutabilis: & scabellum pedū eius lapidi sapphiro simile & firmamento cæli, videlicet mundum hūc sensibilem, qui per hæc significatur. decet enim vt fœderati scienciæ talium spectaculorum sint cupidi: & si non amplius, saltem illam imaginem videāt, verbum sacratissimum, deinde hunc mūdum etiam inter opera sensibilia perfectissimum, nam philosophari nihil est aliud, quàm his perspicēdis diligenter studere. sensibilis autem mundus scabellum Dei dicitur has ob causas. Primum vt liqueat, quòd creaturis nō insit causa efficiens: deinde vt discamus, quòd totus mundus non suo libero motu mouetur, sed gubernatur à Deo rerum dispensatore, qui salutariter clauum moderatur vniuersitatis, idq; sine manibus ac pedibus alijsq; creatis partibus iuxta doctrinā verissimam, non est enim Deus similis homini, quamuis nonnunquā docēdi causa dicatur de eo talia, dū nō possumus vltra nos ipsos sapere, sed ex nostris accidentibus de Ingenito illo coniecturas quasdam facimus. Illud quoq; perpulchrè se habet, quòd mundus assimilatur figuræ laterculi. videtur em̄ & ipse stare hærerèq; quantū visu percipitur, quāuis vtatur motu ocysimo, nullā nō præuolante creaturā. nā interdiu solē, noctu lunā, stare imaginatur oculi corporis: cū tñ nemo nesciat horū siderū cursum esse concitatissimū, quæ totū cælum intra vnā diem obeunt, sic & vniuersum cælum quod stare videtur in orbem circūuoluitur, qui

qui motus inuisibili diuinòque mentis oculo comprehenditur. Inducuntur autem hos lateres igni coquere: quod significat, affectus ac vitia calido motuòq; sermone confirmari, ne a sapientiæ satellitibus deleri possint, qui semper moliuntur eis perniciem: quapropter additum est, Fuerunt eis lateres pro saxis. Quod enim rarum ac fluidum est in bruto impetu, in naturam solidam resistantemq; constipatum & densatum, mutatum est rationibus validis & demonstrationibus certissimis, postquam contemplationes perceptæ virilem quandam maturitatem assumpserunt, quæ in tenera ætate diffluunt propter humiditatem animæ, nondū valentis impressas formas durare conseruareq;. Et bitumen fuit eis pro luto. non contrā lutum pro bitumine, videntur enim mali quæ infirma sunt communi e cōtra meliores, & fluxa dissolutaq; compingere, vt ex tuto in virtutem iaculentur. Sed propitius pater bonorum nō sinet illorum substructiones constabiliri, & non subsistente vano studio reddet eas labiles, tanquam molle lutum & fluidum. quod si lutum factum esset in bitumen, fortasse terrenum istud sensibile quòd est in fluxu continuo, sodalitatem accepisset perpetuam & durabilem. Sed quoniam versa vice bitumē in lutum mutatum est, bono simus animo. est enim certa spes fore, vt firmæ vitiorum munitiones excidantur per Dei potentiam. Itaq; iustus ille in magno cōtinuòq; vitæ diluuiò, nondum valens absq; sensibus animo solo res verè cernere, arcam, corpus inquam, intus & extra bitumine perungit firmitatis gratia. cessante verò & terrore & periculo tempestatis illius iam se remittētis, exiit adiutus intellectu incorporeo ad percipiendam veritatē. nam illud elegans ab ipsa natiuitate ingenū quod appellatur Moses, propria mundum habens in cuius ciuitatem ascriptum est, astrictum vni loco bitumine picèq; oblito corpori, putati se omnes rerum sensibus subiectarū imaginationes capere seruarèq;, deplorat se vinctum, incorporeā naturā desiderās: deplorat etiam inflatam & errantem mentem vulgi miseri, quæ pēdens à falsa opinione, putat inesse sibi aliquid certum firmūq;, aut in vniuersum creaturam vllam esse immutabilem, cū perpetuè stabilitatis exemplum in vno Deo sit propositū. Cæterum illa verba, Venite adificemus nobis ipsis ciuitatem & turrim, cuius fastigium vsq; ad cælum pertingat, tale quiddam subindicant. Ciuitates apud legislatorem non tantum vulgares istæ intelliguntur, verū etiam quas homines in animabus suis circūferunt.

hæ videntur exemplares, vt diuiniorem paraturam sortita. ille verò harũ imagines, cum constent ex essentia corruptibili. sunt autẽ duæ ciuitatis species, altera melior, altera deterior. melior in qua sub populari administratione reipub. ciues equo iure viuunt, legibus principatũ obtinentibus: hæc ad laudem Dei pertinet. deterior autem, adulterina, falsaq; monetæ, in qua penes vulgum est regimẽ, & inæqualitas est in pretio, præsidente iniquitate atq; iniustitia. in prioris ius probi ascribuntur, in posterioris ignauorũ multitudo, perturbationem magis quàm ordinem, & confusionem magis quàm bonam constitutionem diligens. Inspiciens autẽ socios postulat, non cõtentus peccatis propriis: hortaturque ad nauandam sibi operam nunc visum, nunc auditum, nunc sensus ceteros vt incunctanter præsto sint, & pro viribus suum quisque ministerium accõmodet. accersit etiam & cõcitat ceteras ceteras affectuum suapte natura indomitorũ, vt prælia meditando inuictus euadat. Hos igitur socios mens his verbis cõcitat: Aedificemus nobis ciuitatem, ac si dicat, partes nostras communiamus, circudemus nobis firma mœnia, ne simus expositi hostilibus incursionibus, distribuamur in tribus & curias, in quas adscribantur insitæ in anima potentia, & pars brutis cõtribuatur, pars rationalibus. magistratus autẽ eligamus nobis commodos, opulentiam, gloriam, honores, voluptates, per quos adipiscamur potentiam, exclusa iustitia paupertatem obscuritatẽq; afferre secum solita. Scribamus leges quæ faueant potentioribus, quorum vt reipub. vtiliorum, præcipua habẽda est ratio. in primis turris extruatur, quæ vitio tyranno sit pro arce regiãq; munitissima. cuius pedes in terra nitantur, caput ad cælum pertingat, magnanimitate ad tantam celsitudinem penetrans. nam certum est eam non in solis humanis iniquitatibus cõsistere, sed properare ad cœlestia per impios & Deo infestos sermones, dum aut cœli numen negat, aut prouidentiam eius, aut mundi conditi principium: vel si hunc creatum concedit, tamen & causas eius in certas putat, & motũ ei moderatum adimit, affirmans eum nunc perperam, nunc cõtumaciter agitari, sicut naues aut quadrigas circensũ: quæ nunquam sine gubernatore aurigãque feruntur cursu prospero. at prouidentia nõ interdum, sed humana sæpẽ diuina semper, bonum habet euentũ. nam error confessione omnium abest à diuina potentia. Proinde hac figura significatur, insanos homines malitiæ rationem tanquam turrim adificare, nihil aliud quæ-

rentes

rentes nisi vt nomen suum magnũ magis quàm bonum transmittat ad posteros. dicunt enim, Faciamus nobis nomen. nõ insignem impudẽtiam. quid ait? cum debeatis tenebris vestras iniquitates abdere, & prætextum si non verũ, certẽ verisimilẽ querere, vel ad ineundam apud honestiores gratiam, vel vt effugiatis pœnas confessorum criminum: audetis tantum non in clarissima luce vos ostentare, contẽptis & in iniis hominum, & suppliciis diuinitus infligendis sine clemẽtia? & insuper circumquaque rumores nuntiosque iniquitatum vestrarum dimittendos censetis, vt nemo nesciat, nemo non audiat vestra õ miseriac scelesti facinora? At quale tandem nomen cupitis? certẽ quale factis vestris conuenit. id verò est ne vnum solũ? genere fortassis vnum, sed in species distinctum innumeras, quas vel silentibus vobis opprobrabunt alij. inest enim vobis petulãtia cum impudentia, contemptus cum violentia, vis cum cæde, supra, cum adulteriis, cum immoderatis voluptatibus immensa cõcupiscentia, cũ temeritate insolentia, cum calliditate iniustitia, cum furacitate rapacitas, cum mendaciis periuria, cum iniquitatibus impietas, hæc sunt ista nomina, & his similia. bella verò gloriatio, captare celebritatẽ nominis ex his quæ cœlari debuerant. Sunt tamen qui valde sibi rebus talibus placent, putantes inde se lucrifacere præclaram existimationem apud homines, qui vltrices tam immanis audaciæ diras non effugient, non solũ præfagientes, sed & præuidetẽs suum interitũ, quos libetẽr sic alloquerer: Scitis fore vt dissipemini. Cur igitur peccatis? Sed fortasse morem insipientiũ proponit, qui etiam maximis pœnis nõ obscure sed manifestẽ impẽdentibus, ab iniuriis non temperant. sunt autem notissima artes malę, quas solet ferire diuina vltio, & pessimi quoq; cogitant Deum nõ ignorare ipsorum maleficia, nec se posse illius animaduersionẽ depellere. alioquin vnde sciunt se discipandos? attamen dicunt: Priusquam dispergamur.] Profectõ consciẽtia redarguit in pectore: & quanquam contemptores Dei stimulat, vt vel inuiti cogatur intelligere, humanas res administrari à natura præstantiore, & esse iustitiam quæ implacabiliter scelera vindicet, infensam iniustis impiorũ facinoribus, & eis etiam qui his patrocinantur. Verũ isti omnes sunt semper morientis, & nunquã emortuæ miseriac posteritas, illi quæ Caim nominatur. An nõ & Caim post natum sibi filium, quem nomine idem quod ipse significante appellat Enoch, inducitur ciuitatẽ condere, & quodam-

t iij modo

modo creaturas mortales ædificare, ad subuersionē rerum diuiniorem apparatus fortitarum? Nam Enoch interpretatur gratia tua. At impius quisq; opinatur quod cogitat & intelligit esse intellectus sui gratiam: quod videt, oculorū: quod audit, aurium: quod olfacit, narium: itidemq; cætera officia fert accepta suis sensibus, sicut & sermonem vocis instrumentis. Deum autē causam esse negat, aut contendit non esse primariam, ideo primitias agriculturæ suæ sibi reponit, cōtētus obtulisse Deo de fructibus, quāuis exemplum salubre haberet in proximo, nam frater eius primogenita, non secundarios gregis partus sacrificat, confitens antiquissimas causas esse penes autorem antiquissimum. at impius opinionē ruetur cōtrariam: intellectum habere suæ voluntatis potestātē liberam, & sensum sentire quicquid vult. iudicare enim verē liberēq;, hunc de corporibus, illum de omnibus. atqui adeo sunt reprehensibiles, & à veritate cōuincibiles, vt nihil suprā. nōne intellectus sæpe in rebus innumeris delirij coargutus est? nōne sensus omnes deprehēsi in falso testimonio? non pro tribunali rationis, quæ & ipsa falli potest, sed ipsa natura iudice, cuius incorruptissimū est iudicium, proinde cum & intellectus noster & sensus sit in lubrico, necessariò faciendū est Deum nobis impluere & cogitationē & vim percipiēdi. & hanc gratiā nobis cōferri nō à nostris partibus, sed ab illo cui totum debemus quicquid sumus. At arrogantes filij hæreditatem à patre acceptā cupiūt ad cælum extruere donec iustitia virtutis amica, vitiorū hostis, aggressa ciuitates cōmunitas cōtra miserā animā, & has demolitur & turrim, cuius nomen in Iudicū libro scriptū extat. id Hebraicè dicitur Phanuel, interpretatur autē Auersio Dei. nam quævis munitio quæ per ratiocinationes probabiles adstruitur, ad nihil aliud ædificatur, q̄ vt mentem diuertat & deflectat à cultu Dei, quo conatu quid esse possit iniquius? verum contra hanc turrim deprædator & hostis iniustitiæ suscipit expeditionē, qui Hebraicè vocat̄ Gedeō, & interpretatur prædonū receptaculū. Iurauit, inquit, Gedeon Phanuelitis dicēs: Cū victor in pace reuertar diruam turrim istā. Egregia cōminatio, decens animā hostiliter affectā erga malos & impios, fore vt subruātur omnes rationes quæ ducunt ad impietātē, & solet ita fieri. Cū em̄ mens cōuertitur, destruitur quod auersum fuerat. & quod iure mireris, huius demolitionis tempus ait esse nō bellum sed pacē. mētis em̄ stabilitate quietēq; quā pietas solet parere, subuertitur omnis ratiocinatio

tio quā struxit impietas. Sunt etiā multi qui sensus in modum turris extollūt tēpore, vt ad cæli fines pertingāt. per cælū autem noster intellectus significatur, in quo præstātes diuinæq; nature versantur. Hæc qui audēt, sensum intellectui præferūt, volentes expugnare intelligibilia per sensibilia, facerēq; seruos è dñis. & vice versa è seruis dños: Cæterū illa verba: Descēdit dñs vt videret ciuitatē & turrim.] figuratē accipiēda sunt. nā credere q̄ Deus accedat aut recedat, aut descēdat ascendatq;, vel in totū sicut animalia mouentur, stet moueaturve, impietatis est deporandæ in extremas, vt vulgus loquitur, insulas oceani. Sed ista humano more legislator de Deo dicit, quāuis haudquaquā humana forma prædito, ad vtilitatem discētium, vt iam antè non semel admonuimus. Quis enim ignorat quod descendens alio loco relicto alium occupat? Deus autem implet omnia, non cōtētus sed continens, qui solus vbiq; simul & nusquam est. nusquam, quia ipse locum & regionem creauit vnā cum corporibus, nefas est autorē intra vllam suam creaturā includi. Vbiq; autem, quia potētis suis per terram, aquam, aërem, cælum extensis, nullam partem mundi destituit, sed omnia inter se inuicem astringit inuisibilib⁹ vinculis, ne vnquā soluantur, plurimū laudādus hoc nomine quod enim celsius est omnibus potētis, intelligitur eas excedere, cū eas in potestate habeat. virtus autē illa omnipotēs quæ cōdidit & gubernat omnia, verē De⁹ dicit, omnia cōtinens in gremio, & omnia penetrans vel minima. id inuisibile incōprehensibilēq; numen cū sit vbiq;, nusquā tamen verē cernitur aut percipitur, & cū dicit: Sto ante te, videtur quidem se ostēdere, sed maior est quā vt vel indicari possit vel videri ab vlla creatura. Ergo migratorij mot⁹ nomina nequaquā Deo cōueniūt, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, prorsum, retrosum: nec tale quicquā intelligitur de illo qui locū nō mutat, nihilominus dicitur descēdens visere, qui omnia prius etiā q̄ fiant præuidet manifestissimē: vt doceamur monemurq; ne quis homo de absentibus rebus & incertis putet se posse certam coniecturā facere, sed propius introspecto negotio diligēter cūcta perlustret. visus enim certus potius quā fallax auditus, testis adhibēdus est. quapropter in optimē cōstituta rep. lege cautū est ne quis audita dicat pro testimonio, quia iudicium auditus naturaliter facile est corruptorib⁹. Apud Mosē quoq; inter vetita legitur: Nō admittes auditionem vanā. vbi nō tantū interdicit, ne quis falsum sermonē aut stultū accipiat auri-

bus: sed docet quod ad manifestam veritatis perceptionem longe minus quam visus idoneus habeatur auditus, cum sit refertus vanitatibus. Hanc censemus esse causam cur descendisse dicatur Deus ut civitatem ac turrim viseret, nec temere additum est, Quam edificarant filij hominum.] Fortassis enim profanus aliquis cavillabitur: Novam verò rem nos docet legislator, turres atque civitates non ab aliis edificari quam filiis hominum, quis adeo demens est, ut hæc tam manifesta nesciat? Verum non ista obvia prostrataque consideranda sunt in sacris oraculis, sed vestiganda quaeruntur sub his apertis vocabulis. Quid igitur hoc est? Qui rebus multos quasi patres tribuit, & multorum deorum cateruam introducunt, negotia confundentes per imperitiam, & animarum sine voluptati assignantes, opifices dictæ urbis eiusque arcis, si verum fatendum est, facti sunt: quas ad finem illum deducunt extruendo tanquam ædificia, ipsi non ab similes opinor natis est scorto, qui à diuina cõcione arcetur lege dicente, Non intrabit natus est meretrice in ecclesiam domini. Isti enim quasi passim iaculantes sagittarum, qui in nullum scopum præstitutum tela dirigunt, innumera principia causasque rerum creaturarum supponunt, falsas omnes, cum vnum factorem patremque universitatis nesciant: sed qui scientiam habent, vnius Dei filij appellatur merito, sicut & Moses fateretur dicens, Filij estis domini Dei. & alibi: Deum qui te genuit. & Nonne hic ipse pater tuus est? Qui sic affecti sunt, solum honestum bonum existimant, quæ est arx ab huius belli peritis contra finem voluptatè sectantium opposita, ut illum expurgatum tollant è medio, quod si nondum quisquam dignus ut Dei filius appelletur, tum tamen da operam ut ornatus sis sicut verbum eius primogenitum, angelus antiquissimus, & quidam variarum appellationum archangelus: videlicet principium, nomen Dei verbumque dictus, & homo factus ad imaginem, & videns ille Israël. Quamobrem superius adductus sum ut laudarem eos qui sui generis initia referunt ad unum virum communem parentem, nam si nondum idonei sumus ut nominemur Dei filij, si minus saltè sermonis illius sacratissimi, qui eius sempiterna imago est, imago enim Dei est verbum illud antiquissimum, hoc genus multis in locis lex filios Israël etiam nominat, videtur illius auditores, quandoquidem post visum auditus secundum honorem meretur, & qui discunt, posthabendi sunt eis qui absque præceptore manifestas subiectorum formas percipiunt. Proinde veneror in Regum libris sacras literas, ubi qui post multas artes flagitiose vixerunt, tamen ad stirpis autorem David hym-

norum

norum diuinorum poetam referuntur, qui viuis vidensque ne proanos quidem eorum agnouisset pro suis posteris, animarum enim quas virtus immortalitati consecrat, non corruptibilium corporum soboles, in posteritate bonorum virorum censetur. ceterum de his qui se iactant ob iniusta facinora, dicit dominus: Ecce genus vnum & labium unum omnium: ac si dicat, Ecce una familia cognatioque pariter omnium, nemine mutante sententiam, nec discrepante, quemadmodum & musicæ imperiti consonant, nam & horum vocis instrumenta interdum modis omnibus inconcinna sunt & dissona, ut nihil inter eos conueniat, nisi quod pariter discrepant. Idem & in febribus vsuvenit ut videmus, nam & quotidiani & tertiani & quartani ut medicorum filij vocant circuitus, statas horas habent nocturnas diurnasque, & eundem semper seruant ordinem. Porro illud: Cœperuntque hoc facere, non sine indignatione dictum est: quod malefici non contenti humanæ societatis iura violasse, ad cælum sint ausi scaudere, iniquitatem seminantes, & metentes impietatem, sed nihil proficiunt miseri, nam qui se mutuis iniuriis afficiunt, sapè consilia quamuis ab ipsis damnata, perducunt tamen ad effectum, impij verò non item. Numen quod impetunt, illæsum manet, ipsi maculam contrahunt inelubilem, & ordiuntur quidem iniuriam, sed nihil efficiunt. Propterea sic dictum est: Cœperunt facere. Homines inexplebiliter peccandi auidi, non contenti facinoribus terra marique patris & in aere, quæ sunt elementa corruptibilia, decreuerunt naturæ cælesti ac diuinæ inferre manus impias: quæ cum inter creaturas non censetur, est extra omnem aleam iniuriæ, quæ etiãsi maledictis appetatur, nihilò habet de reterius, nec à sempiterna sub natura dimouetur, sed maledicis calamitates infert haud unquam medicabiles, siquidè etiãsi cœptis frustratis non potuerunt ad destinatum impietatis suæ finem peruenire, nihilò minus ac si cogitatum facinus perpetrassent, damnandi sunt, & hoc est quod ait absolutam turrim ab eis, quamvis penderet adhuc, dicens: Dominus descendit ut viseret civitatem ac turrim, non quam edificaturi erant, sed quam edificauerant, & quod argumentum est imperfectæ structuræ: Primum ipsa res satis liquet, nulla enim terre pars valet cælum attingere, ob causam supradictam, quia nullum centrum tangit suam circumferentiam, deinde, quoniam æther sacratus ignis, flamma est inextinguibilis, iuxta Græcæ nominis etymologiam, $\omega\rho\rho\alpha\ \&\ \tau\epsilon\ \alpha\iota\theta\epsilon\rho\mu$, quod vere significat, testis est sol ignium pars cælestium, qui ex tanto inter-

uall

uallo intima terra: penetrat suis radiis: nec tantum hanc, sed & aërem, qui ad caelestem usque orbem ab ea pertinet, licet suapte natura frigidum, partim refoecit partim exurit. nam quaecumque aut multum distant ab eius orbita, aut ad latus alterutrum declinant, refoecit tantummodo. quae vero aut propinqua sunt aut directe opposita, maiore vi caloris exurit, quae cum ita se habeant, non erat opus ullis fulminibus contra conantes ascendere, cum alioquin ausus illi magnifici euanesceret. Quod subindicatur per ea quae mox sequuntur: Desuerunt, inquit, aedificare ciuitatem & turrim.] Dubio procul non quia perfecerat eam, sed quia confusio secuta prohibuit quominus perficerent: nec tamen effugerunt crimen perpetrati facinoris, qui consilium tam immane non dubitarunt aggredi. certe augurum illum & prodigiorum procuratorem, vanis coniecturis studentem (vanus enim interpretatur Balaam) lex ait populo videtur maledixisse, quauis in verbis eius erat fausta precatio: mirum ni non respectu dictorum eius quae diuina prouidentia recudebat in quandam meliorem monetam, sed mentis ipsius, cui noxia magis obuersabantur quam vtilia. pugnant autem haec inter se se suapte ingenio, coniectura cum veritate, vanitas cum scientia, diuino furore carere diuinatio cum sapientia: & quauis aliquis conatus per insidias alterum interire frustratus est, nihilominus homicidij reus est, sicut decernit super hoc casu scripta lex. Si quis, inquit, conatus fuerit proximum suum dolo perdere, & ad altare confugerit, abstractum afficies supplicio. Atqui conatus tantum, non interemit. at par est maleficium, patrasse cedere, & decreuisse. quapropter ne supplicii quidem venia datur, sed est sacrario duci iubetur qui concepit tantum nefarium consilium. profanus est autem & nefastus non solum quonia animae per virtutis usum fructum valeri perpetuo viuere, per vitiorum assultum eadem molitus est: verum etiam quia Deum facit fauorem ausus impij. nam refugium id significat: quonia multi volentes euadere propria crimina, & debitae poenae eripi, facinus suum referunt in Deum, nullius mali auctorem, sed bonorum omnium. proinde pium habetur tales vel ab ipsis delubris abstracte. Extat autem insignis poena contra impietatis assertores, quae fortasse quidam insipientes non damnum sed lucrum arbitrabuntur. non deficient, inquit, ab eis omnia quaecumque aggressi fuerint facere. O infinitam & immensam miseriam: omnia quaecumque aggredietur mens demeritissima, succedunt ex sententia: nec magnus nec parvus conatus frustrabitur ullus, vltro negotiis animae

occur

occurrentibus & sese praebentibus. haec sunt animae viduae indicia peccatis absque impedimentis omnibus. nam quisquis est non prorsum insanabilis, optarit se consilio mentis destitui, ut cum furtum aut adulterium aut homicidium aut sacrilegium aut aliquid simile tentat committere, successu careat, & innumera inueniat obstacula. nam cohibitio maximum morbum arcet iniustitiam, quod si adsit licentia, ille vitari non poterit. Et adhuc tyrannorum fortunas O beati suspicitis, quibus proclive est quiduis efficere, quod rabido efferatque animo concipiunt: imo gemenda est illorum conditio. siquidem inopia & infirmitas malis prodest, bonis vero potentia cum opibus. Certum quidam ex insipientium numero postquam sensit ad quantam infelicitatem perducit libertas peccandi, ait. Maior est culpa mea quam ut remittatur. Est enim valde graue animam sine freno sinere per se imdomitam, quae habentis aegre coercetur & scutica. quam obrere oraculum propitij Dei plenum bonitate spem exregiam ostendat disciplinae amatoribus, quod sic est redditum: Non dimittam te neque deseram. nam laxatis animae vinculis, quibus continentur, maxima sequitur calamitas, a Deo deserit, qui suas ipsius potentias circundedit rebus omnibus tanquam fortissima vincula, & his, eas indissolubiler adstrictas esse voluit. quin & a Iubi dicit, quicquid ligatur vinculo purum esse, quando impuritate causa est dissolutio. Caue igitur quoties vides aliquem quilibet expedite facere, mireris tanquam fortunatum: sed potius ut infelicem miserare, cui virtutum sterilitas, vitiorum vbertas perpetua contigit. Nec illud in transcurso & leuiter expendendum est, quid sibi velit quod ibidem ex persona Dei dicitur: Venite descendamus & confundamus linguam eorum.] videtur enim quosdam alloqui tanquam operationis socios. idem & antea de hominis creatione dictum legitur. Dixit, inquit, dominus Deus: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ubi vox Faciamus, pluralitatem significat. & rursus dixit Deus: Ecce Adam factus est sicut vnus est nobis, ut noscat bonum & malum. nam illud vnus est nobis, non de vno sed de pluribus ponitur. Dicendum igitur illud primum, nihil in rebus aequiparari Deo, sed hunc esse vnum regem ducem principem, a quo solo fas est administrari ac dispensari vniuersa: nam illud, Multos imperitare malum est, rex vnicus esto. Non ad ciuitates & homines magis pertinet, quam ad mundum & Deum. Vnum enim vnus factorum, patrem, dominum esse, necessum

sum est. quo concessio, at texta sunt quæ inde consequenter dependent. quænam illa? Deus cum sit vnus, dici non potest quam multas habeat socias potentias, quæ salutem rerum procurant, quædam etiam plectunt noxios. ea verò pœna non est damnosa, cum peccata castiget ac coerceat. per has item potètijs ille incorporeus intelligibilisq; mūdus compactus est, exēplar huius mundi visibilis: quod cōstat ex ideis inuisibilibus, sicut hic poster ex corporibus visibilibus. Vtriusq; pulchritudinē admirati quidam, nō solum ipsos totos consecrauerūt, verū & patres eorum præcipuas, solem, lunam, cælū, non veriti eas deos appellare, quorū cogitationē Mōses intelligēs, inquit: Domine, domine, rex deorū. vt indicaret eum esse præstatiōrē quàm subditos. Est & in aëre animarū incorporearum sacratus chorus, asseclarum cælestiū. nam has solent angelos nominare diuina oracula. hic vniuersus exercitus in suos digestus ordines, imperatoris summi iussa exequitur, & huic vni moderatori suo, sicut fas est, obsequitur: in quibus copiis nō licet reperire desertorē ordinis. Rex ipse his ministerijs stipatus, vtitur eis dūtaxat ad ea negotia, quæ decet nō à solo Deo tractari: quāuis enim nullius ope indigeat pater omniū, qua subleuetur quoties vult aliquid facere: tamē videt quid se, quid creaturas deceat, & quædā potètijs subditis efficienda permittit, ne his quidē concessa facultate in totū libera, vt ne quod erratū in generatione admittatur. Hæc igitur necessariò primū dicenda habui, nunc dicam quid inde colligitur. Animalū naturæ prima diuisio fit in partes, brutā rationalēq;: rationalis pars subdividitur in mortalem speciem & immortalē alterā, mortalē hominū, immortalē animarū incorporearū, quæ versantur in cælo & in aëre. hæc vitiorū expertes sunt, sortē adeptæ felicē nullisq; calamitatib⁹ obnoxia, quippe quæ non alligantur corpori miseriarū domicilio. bruta quoq; carēt vitijs, sicut & mēte, proinde non fiunt rea peccati voluntarij, quādo nulla præcedit deliberatio. solus prope modum ex omnibus homo habēs bonorū malorūq; scientiam, sæpenumero eligit contemnenda, fugit sectanda magno stultio, quapropter meritò peccati spōtē admissi reus peragit. conuenienter igitur huius creationem Deus cum sub præfectis suis communicat, dicens: Faciamus hominem: vt & benefacta eius ad ipsum autorē solum referantur, & peccata ad cæteros socios. nā ipsi omnipotēti non erat cōueniens, in rationali anima viam ad vitia sternere: quam ob rem ministris eam partē faciend

faciendam commisit. nam complementum totius operis postulat vt volūtario contrarium iungeretur inuoluntariū. & hæc quidē hactenus dicta sint. superest & illud cōsiderādum, Deum bonorum tantūmodo causam esse, mali autem prorsus nullius: quādoquidem ipse bonum omnium antiquissimum est & perfectissimum. Decet autē suæ naturæ propria operari optimum optimas improborum autem pœnas per eius ministros sanciri. attestatur meis dictis illa verba perfecti meditatoris: Deus qui nutrit me à iuuentute mea, angelusq; eripit me ex malis omnibus, hic quoq; nūc fatetur, germana bona, quæ studiosa virtutis animas nutriunt, ad solum Deum autorē referenda: malorū autem portionem cōmissam angelis, ac ne his quidem liberam puniendi facultatē habentibus, ne cui ad perniciē tendenti salutaris illa natura occasionē præbeat, quapropter dicit: Venite descendamus & confundamus. hanc enim censuram meretur impij, vt beneficæ alioquin, benignæ propitiæq; potètiæ pœnas ab eis exigat: quas Deus sciens humano generi vtilis, per alios statuit. oportebat enim castigationem adhiberi, sic tamen vt perēnes gratiarū fontes nullis malis miserētur, non solum his quæ verè mala sunt, sed etiam quæ esse videntur. Nunc quærendum quæ sit illa confusio: at quomodo quærendum? sic opinor. Sæpè ignotos ex similiū & eiusdem generis collatione cognoscimus. ad eundē modum etiā res quæ per se non facile noscuntur, manifestè apparebunt per cognatarū similitudinem. Quid est igitur cōfusione simile? mixtura, sicut à maioribus traditur, & temperaturā: mixtura in aridis reb⁹, tēperatura in humidis. est igitur mixtura, corporum diuersorum perturbata cōiunctio: quasi quis hordeū, triticum, pisum, cæterasq; frugū species in vnum acruum cōgerat. tēperatura verò non est coniunctio, sed dissimilium partium mutua penetratio, quarum semel tēperatarum qualitates arte quadam secerni queunt, quod dicunt in vino & aqua cōtingere. nam hæc duo si vniantur, temperaturā conficere, quæ nihilominus redire possit ad qualitates pristinas si em spōgiam imbuas oleo, aquam ea colligi, vinū relinqui. fortasse quia spōgia ex aquis genita cognatū liquorē ex temperamēto attrahit, vinum verò vt alienum respuit, at confusio fit cum penetratibus se inuicem partibus qualitates earū pereunt, vt corruptis rebus quæ prius fuerāt: vnus noua, & à prioribus diuersa existat generatio: quod accidit in medicorum compositione quam vocant tetrapharmacum: quæ constat opinor è cera, pice, resina,

refina, & adipe: quæ semel composita non possunt arte vlla separari, ut redeant ad qualitates pristinas. sed cū singulæ nusquam appareant, ex omnibus corruptis vna egregia facultas conficitur. Quoties autem Deus minatur cōfusionem cogitationibus impiis, ea nō singulis tātū vitiorum speciebus earūmq; viribus intentatur, sed & operibus eorum quæ fiunt de cōmuni sententia: ne vel singula, vel cōmunicatis consiliis, vires colligant ad delendam partē prastātioem. quapropter ait: Cōfundamus ibi linguam eorū, ne audiāt vocem quisq; sui proximi.] ac si diceret, muta sūdāq; faciamus vitia singula, ut nec loquendo nec assentiendo damnū dent. Hæc est nostra super hoc textu sententia. Qui verò aperta solū & obuia sectantur, putāt hic describi ortum linguarū Græcarum ac barbararū. quos equidem nō accuso: fortassis enim & ipsi rectē sentiunt: attamē admonitos cupio, ne hæcenus processisse contēti sint, sed transeant ad tropologiam, sic existimādo, diuina oracula esse vmbas quasdam corporū: ceterū quæ per has significātur, esse res verissimas, id si quis animo cecutienis parū intelligit occasionem ab ipso legislatore porrectā non negligat, vel hoc ipso in loco. Cōfusionē enim rem hanc appellat: qui si voluisset solū ortū linguarum indicare, aptius diuisionem appellasset quā cōfusionem. nō confunduntur enim quæ in partes distribuuntur, sed discernuntur potius: ut nō minor pugna sit inter hæc vocabula, quā inter res ipsas. est enim cōfusio, sicut iam dixi, facultatum simplicium corruptio, quæ simul cōgesta, vna quāpiā generat. separatio verò est vnius in plura sectio: sicut cū genus aliquod in plures diuiditur species. Itaq; si ille solus sapiens voluisset vna loquelam in plures partes diuidi, aliis aptioribus & magis propriis vsus fuisset appellationibus: puta diuisionem dicendo, aut distributionē, aut separatiōē, aut aliquid huiusmodi, nō cōfusionem, quæ planē cōtrarium significat. Verū hoc nūc est propositum, diffidere vitiorū constipatū cuneum, irritare horū fœdera, societate conuellere, copias fudere fugarēq; imperium vicertere, quod erat communitū iniquitatibus maximis. Videntur ut opifex ille noluit conspirare partes animæ: nō oculi possunt audire, nō aures cernere, nō olfacere labia, nō gustare nares, nō ratio fungi officio sensuum, sicut nec sensus valent in vocē erūpere. norat enim ille artifex, nō expedire ut hæc se inuicē exaudiant: satius esse, ut singulæ animæ partes intra suas functiones consistant, & inconfusæ maneat: idq; non minus conferre animam

mantium generi, quā priuatim ipsis potentiis. ediuersò vitia deducta sunt in confusionem & extremā perniciem: ut nec colatis viribus, nec priuatis conatibus, detrimentum afferant paribus melioribus, & hoc est quod dicit: Dispercit eos dominus illinc: ac si diceret, dissipauit, eiecit, profligauit. nā spargere aliquando ad incrementum & augmentum pertinet, aliquādo ad interitum & perniciem. Vult autem ille rerum plātator Deus, honestatem esse omnibus insitam, dispergi verò & exulare extra mundi terminos impietatem execrabilem, ut tandem tollatur è medio ciuitas vitiorum, cum infensis virtuti moribus, impietatis turrim substruētibus. his enim dissipatis quotquot per insipientiæ tyrannidem coacti sunt solum vertere, vno edicto reuocantur in patriam: quod ipse Deus promulgat, disertē dicente oraculo. Etiam si dispersus fueris à summo celo ad extremitatem eius aduersam, sic quoq; te colligā. Itaq; concentum virtutum à Deo foueri decet, vitia verò dispergi & profligari. nec est aliud nomen quod vitio magis conueniat quā cōfusio. id quod euidentis est in quouis insipiente, qui verbis, cōsiliis, factis improbatis confusisq; vititur.

PHILONIS IVDÆI,

Vita sapientis per doctrinam perfecti, siue de legibus nō scriptis, hoc est, de Abrahamo.



SERAE legis quinque voluminum primū vocatur & intitulatur Genesis, ob mundi generationem sic nominatum, quam in principio continet: quamuis in eius reliquo res innumera insertæ sunt bello pacēq; geste, item sterilitates fertilitatesque, penuriæ copiaque, adhæc maxima clades terrarum, incendium & diluuium, & ediuersò reparatio felixq; proventus animalium pariter atq; stirpiū: put ferebant vel aëris temporūmq; quorannis alternantium temperatura, vel mores hominum aliās virtuti ditorū, aliās vitiiis. Sed quoniam ista vel partes mūdi sunt vel accidentia, mundus

dus autem ipse opus perfectissimum ac plenissimum, ab eius generatione liber denominatus est. de suo opificio quantum potui diligenter tractavi in superiore volumine. Nunc quoniam ordo postulat ut leges scrutemur, dilatis ad tempus particularibus earum ceu imaginibus, generaliores & quasi exemplares primum disquiremus. Hæ sunt viri qui rectè ac sine culpa vixerunt, quorum virtutes publicatae sunt in sacrarum literarum tabulis, non tantum ad laudem illorum, verum etiam ad lectores in aemulationem prouocandos. fuerunt enim illi animatae rationalesq; leges, duabus de causis venerabiles. altera, quoniam ostendunt quod præcepta legis à natura non discrepant. altera, quod hinc liquet non esse opus magno labore ad exigendam vitam iuxta legum regulam, quando illi præci ante leges singillatim proditas non scripto iure vni pari facilitate atq; felicitate vixerunt; ut merito quis dicere possit, leges scriptas nihil aliud esse quam vitarum patrum commentarios, in quibus eorum dicta factaq; narrantur. nam illi scholas nullas frequentauerant, nullis præceptoribus vni fuerat, sed à seipsis instituti doctiq; ordinem naturæ secuti sunt, quæ lex est dubio procul antiquissima omnium quam ipsi ius summum fasq; rati esse, totam vitam suam vtrò ei subdiderunt: fortuitas autem res precibus & supplicationibus commendantes Deo propicio, hac quoq; parte vixerunt feliciter, accedente ad promptam rectè agendi voluntatem diuina quoque prouidentia: Quoniam igitur principium paradorum bonorum spes est, etiam hanc tamquam publicam viam ostendit & aperit anima veri boni studiosa, quæ primum amicum spei nominat hominem, vocabulum totius generis commune tribuens ei per excellentiam: nam Chaldaei hominem Enos vocant: ac si solus verè homo sit, qui res bonas expectat, & bona spe se sustinet. Vnde manifestum est, quod spe carentem non hominem existimat, sed bestiam humana forma præditam, cui desit spes proprium ornamentum humanæ animæ. Quamobrem cum vellet egregiè laudare hunc bene sperantem, postquam dixit: hic sperauit in patrem & in factorem omnium: subiicit, Hic est liber generationis hominum, quamuis iam & patres & aui quidem erant. Sed illos mixti generis autores censebat, hunc autem puri putiq;, quod rationale verè dicitur. nam sicut Homerus inter ceteros innumeros poeta per excellentiam vocatur, & atramentum quo scribimus, quamuis atrum sit quicquid albo opponitur, & ἄφρων Athenis è nouem magistratibus præcipuus, cuius no-
uem

men in factis distinguit tempora: eodem modo bene sperantem hominem per excellentiam nominat, secretum à vulgo ignobili, & indigno tali appellatione. Nec minus rectè librum generationis veri hominis dixit, non extra propositum, quandoquidem hic bene sperans celebratione memoriæque dignus est, non in chartulis corrupendis à tineis, sed in immortalis naturæ, penes quam sunt commentarij virtutum omnium. quod si quis initium numerandi faciat à primo illo terrigena, hunc à Chaldeis Enos, à Latinis nominatum hominem, quartum inueniet. Quaternarius autè inter numeros honoratur apud alios quoque philosophos, qui incorporeis & intelligibilibus essentiis delectantur, sed præcipuè apud Moysen illum sapientissimum, qui extollens quartum numerum ait eum sanctum & laudabilem, sicut in præcedente opere dictum est. Sanctus autem & laudabilis est qui bene sperat, sicut ediuersò profanus & vituperabilis qui non sperat, timore semper vtens malo consiliario. negat enim vllas duas res tam infestas esse inuicem, quam spem & timorem: & merito. nam vtraque est expectatio, altera bonarum rerum, altera cõtrà malarum, inter quas naturas nulla possunt intercedere fœdera. Hactenus de spe dixisse sufficiat. quam in foribus ceu iantricè natura collocavit, intus verò ceteras virtutes regias, quas adire licet nemini qui non prius hanc vnam demeruit. p̄inde legislatores & leges passim promulgatæ pro magno negotio habent replere bona spe animos ingenuos. qui verò absque alieno hortatu bene sperat, non à scripta, sed ab innata sibi lege discit hanc virtutem. cuius ipsa natura autor est. post spem secundum ordinem tenet pœnitentia peccatorum & correctio. ideo deinceps memorat in melius mutatū hominē Enoch dictum Hebrais, id est, gratiosum, de quo sic legimus, quod placuit Enoch Deo, & non est inuentus, quoniam transtulit eum Deus.] nam hæc translatio versionem & mutationem significat. fit autem in melius, quandoquidem fit per Dei prouidentiam. quicquid enim Deo fauente agitur, omnino bonum est ac vtile: sicut inutile quicquid citra opem numinis. Rectè verò & illud dicitur, Non est inuentus, de translato: eo quod prior vita culpabilis euauerat, ut non inueniretur amplius, ac si ne fuisset quidem vnquam antea. vel quod non facile inueniatur qui ad potiorem ordinem transeat: quia vitium suapte natura late patet, ideo vulgò notissimum: virtus rara est, ut vix paucis contingat. & alioquin etiam vir improbus per fora, theatra, tribu-
nalia,

nalia, curias, conciones, omnesque cœtus atque sodalitates hominum cursitat, quippe curiositati assuetus, linguam habens sine ullo sine modoque & iudicio volubilem, commiscens, confundensque omnia, veris mendacia, dicendis celata, priuatis publica, sacris profana, seriis ridicula, ignorans silentium rem esse pro tempore ac loco pulcherrimam. proinde arrectis auribus, quo satisfaciat suae curiositati, bonos malos rumores captat, ut mox aut gaudeat aut inuideat. est enim qui vis malus ingenio malitioso, inuido honestati aduerso: ediuerso probus quietae vitae amator secessum & solitudinem diligit, latere ignotus cupiens, non societatis humanae odio, est enim cum primis amans hominum: sed quia fugit vitia quibus vulgus delectatur, laetum rebus dolendis, gaudio dignas agrè ferre solitum. Quapropter inclusus domi se plerumque continet, vix unquam limen transcendens: aut quo salutatores crebros deuitet, abdens se in aliquod rusculum solitarium, suauius victurus cum viris praestantissimis, quorum tempus aboleuit corpora, solis virtutibus eorum superstibus, quae in literis profusa voraque oratione prodita ad posteritatis memoriam, in meliorem frugem reducant animas. Quamobrem dictum est, quod translatus non inueniebatur, videlicet vestigatu & inuentu haud facilis. Traicit igitur in eruditionem ex ignorantia, in prudentiam ex imprudentia, in fortitudinem ex timiditate, in pietatem ex impietate, ex voluptatum amore in temperantiam, ex ambitione in modestiam, cui mutationi non opes, non regnum, non imperium conferendum est. Nam si verum fateri volumus, diuitiarum, non illarum caecarum, sed acutè cernentes, sunt virtutum possessio: quae cum sit vera & legitima, longè praestantior censenda est, quam isti adulterini & falso nominati principatus. Sed meminisse debemus poenitentiam secundo post integritatem gradu consistere, sicut post sanitatem corporis reualescentiam. Ergo perpetua perfectio stat proxima diuinae potentiae: ceterum processu temporis ad meliora transitus, est propria dos bene nate animae, quae contemptis puerilibus studiis, per solidiora & magis virilia contendit ad tranquillam constitutionem, discurrentem per cogitationes honestissimas. ideo merito post poenitentiam subsequitur Deo charus virtutis amator, quem Hebraice Noë, Latine quies, siue iustus, vocabitur, nominibus sapienti convenientissimis, id quod de iusto manifestum est. Nihil enim iustitia melius, quae principatum inter virtutes, tenens, ornat earum chorum maximè. Nec minus quies, cum ediuerso praeter naturam motus excitare tu-

multus

multus, turbas, seditiones, atque bella soleat, quae improborum sunt negotia. At honestatis amatores quietam, immotam pacatamque vitam praeferrunt. & hoc est quod à seipso non dissentiens vates sabbatum Hebraeorum septimum quemque diem, quietem nominat: non, ut quidam putant, quia post sex dierum spatium populus abstinebat à consuetis operibus, sed quia septenarius numerus, tam in mundo quam in nobis confessione omnium habetur pacatissimus, & à seditione, bello, contentione alienissimus. Attestantur mihi quae nobis insunt potentia. Harum enim sex indefinenter bella terra marique concitant, quinque sensus & sermo qui profertur, illi desiderio sensibilibus, quibus se non potiri agrè ferunt: hic per os infrene, multa silenda effutens. At septima potentia, nempe mens ceterarum dux, quando in potestate illas sex retinet, & praedormitis eis in secessum se recipit, amans solitudinis & contenta secum ipsa colloqui, nullius externi confabulatoris indigat: tum demum à curis ac negotiis mortalibus liberata, vitam serenam tranquillamque complectitur. In tantum autem scriptura magnificat hunc virtutis amatorem, ut in sermone eius non more aliorum auos, proauos, maioresque ceteros, recenseat, siue paternos siue maternos, sed virtutes quasdam, tantum non disertè clamitans, nullam aliam familiam, cognationem, patriam, sapientis esse praeter virtutes & harum actiones. Haec sunt, inquit, generationes Noë. Noë homo iustus, perfectus in generatione sua, Deo placuit. Vbi sciendum quod hominem non vulgari loquendi forma, rationale mortale animal vocat, sed per excellentiam eum qui verè suo respondet nomini, eiectionis ex animo immanuetis, rabidis ferinisque vitiorum affectibus. Argumento est, quod post hominem addit iustum, dicens, homo iustus: quia nemo iniustus est homo, sed potius bestia humana forma praedita, in solum autem iustitiae sectatoris nomen hoc competit. Hunc etiam perfectum fuisse ait, per hoc docens, non unam eum virtutem, sed omnes habuisse, singulis usum pro tempore. Posthac tanquam in sacro certamine victorem ornat amplissimo praconio, eum Deo placuisse pronuntians: quo quid esse potest in rerum natura potius? cum sit manifestissimum honestatis ac probitatis indicium. Si enim qui Deo displicent sunt miseri, quibus placere contigit, proculdubio felices erunt. Nec alienum videtur à proposito, quod post laudatas tantas virtutes in homine, adiecit perfectum fuisse in sua generatione: indicans eum non absolute, sed collatum ad eius aetatis ceteros bonum fuisse. Nam non multo post

v ij memo

memorabit sapientes alios, virtute incōparabiles, qui non cum malis collati meliores & illis anteferēdi iudicati sunt, sed quia felicem naturam adepti, seruarunt eam incorruptam: nec effugerunt scelerata studia, sed ab initio manserunt ab eis integri: cumq; potissimum bene dicēdi faciendiq; haberent studium, vitam exegerunt ornatissimam. Admirandi sanē homines, qui liberales ingeuōsq; appetirus secuti, nec imitabātur ceteros, nec per contentionem quicquam agebant, nihil nisi iustum ac honestum sibi optando: Mirandus tamen & ille qui ætatis suæ præstantissimus, nullis rebus est implicitus, quas vulgus diligebat tantopere: huic secundæ partes laudis debentur, illorū verò primam palmam natura esse voluit. Magnum tamen fuerit vel in secundo loco consistere: quid enim nisi magnum & ambiendum vel dat Deus vel accipit? argumento est gratiarū excellentia, quas hic vir consequutus est. Quoniā enim vberimus proventus iniquitatum ac impietatum fuerat illo tēpore, adeo vt omnis regio, gens, ciuitas, domus, & vnusquisq; priuatim repletur malis studiis, certatimq; de primatu in vitiis cōtenderēt: dum quisq; proximum conatur præcurrere, nihil sibi ad extremam malitiam reliquum faciens: ea propter Deus meritò indignatus, quod animal omnium, vt videbatur optimū, & cognitione cælesti dignatum propter cōmunicatam rationem, per virtutē quam exercere debuerat, cōplexum esset malitiam, nec vllam eius omisisset speciem, pœnam decreuit conuenientem, vt omnes eius seculi homines deleret vno diluuiō: nec tantum incolentes campestria loca & humilia, verum etiam in celsissimis sitos mōribus. Nam oceanus elatus æstu quāto nunquā antea, per fauces valido imperu irrupit in nostra maria: quæ mox insulas ac continentem subitis inundarūt fluctibus. Accesserūt & fontium perennium, & amnium indigenarum torrētiumq; alij super alios affluxus, qui coniuncti & diffusi etiam in altum creuerunt. Nec aër cessabat interim, obrecto cælo toto cōtinuis nubibus procellis quoq; furentibus: simul tonitruum crepitus, micationes fulgurum, ictusq; fulminū intermixtis largissimis imbribus faciebāt vt videretur totus mūdus abire in naturam aquarū: donec è supernis cataractis infernisq; fluētis tanta moles vndarum succreuit, vt nō campi tantum & depressa loca operirentur, sed & altissimorū montium cacumina. Omnes enim terræ partes submersæ sunt, vt illa oppressa mūdus magna sui portione mutilaretur, & qui prius integer fuerat, mācus, quod cogita

cogitatu dictūq; nefas est, esse videretur. Quin & aër, nisi qua lunari circulo vicinus est, penè totus absumptus erat, pulsus aquarū violentia, quæ regionē eius inuaserāt. Secuta est satorum arborūq; perniciēs, quæ sicut ariditatē, ita nimiam humiditatem non ferunt. Interibant & innumeri greges animalium mansuetorum simul & ferorū. Nec mirum si præstantissimo genere humano pereūte, nullum superesse sinebatur è deterioribus, quæ in vsum dominorū seruituti addicta fuerāt. In hoc tot tantorum malorum confluxu, quæ tempus illud afferebat (omnium enim mundi partium præter cælestes natura luxata fuerat, quasi morbo quodam correpta grauissimo ac pestifero) vnica familia iam dicti viri iusti Deoq; chari seruata est, qui accepit summa duo munera. Alterū quod dixi, nō interisse cum ceteris omnibus. Alterum, vt nouus autor haberetur instaurati humani generis. Cōcessit enim ei Deus, vt & finis & initiū generis nostri fieret, finis ante diluuium, post diluuium verò principium. Talis fuit vir ætatis suæ optimus, & tale præmiū sortitus est, sicut docet sacra scriptura. Dictarū porrò trium animarum siue vitæ rationum, ordo miram habet harmoniam, perfecta enim, ab initio est integra: mutata verò, semiperfecta, cuius priora tēpora vitiis dicata, posteriora virtutibus, ad quas translato domicilio migratum est. Illa autem sperabunda sicut nomen, ipsum indicat, defectum habet, semper quidem boni cupida, nondum tamen eius cōpos, sed nauigatibus similis, qui properantes in portū appellere, adhuc marina iactatione distinentur. Hic est prior ternio virtutem desideratium, nunc superest, vt de poriore altero dicamus. Nā ille videtur similis disciplinis puerilibus, hic verò virorū athletarū exercitiis, paratium se ad sacra certamina, qui neglecta corporis habitudine animæ prospiciunt, cupiētes victoriā de aduersariis affectibus. Ceterū qua in re quisq; præcellat, omnibus ad vnū eundemq; finē contendētibus, aliās dicemus diligētius: nunc quæ simul de tribus dicēda sunt nō silebimus. Eiusdē omnes sunt generis, eiusdēq; familiar. Nā vltimus filius est medi, nepos verò primi, omnes amici chariq; Deo amātes, verū Deū, & redamati ab eo: qui dignatus est, sicut indicant oracula, propter vitā ipsorum probatissimā, cōmunem cum eis appellationem habere. Suum enim coaptauit cum illorū nominibus, è tribus cōpositum vocabulū sibi vindicās. Hoc, inquit meū nomen est æternū, Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob, relatiuum pro Absoluto: & meritò,

Deus enim non habet opus nomine. Attamen humano generi suum nomen elargitus est, ut habentes refugium ad preces & supplicationes, à spe bona non excluderentur. Hæc videtur quidem de sanctis viris dicta: significant tamen naturam à nostra noticia remotiorem, & præstantiorem quam sunt ista sensibilia. Est enim probabile sacro eloquio describi modos animæ bonos omnes: quarum alia per doctrinam, alia per naturam, alia per meditationem ad virtutem aspirat. Nam primus nomine Abraham, virtutem doctrina quæritam significat: medius Isaac genuinam naturam; tertius Iacob usu ac meditatione paratam, non ignorandum tamen: horum singulos præditos fuisse tribus his potentis, sed nominatos ab ea qua magis quisque pollebat. Nam nec doctrina sine natura meditationemque potest perficere: nec natura ad optatam metam peruenire absque disciplina & exercitatione: nec meditationem, nisi fundata in natura doctrinamque. Conuenienter igitur trium, verbo quidem virorum, re autem virtutum, nomina iuncta sunt: Natura, Disciplina, Meditatio, quas alio nomine totidem Gratias homines vocat: vel quod gratuito largitus sit Deus nostro generi has tres potentias ad vitæ perfectionem: vel quia se ipsa donant rationali animæ munus elegantissimum: ut etiam sempiternum illud nomen indicatum in oraculis, non magis de tribus viris intelligi queat, quam de tribus dictis modo potentis. Nam hominum natura mortalis, virtutum immortalis est. Videtur autem rationi consentaneum, ut æternus ab æternis rebus denominetur potius quam à mortalibus, quando æternitati cognata est immortalitas, mors verò inimicissima. Illud quoque non ignorandum quod primus ille homo terrigena, pater ante diluuium naturam inducitur: instaurati verò humani generis iustus hic, qui solus ex vniuersali clade fuerat ereptus cum sua familia: propter iustitiam virtutesque cæteras. Hinc autem venerandum ternionem & probatissimum sub vno genere comprehendunt diuina oracula, dum gentem sanctam vocant, & regale sacerdotium. gentis autem vim nomen indicat. nominatur enim Hebraicè Israël, quod interpretatur videns Deum, at visus, oculorum quidem inter omnes sensus est præcipuus, quo solo percipimus res pulcherrimas, solem, lunam, cælum, mundum vniuersum. mentis autem excellit inter omnes potentias animæ, visus enim mentis nihil aliud est quam prudentia, quod si cui contigit non solum rerum naturam notitia, verum etiam patris factorisque omnium, is se sciat summam felicitatis artigisse fastigium. nihil enim est Deo superius, ad quem si quis peruen-

peruenit obtutu animæ, præcandum est ei ut possit ibi consistere. Nam ardua viæ laboriosæ tardæque sunt: descensus autem per procliuia, qui tractim magis sit quam gradatim, & velox est & facilis. & sunt multa quæ deorsum deprimunt, quæ nihil possunt efficere, quando Deus animam temperatam suis potentis, vehementiore momento ad seipsum attrahit. Hæc in commune de tribus necessariò præfati, deinceps dicendum habemus, quibus in rebus excellentiores fuerint singuli, & à primo exordiemur. qui pietatis & summæ virtutis sectator factus, Deum sequi studuit, & præceptis eius obedire, ratus non ea tantum præcipi, quæ ipsi soli vel verbo aliquo vel facto indicabatur: sed & illa quæ natura multò clarius docet per visum inter cæteros sensus veracissimum, multò certiore quam auditus est. Quisquis enim naturæ ordinem contempletur, & eximiam quadam huius mundi rem publicam, vel silentibus præceptoribus discit sub legibus & in pace viuere, componens se ad exemplar pulcherrimum. Sunt autem manifestissima pietatis argumenta, quæ scripturis continentur. Quarum ordinem sequendo, à primo incipiemus. Oraculo percutus, quo iubebatur migrare deserta patria, cognatione, paternaque familia, haud secus quam si è peregrinatione domum redire iussus esset, iter acceleravit in regionem exteram, rem factam se habere putans, si mandatum exequeretur celeriter. Quis alius putaram constans fuisset ac pertinax, ut non flecteretur affectu cognationis & patriæ, quarum innatum & coalitum est cuique desiderium, magis, aut certe non minus, quam membra corporis. testes sunt legislatores, qui secundum ab extrema capitali poena atrocissimorum criminum conuictis statuerunt exilium: profectò non secundam, quantum equidem verè iudicare possum, sed aliquanto grauiorem: siquidem mors calamitatum finis est, exilium verò non finis, sed nouorum malorum initium, dum cuitata vna sensu carente, innumeræ mortes sentiuntur. Alij negotiationis augendamque rei familiaris causa nauigant, alij legationis: nonnulli amore visendi regiones exteram, aut eruditionis parandam, ad peregrinationem tracti lucris cupidine, aut iuuandam patriam temporibus difficilibus, aut cognoscendi quæ prius nesciuerant, delectandi & adiuuandi animi gratia. Quantum enim cæci cedunt videntibus, tantum præstant peregrinari nunquam egressis patriam. Omnes tamen ad patriam solum properabundi, videre id & salutare gestiunt, complecti familiares, frui gentium & amicorum mutuo conspectu longè iuuen-

disiimo: adeò vt aliquoties remorâibus se negotiis, ppter qua reliquerunt domesticos, abrumpant ea nō ferentes gratissima rum necessitudinū desiderium. At hic noster cum exiguo, vel penè nullo comitatu, quamprimū iussus est, demigravit, animo prius in nouam coloniam profectus quàm in corpore, mortaliū rerum desiderio cedente amorī cęlestium. Seposita igitur cura popularium, tribulium, familiarium, amicorum, cognatorum paterno maternōq; sanguine, ad hęc patrię, morū consuetorum simul educatorum & vitę sociorum, quę singula magnā vim habent ad retrahendum a proposito, libero expeditōq; conatu quāprimū potest demigrat, primū ē Chaldęa, regione illo tempore admodum fortunata, in Carrēsem agrum: deinde non multō post hinc quoque in locum alium, de quo dictūri sumus, sed prius lectore præmonito: quòd dictę migrationes iuxta seriem scripturę, viri sapientis fuerunt: sed iuxta leges allegorię, animę virtutis studiosę, verū Deum quærētis. Nam Chaldęi cum primis exercitati siderali scientia, omnia tribuētē stellarum motibus, à quibus credebant dispēfari mundi potentias quę constant ex numeris eorūmq; proportionibus, venerabantur istas res visibiles, nō percipientes inuisibilia & intelligibilia, scrutantes illarum tantū ordinem: atque ita ē solis lunę, stellarum erraticarum fixarūmq; circuitibus, & anni in quatuor tempora distincti vicibus, consensūq; rerū cęlestiū ac terrestrium, mundum ipsum existimabant esse Deum, profana opinione creaturam facientes creatori similem. huic innuitus dogmati, & per tempus longum chaldaico imbutus delirio, tāquam post altum somnum aperto mentis oculo, postquā purā lucem pro densis tenebris cępit intueri, secutus eius splēdorem, animaduertit quod prius non viderat: præesse mundo quendam aurigam gubernatorēmq; qui operis sui saluti prouideat, curator tutōq; partium eius etiam, quę diuina cura dignę sunt. Ergo vt confirmaretur mentis eius visio, sic admonetur diuinitus. Heus tu, magna plerūq; cognoscuntur signis exiguis, quę intuitus aliquis, imaginationum infinitarum mole premitur. proinde vale dicto Chaldęis quorū professio est scrutari cęlestia, demigra ē magna mundi ciuitate aliquātisper in minorem aliam. sic enim facilius videbis mundi præsidē. & hoc est cur prima migratio sit in agrum Carrensem, quia Charran specus dicuntur, per quos significantur regiones nostrorū sensuum, per quas tanquam cauernas vnusquisq; illorum solet prospicere

spicere ad subiecta sua percipienda. sed dicat aliquis, nullū esse horum vsum, nisi mens inuincibilis, ceu latens quidam histrio suas vires intus exerceat, modò contractis modò remissis nervis, mouēs sistēsq; sua ludicra. Hoc igitur exēplum cū habeas domesticum, facile quod scire cupis, poteris discere. Nisi fortē putas, in te quidem mentis imperata totum corpus omnesque sensus vnanimiter facere: mūdum autem opus omnium maximum atque pulcherrimum, à quo ceu partes dependēt reliqua cuncta, destitutum esse sui regis prouidentia, per quam sit incolumis, & administretur legitime. Nec mirādum est, si eum nō conspicis, quādoquidem nec tuum cernis animum. Hęc si quis secum ipse reputet, non ē longinquo, sed ē proximo documenta capiens, videlicet ex seipso rebūsq; ad se pertinentibus, cognoscet manifestē, quòd mundus nō sit ille primus Deus, sed opus primi Dei patris vniuersorum: qui cū ipse sit inuisibilis, ostēdit omnia, paruorum ac magnorū naturas indicans, corporeis enim oculis non dignatur aspici: vel quia sempiternum à mortali cōrectari nefas est, vel propter nostri visus infirmitatem. Nec enim potuisset capere profusos ab eo Qui est radios, quādo ne solis quidem splendorem valet aspicere. Habemus autē argumētum euidentis huius migrationis, qua mens astronomiā & chaldaicam opinionem reliquit. memoratur enim quamprimū profectus, est ille sapiens, Deum apparuisse Abrahamo, cui, videlicet prius non fuerat conspicuus, quando more Chaldęorum intentus erat siderū cursibus, extra mundum & sensibilem essentiam nullam prorsus naturā intelligibilem percipiens. at postquā solum vertit, necessariò cognouit mūdū esse subditum non dominum, nec regere, sed regi ab autore suo: quod mens tūc primū apertis oculis didicit. nam prius sensibilia magnam ei caliginem offuderant, quam vbi discussit calidis & ignitis dogmatibus, vix tādē potuit velut in serenitate pura eū qui prius latuerat, cernere. ille verò pro sua humanitate venientem ad se animam non auersatus, sed obuiam progressus, ostendit suam naturam, quatenus videri poterat: quam ob rem non dicitur, vidit sapiens Deus: sed Deus apparuit sapienti. non enim erat possibile, vt aliquis per seipsum comprehēderet eum Qui verē est. ni ille se vltro videndum præbuisset. Testatur hoc etiā mutatio nominis. prius enim Abram vocatus, mox cępit appellari Abraham, vnus tantū duplicatione literę, videlicet A, sed quę magnū quiddam significabat. Abram

enim interpretatur pater sublimis: Abrahā verò pater electus vocis. Prius indicat virum astrologicum & meteorologicum, Chaldaeorum placitis tanta cura deditum, quantam solent parentes impendere suis filiis, posterius verò, sapientem, nam per vocem sermo qui profertur subindicatur: per patrem, mens cuius principatus est, nam sermo qui concipitur intus, naturaliter pater est, ut antiquior, ferens quæ dicenda videntur, cæterum quod additur electus, bonitatem declarat. Quicquid enim malum, confusum & indigestum est: bonū eligitur, ut præcipuum inter omnia. Itaque meteorologico viro nihil omnino maius mūdo videtur, quē etiam rerum autorem existimat. At sapiens certioribus oculis videns illum perfectiorē intelligibilem rectorem & principem, cuius dominium agnoscūt cætera, & imperata faciunt, sæpè antea actā suam vitam incusat, in qua cæcus tenebras palpās nitebatur rebus sensibilibus suapte natura infirmis & instabilibus: ac rursus in secundam profectioem vir bonus oraculo monitus mittitur, non iam ex altera ciuitate in alteram, sed in regionē desertam in qua vagus degat, nō agere ferens errorem & sedes incertas ac inconstantes. Quod tamen quis alius tulisset æquo animo, si derelictis propriis ædibus, insuper ab omni vrbe prohibitus, protraheretur in loca inaccessa & deuia? quis non verso itinere domū repetisset propere, neglecta spe proposita, cupiens præsentē egestatē effugere, & stultitiā reputās propter incerta bona inuolui malis certissimis? Solus hic afficiebatur aliter, iucundissimam vitam existimans secessum à multitudine. Sic enim natura comparatū est, ut qui Deū inuenire cupiunt, amicam ei solitudinem diligant, hoc primū modò imitati beatam illam ac felicem essentiam. Atq; ita demonstrata vtraque sententia, tum ea quæ tanquam de viro loquitur, tum ea quæ tanquam de anima intelligitur, ostendimus & virum & mentem amabilem: illum quod oraculis obsequēs passus sit se distrahi à rebus charissimis: hanc verò, quia tādē respiscens valedixerit rebus sensibilibus, iam non credens ut antea, sensibilem hunc mundum esse primum Deum & maximum: sed cogitatione ascendens altius ad contemplandam alteram naturam intelligibilem, simulque rectorem ambarum & opificem. Hæc sunt rudimenta Deo chari hominis sequūtur mox non contemnenda facinora, sed eorum magnitudo non cuiuis apparet, solis his conspicua, qui virtutem degustauerūt, & res vulgò mirabiles fastidiunt libenter præ bonis animæ potioribus

rioribus. Approbans igitur Deus factum quod diximus, mox bonum virum egregiè remunerat, cōiugium eius à potente & immoderato quodam in periculum adductum, intactum seruans & incolume. Cuius periculi hæc fuit occasio. Cū diu laboratum esset frugum penuria, iam propter squalores, iam propter imbres nimios, vrbes Syriæ continua fame pressæ desertæ fuerant ab habitatoribus, aliis aliò dispersis quarendi victus gratia. Abraham quoque audita Aegypti felicitate abundantiaq; cuius campi solenni stagnatione fluminis rigati, copiosas segetes proferunt, auris tempestiuis nutritas ac maturatas, illuc se cum tota familia contulit. Erat ei vxor animi corporisque dotibus ornatissima. Has visa quidam Aegyptiorum optimates, admirati pulchritudinem (nihil enim eximiū latere potest) rem ad regem suum deferunt. Is accersit mulierem, & forma eius captus, semota hospitalis iuris reuerentia, morem gesturus suæ cupiditati, voluit ea prætextu nuptiarum potiri. At illa in aliena regione apud impotentem & crudelem principem destituta auxilio, quando ne maritus quidem malum impendens depellere valebat, potentiorē metuens, ad eam quæ supererat opem diuinam confugit. tum Deus propitius miseratus hospites, & protector factus iniuriam patientium, graues pœnas & criatus magnos inflixit regi, ita ut animo corporeq; laboraret morbo non simplici, & amorum voluptatumque oblitus, longè diuersas curas agitarer, quoniam modo euadere posset è tormentibus præsentibus, quibus cōtinuis interdium noctūq; molestabatur. Quam eius pœnam sensit & tota regia, eo quod nemo se tantæ iniquitati opposuerat, sed vno consensu omnium tantum non manus extrema sceleri fuerat imposita. In hunc modum pudicitæ mulieris consultū est, mariti verò pietatem ac probitatem Deus illustriorē facere dignatus est. exhibens ei maximum virtutis præmium, illæsam intactamq; vxorem, quæ minimum à constupratione abfuerat, mater mox futura non filiorum filiarumq; sed gentis integræ, & quidē Deo gratissimæ, quippe cui contigerunt vates ac sacerdotes in publicū vsum totius humani generis. Audiui tamen & naturæ interpretes nō ineptam afferētes allegoriam, qui hunc maritum aiebant significare bonum intellectum, ex nominis interpretatione conuicentes hæc dici de bona anima. Huius vxorem esse virtutem, quæ Chaldaicè nominatur Sarra, Latine princeps, eo quod nihil æquè principes & magistratus deceat. Cōiugium verò,

corpo

corporum quidem, voluptas cōciliat: cogitationum autem purificationis cupidarum copulam, qua perfectis virtutibus iunguntur, curat sequestra sapientia. Quæ duo conubia sunt diversissima & planè contraria. Nam in genere corporeo masculinam profeminat, quam excipit fœmina. Cōtrā in congressu pertinente ad animam, virtus quæ censetur fœmina, suapte natura profeminat cōsilia bona rationesq; probatas, & dogmata vitæ utilissima. Intellectus autem qui mariti tenere ordinē videtur illa sacra diuinæque semina suscipit: nisi forsan error est in nominibus, dum invocabilis masculinā formam intellectus habet, virtus fœmininam. Quod si quis res ex utroque nominum amictu nudas purasque inspiciat, sciet virtutem suopte ingenio masculinam esse, ut quæ mouet ac afficit, & honestos conceptus honestarum actionum atque orationum suggerit: ediuersò intellectum rem fœmineam quæ mouetur, eruditur, adiuuatur, & in totum æstimatur ex affectione, quæ quidem ei sola est salutifera. Siquidem etiam pessimus quisque virtutē verbis honorat, & extollit in speciem: sed monita eius nemo nisi probus recipit, Quamobrem Aegypti rex, per quem significatur intellectus amator corporis, mimū agens tanquam in theatro, fingit amorem temperantiæ cum sit ipse intemperans, & sobrietatis ipse luxu perditus, & iniustus iustitiæ, accersens ad se virtutem, ut apud vulgum existimationem præclaram sibi cōparet. Quod vbi videt ille supernus spectator omnium Deus, qui solus animi secreta perspicit, pertæsus fucatā improbitatē arguit inclemētibus cruciatibus. At quibus ad hoc instrumentis vitur: nimirū quibusdā virtutis partibus, quæ quoties subintrant, acerbos dolores excitant. Tormentum enim est insatiabilis cupiditatis frugalitas, & lasciuia continentia. Sic gloriosus cruciatur felicitate modestiæ, & iniustus dum iustitia habetur in pretio. incōmodè enim in vna anima habitant duæ cōrariæ naturæ, virtus & vitium. Quapropter quoties congregiuntur, atroces seditiones & pugnas concient. Quamuis virtus sedatissimo est ingenio: quam aiunt solere quoties imparē se veretur aduersario, prius virium suarum periculum facere, ut configat si qua se ostendat spes victoriæ: sin minus, ne descēdat quidem in certaminis aleam. Vitium enim vinci se turpe non putat, assuetū ignominia. At virtus hoc probrū fugitat, cui maxime gloria cōpetit, cuius innato amore aut vincere vult, aut certè inuicta pmanere. Hæc est igitur de qua dixi Aegypti libido &

& inhospitalitas: ediuersò libet admirari hospitalitatē hæc passus, qui meridie cōspicatus tres quasi viatores, quorum diuiniorē naturam ignorabat, accurrens suppliciter petiit ne transirent eius tabernaculum, sed introgressi paterentur se tractari ciuilitè. Hi cum nō magis ex verbis quàm ex mente intelligerent eum serio agere, incunctanter annuerunt: quo impetrato præ lætitiā gestiens, appropinquauit omnia quæ postulabat extemporalis tractatio. Vxorem appellat, Sine mora fac è tribus mēsuris subcinericios. ipse ad armentum contendit, & ablatū inde tenerū opimūmq; vitulum tradit famulo: Mactat ille & apparat celeriter. Nemo ad humanitatis officia segnis est in sapientis familia, tam mulieres quàm viri, tam serui quàm ingenui, prōptè ministrat hospitibus. Qui recreati magis animo quàm apparatu hospitis, eiusque insigni honorificentia, maiorem spe referunt ei gratiam, per vnum è tribus præcipuum ei polliciti nasciturum breui germanum filium. Omnes enim simul loqui parum decorum fuisset: ciuilius erat vnius verbis ceteros annuere. Sed ne promittendo quidem rei tam incredibilis fidem faciebant. Iam enim ambo coniuges effœti senio sperare liberos desierant. Ferunt mulierem quā primū hoc audiuit risisse: mōxq; admonitam, num putaret quicquā apud Deum impossibile, risum reuerenter negasse. Norat enim Deū posse omnia, quod penè ab incunabulis didicerat, ac tum demū mihi videtur augustiorē quàm antè agnouisse hospitum imaginē, aut vates quosdam, aut angelicos spiritus humana forma velatos visa sibi videre. Hæc viri inhospitalitas maioris virtutis fuit auctarium: ipsa verò virtus erat pietas, de qua superius diximus, cuius certissimū indicium est quod de hospitibus nunc memorauimus. Quod si fortunata domus visa est quibusdā, in quam viros sapientes diuertisse contigit, non facturos id, ac ne introspecturos quidem, si vidissent intus aliquod animæ vitium insaniabile: equidem dicere non possum quid huic domui defuerit ad summam felicitatem, in qua apud homines hospites excipi sustinuerūt angeli, sacra diuinæque nature, ministri ac subprefecti Dei optimi maximi, per quos ille ceu legatos & nūcios quicquid libet humanum genus præmonet. Qui poterant enim vel iutra primum limen subsistere, ni sciuisent totam domum ad nutū patrisfamilias paratam: ceu naualem turmam bene cōstitutā, ad vnum celestis sui gubernatoris: qui poterant conuiuarum & hospitum speciem sumere, ni pro cognato conseruōq; suum conuiuat

conuiuatore habuissent: Certè sic existimandum est, ad eorū introitum partes omnes domus profecisse in melius, afflata aura quadam virtutis absolutissimæ. Cōuiuium autem exactū per significationem grata voluntatis erga hospitem. & per simplicitatem morum, colloquiāque apta tempori. Sed prodigio simile, non esurientes esurire visos, & nō edentes edere. Verūm hæc per consequentiā: illud longè maximum fuit miraculum, hos carètes corpore assumpsisse figuras hominum in boni viri huius gratiā. Alioquin quid opus erat his miraculis, nisi vt exhiberent se viro sapienti vidēdos clarius, quē summus ille parēs talē esse nouerat? Hactenus de textu huius scripture, superest vt dicamus de sensu eius latēiore. Signa vocalia conceptum mentis significant. Cū igitur anima illustratur à Deo tanquam in meridie, & tota quanta est repleta luce intelligibili, eiusq; splendore circūfusa ex vmbri eximitur, tres imagines vni^o subiecti percipit, vnā ipsius rei, duas reliquas tanquā vmbra ab ea reditas: quale quiddā accidit & in luce ista sensibili versatibus, in qua stantium aut mouentiū se duplex aliquando vmbra existit. Caue tamē putes de Deo dici vmbra proprie: abusus est hic nominis, in hoc rātum adhibiti, vt res fiat euidentior. Veritas em aliter se habet. Sed vt quā proximè ad veritatem sermo accedat, medius est ille pater omnium, proprie nominat^o in sacri literis Qui est: vtrunq; latus claudunt antiquissimæ & proximæ eius Qui est potentie: quarū altera opifex, altera regia vocatur. illa Deus, per quam condita dispositaque sunt omnia: hæc verò dominus. Fas est enim vt creatura à creatore suo regatur. Atq; ita medius ille vtrinq; stipatus suis potentiis, perspicaci menti nunc vnā, nunc tres imagines exhibet. Vnā, quando exactissime purgata anima: nec solum cæteram numerorum multitudinem, sed & vicinum vnitati binariū supergressa, ad illam simplicem, sinceram, nullius omnino indigam ideā properat. tres verò, quando nōdum magnis initiata mysteriis, adhuc minoribus operatur, nec potest eū Qui est, sine alio per se solum comprehendere, sed per ipsius acta, aut cōditorem aut regē omniū. Est autem hæc secundaria, iuxta prouerbiū, nauigatio, non aliena tamen à pia sententia. At prior ille modus, non tātum affinis est opinioni piæ, sed ipsa opinio, vel magis omni opinione antiquior, omni existimatione potior veritas. Explicabimus rē clarius. Tres sunt in moribus humanis ordines, quorum quisque sortitus est vnā ex dictis imaginationibus. Optimus mediam

diam, scilicet eius Qui verè est. Sequens verò dextram, scilicet beneficam, cui nomen Deus. Tertius in altero latere sitam, scilicet regiā, quæ vocatur dominus. Proinde optimi mores ipsum qui per se est, colunt, non distracti à quoquā alio vt qui ad vnū tendunt vnus honorem. cæteri partim per beneficam potentiā commendantur, & innotescunt summo patri, partim per regiā. Quod dico tale quiddam est. Homines quando sentiunt prætextu amicitie quosdam ad se accedere lucri captatores, suspectos auersantur adulationem veriti & fucatam mansuetudinē, vt valde damnosam. At Deus vt tutus ab iniuria, omnes quocūque modo volentes illum colere libenter admittit, neminem omnino repellens, tantum non coram appellans animam aures habentem hoc oraculo. Prima præmia ferent, qui me colūt propter me ipsum. secunda, qui sic sperant se cōsecuturos bona, mala euasuros. quamuis enim istorum mercenaria sit religio, & insincera captatrix, tamē intra diuini templi sacra septa versatur, non foris oberrat. Proinde me propter me colētibus propono quæ amicis debētur præmia: cæteris qui propter vsus proprios, nequaquam vt amicis, nec alienis tamē. Nam eos quoque accipio qui potentia mea benefica frui cupiunt, imò & eos qui metu regiæ potestatis placant eam vt pœnas effugiant. noui enim quod hi nec deteriores fiēt, & insuper in melius proficiēt, cōtinuè in religione pura & sincera pietate sese exercēdo. Quāuis enim modis omnibus ea differant, vnde orti placere cupiūt, non sunt tamen accusandi, cum vnum scopum & finem colendi me propositum habeant. Quod autem vnus subiecti triplex sit imaginatio, siquet non solum ex contemplatione allegorica, verum etiam ex ipsius scripture narratione. Cū enim ille sapiēs suppliciter orat tres viatoribus similes, vt suo velint vti hospitio, alloquitur non tātquam tres, sed tanquā vnum, dicens: Domine si inueni gratiam coram te, ne prætereas seruum tuū.] Nam hæc verba, domine, apud te, ne prætereas, similiāque, ad vnum, non ad plures, dici conuenit. Iam verò in hospitio inter cætera comitatis officia, rursus cōuiuatori suo pollicetur vn^o, ac si adesset solus, legitimi filij natiuitatem, dicens: Reuertēdo veniam ad te iterum hoc eodem tempore, & habebit filiū Sarra vxor tua.] Sed apertissimè ac certissimè significatur idē in sequentibus. Sodomitarum regio pars Chananeæ terre, quā nunc Syri Palæstinam nominant, in finitibus iniquitatibus referta præcipuè propter ventris, libidinum, cæterarūque voluptatum studia

studia, iam diuino calculo iudicata fuerat. immodicus autē ciuium luxus ē superflua rerum copia habuerat originē. accedentem enim ad bonitatē agri, aquarū cōmoditate, omnis generis fructuum quotannis prouentus erat maximus. est autem ingēs malorum initium, vt quidam, non malē coniectās, dixit, nimia bonarum rerū copia. quarum satietatem quidam nō ferentes, tanquā iumenta, lasciuunt à cēruce exculsis naturæ legibus, verū ad meracas potationes, cibos opiparos, & nefarios cōcubitus. Nō solūm enim in fœminas insaniedo corrūpebāt alienos thalamos, sed & cū masculis rem habebāt masculi, nil reueriti naturam cōmunem parrantibus & patiētibus, & irritam generā ferentes nulla secutura progenie. Nec quicquā proficiebat reprehensio, violentis concupiscentiis coacta cedere. Atque ita paulatim assuefacti viri pati muliebria, effœminatum morbū sibi cōciliauerunt insanabilem. Recepta enim in corpus fœminea mollicie, animos etiam reddiderunt ignauissimos, quantum in ipsis erat totum corrupētes genus hominum. Nam si Græci vnā cum barbaris hos imitati conspirassent in tales coitus, desertæ fuissent omnes deinceps ciuitates, tanquā exhausta pestilētia. Tum Deus seruator & amator hominum, misericordie tactus, naturales quidem virorum ac mulierum propter gignendam sobolem conuentus, auxit vt cum maxime. Immani autem illos, & nefarios coitus exofus, aboleuit, & rabidos eorū patratores aggressus, non vulgari aliquo, sed nouo mirādōque affecit supplicio. Inductis em̄ subito nubibus, iussit eas imbrē, nō aqua, sed ignium pluere. Cūmq; in morem niuis dēsissimā indefinenter flāma deorsum ferretur magno impetu, ardebant arua cum pratis, & condensa saltuū, palustris quoq; materies & intima nemorum. vrebātur eodem incendio campestria, segetes cum suis frugibus, cōflagrabant & arbusa montium, trunci vnā cum suis radicibus, urbana quoq; & rustica aedificia, moenia ceteraque opera publica non minus quā priuati parietes: atq; ita vnus dies frequentissimas ciuitates vertit in busta suorum ciuium, structuras verò lapideas & ligneas in cinerem & minutissimum puluerem. Vbi verò supra terram flammis absumpta fuerunt omnia, terram ipsam vorabat incēdium, ita vt exustis penitus vitalibus nihil superesset vnde vel fructus vel herba germinaret, in hodiernum vsq; malo durante. Nam fulmineus ignis nūquam extinguitur, aut serpit aut vaporat: quod oculis ipsis creditur. extāt em̄ argumenta cladis veteris, fumus

exhalans

exhalās perpetuò, & sulfur quod ibi foditur: Felicitatis autē pristina signum euidentis reliquum est vna ciuitas cū agro suo ipsa frequenter habitata, agrum verò colens pabulo frumentōque vberem & valde frugiferum, vt vindictæ diuinæ indicium maneat. Quæ nō ideò dicta sunt, vt magnitudinem eius nouæ mirandēq; calamitatis ostederem, sed vt illud docerem, quod cū illi sapienti oblata sit virorū trium species, duos tantū ad excisam regionem eloquia diuina dicunt venisse, vt delerēt eius incolas, cū tertius indignos aduentu suo diceret, is, quantum equidem intelligo, erat ille Qui verè est, æquum iudicans vt bona per se ipsum largiretur, contraria verò ex sequenda suis potentiis relinqueret, & sic solorum bonorum autor præcipuus, mali verò nullius existimaretur, id quod mihi videtur & reges ad imitationem naturæ diuinæ facere, dum per seiplos gratias porrigunt, pœnas per alios sanciunt. Quoniam autem ē duabus potētis altera benefica est, vltrix altera, meritò vtraq; ad regionem Sodomitarū venit, cuius præcipuæ ciuitates quatuor perdendæ erant incendio, vnā verò seruanda illæsa & incolumis. oportebat enim per vlttricem administrari perniciem, salutem verò per beneficā. Sed quoniā etiam seruata pars nec integras nec perfectas virtutes habebat, à potētia quidē eius Qui est adiuta fuit, tamē præsentis cōspectu nequaquā digna habita. Hæc est aperta & vulgaris narratio. occultior autem & paucis nota, his qui mores animarum perquirunt non formas corporum, mox dicetur. Ista pentapolis figura est quinque nostrorum sensuum, qui vt instrumenta voluptatum, omnes eas tam magnas quā paruas conficiunt. Aut enim ad aspectum rerum formarūmq; variarum, tum inanimarū tum animatarū, voluptatem capimus, aut ad auditum vocum modularū, aut ad gustum cibi potūsque, aut ad odoratum vaporum suaueolentium, aut ad tactum rerum molliū, calidarum, & leuiū. ex his quinque sensibus tres maximè belluini feruilesque sunt, gustus, odoratus, tactus: quibus pecudes & feræ ventri atq; inguini deditæ maximè rrahuntur attonitæ. totos enim dies noctēsque aut alimenta insatiabiliter in se ingerunt, aut ad coitum rapiuntur. Duo reliqui philosophantur & regunt ceteros, visus & auditus. tardiores autem & quodāmodo magis fœmineæ sunt aures quā oculi, qui ad visibilia properant fortiter, & non expectato motu illorum, vltro in occursum festinant, vt ea percipiāt. At auditus vt tardior & deterioris sexus, secundum teneat ordinem, & prærogatiuam

x

quand

quandam concedat visui. Hunc enim Deus regem cæterorū cōstituit, omnium editissimū: & tāquam in arce collocatum, perquam familiarem fecit animæ. id certò potest colligi ex communi vtriusq; mutatione. dolor enim illius mœsticia suffusi oculi non dissimulēt. ediuersò gaudente illa subridet hilares, metu inualecente turbantur, agitanturq; indecoris motibus. Quod si occupetur ab ira, exasperatur & rubescit oculus: in cogitatione ac cura quiescit, eodē obtutu hærens, & quasi cū mente simul intentus, sicut in animi deliquio simul & luxatur & remittitur. idem accedente amico beneuolum affectū sereno tranquilloque affectu nūtiat. Quoties autem in inimicum incidit, statim offensionem præ se fert. in audacia prosiliunt & procurunt oculi, in reuerentia quieti, stant: & vt compendiò dicam, ad effigiem animæ factus est visus, ostendens eius imaginē expressissimam, tanquā in speculo naturam eius, aliàs inuisibilem referens. Nec hac solū parte sensus cæteros antecellūt oculi, sed etiam quia reliquorum inter vigilandum (nā de quiete quæ in somnis fit non dubitandum est) vsus non continuatur. nisi enim externè laceffantur, quieti manent. at oculi quantisper patent, indefinenter agunt aliquid, nec vnquam satiantur, sic quoque ostendētes cognationem quā habent cum anima. nisi quòd illa perpetuò mobilis noctu æquè ac interdiu vigilat: hi maxima ex parte carnei præclarè secum agi putāt, quod dimidium vitæ in operationibus sibi conuenientibus exigunt. his addo præcipuā oculorum vtilitatem. In vnus ex omnibus sensibus gratiā lucem excitam à Deo, rerum pulcherrimā, quæ prima in sacris libris bona nominatur: eius natura duplex est. nam altera ab hoc igne corruptibili effulget ipsa quoq; corruptibilis & extingui bilis: altera nec corruptibilis nec extingui bilis supernè è cælo ad nos defertur, à sideribus singulis tanquā à perenni fontè defluēs. vtraq; visui familiaris, qui per vtrāq; se applicat ad visibilia. & quid opus est oculos amplioribus celebrare laudibus, quorū veras laudes Deus ipse cælestibus signis insculpsit? cur enim solis, lunæ, cæterorum vel erraticorum vel fixorum siderum splendor factus est, nisi in ministerium oculorum, vt videāt? quo munere omnium optimo adiuti spectāt quicquid mundo cōtinetur, terram, stirpes, animalia, fructus, maria, amnium fluēta perenniū & torrentiū, fontiū varietates aliubi frigidos, aliubi calidos latices profundentiū, quorū species nullus sermo valet comprehendere. Quibus omnibus accedit cælū, de quo verissimè dici potest,

test, mundum in mundo factū esse ab opifice, & diuina eius ornamenta cælestes illæ imagines. Et quis tandem sensus iactabit se tam lōgè progressum esse? Sed præstat, opinor relictis ad sua præsepia cognatis nobis pecudibus cōcupiscentias suas saginātib; examinare virtutem rationis participem, cui continuum perfectūmq; curriculū assignatum est in isto vicino terris aère: quādo procellæ ventorum, & murmura tonitruum per tractum lōgum cient magnos molestosq; strepitus: oculi verò à terra vno momento euadunt ad cælum, mundūq; fines ortum atq; occasum, & septentriones & meridiē collustrantes, ad contemplationem eorum quæ videntur, mentem attrahunt. At illa tali motu attonita non conquiescit, cū sit perpetuò mobilis & semper vigilans: acceptaq; à visu occasione contemplandi res intelligibiles, amplius considerat: num ea quæ cernuntur sint ingenita, an generationis habuerint initium: infinita sint an finita: vnusne mūdus an plures: vtrum quatuor sint elementa rerum omnium, an cælum & quæ hoc continentur eximiā quandam naturā habeāt. Quod si factus est mundus à quo factus fit, quis eius opifex, quā expoliuerit materiā, in quem vsus, quid nunc agat, qualem vitam viuat, & quicquid aliud curiosa mens cogitādo solet querere. Hæc enim & similia exercent philosophos. vnde satis constat sapientiam & philosophiā non aliud in nobis habuisse initium quàm ex visu sensuū omnium principe, quē solū ex corporea regione seruauit Deus delectis quatuor: quæ hi seruiuerint carni eiusq; affectibus: ille verò elata ceruice quæsiuerit sibi delicias meliores corporeis, ex contemplatione mundi & rerum in eo comprehensarum. itaq; pereunte hac sensuum ceu pentapoli solū visum honoris causa ereptum, quòd non tantūm volutetur circa mortalia vt reliqui, sed exspatietur etiam in naturas incorruptibiles visendi gratia. idè recte hæc ciuitatem paruā & nō paruam vocant oracula, quòd de visu intelligitur. est em̄ parua, vtpote nostri pars exigua. magna verò quia res magnas cōcupiscit, cælū vniuersum ac mundū spectādi auida. Hactenus de illa celebrata visione, relatāq; cumulatè hospitiis gratia, quā diligenter potuimus, diximus: superest quiddam haudquaquā silēdum, quòd mihi videtur inter omnes narrationes penè maximū: id dicetur cōpensiò. Nascitur illi sapiēti ex vxore filius legitimus, dilectus, vnicus, elegantissimo corpore, animo optimo. iā enim maturioris ætatis dabat specimē, vt à parente nō tam ob naturalem affectum, quàm ob probatos

mores vehementer diligere. Huic repente oraculum insperatum redditur, ut mactaret filium in quodam eduisimo tumulo, qui trium dierum itinere aberat. Ille quavis maiore quam dici potest reueretur filij desiderio, nec colorē mutauit, nec animum flexit, sed constantissime perstitit in eadem sententia: quippe qui amore Dei subactus, fortiter vincebat omnes cognationis affectus, & omnia nomina: & cum nemine domesticorum communicato oraculo, duos è tā numeroso famulicio natu maximos, sibiq; fidissimos assumpsit, quasi sacra ex more factururus, atq; ita quartus profectus est cum filio. cūq; locum destinatum procul conspexisset tanquam è specula, famulis ibi manere iussis, ignem simul atq; ligna ferēda dedit filio, æquum censens, ut ipsa victima deportaret res quas postulabat sacrificium, leuissimā sarcinā. Nihil enim est pietate gnauius, nihil magis industriū. ibi pari gradu, vnōq; cōsensu celeriter peracto, qua proximū erat itinere, cuius finis erat sanctitas, ad mōrem oraculo indicatum perueniunt. pater lapides congerit, ut aram extruat, tum filius videns cætera parata sacrificio, nullum verò animal, versus ad patrem. Ecce ignis, inquit, & ligna pater, sed vbi victima? Hic alius arcani cōsilij sibi conscius offusa menti caligine, ad hæc verba turbatus & lachrymans aperuisset propositum, & factum continere non valens. At ille nihil mutatus vel corpori vel animo, constanti vultu, ratione constantiore, ad interrogationem respondet. Fili, inquit, Deus sibi prouidebit de victima, & si nihil præstò sit, quod te fortasse facit anxium. Sed Deo possibile sunt omnia, etiam quæ non possunt expediri ab hominibus. Et cum dicto celeriter correptum filium aræ imponit, simul strictum librat gladium. Tum Deus ex aëre increpans, facinus impedit, iubēs iniuriam abstinere à puero, & bis patrem in clamās nomine, ut auersus & retractus cædem omitteret. Atque ita puer seruatus est. Deo remunerante pietatem, & certante cum amico mutuis officiis. Facinus tamen hoc quamuis effectū caruit, nihilominus pro integro absolutōq; non modò in sacris refertur voluminibus, sed & in lectorum insculptū est mētib. Verū malitiosis calumniatoribus nostra damnare potius quàm laudare solitis hoc imperatū non videbitur tam magnum & mirificū quàm nobis videtur. Aiunt enim & alios multos suis affectibus deuinctos, & amantes liberorum, immolandos exhibuisse filios, vel pro incolunitate patriæ, vel ut auerterent bella, siccitates, inundationes, pestilētias: alios item domesticæ

sticæ quantumvis falsæ regionis gratia. Græcorū certè clarissimos, non solum priuatos ciues, sed & reges, nō magna ratione ex se natorum habita, his mactatis maximas deleuile hostium copias primo impetu sociorum verò seruasse maximos exercitus. Barbaras quoq; gentes per multas atates litasie mactatis filiis, cuius sceleris etiam sacrosanctū Mosen memuisse, dum accusans eos ut pollutos ait, Filios & filias diis suis adolent. Indorum quoq; gymnosophistas & hodie sub initium senectutis morbi lōgi & incurabilis, prius quàm iuualescat, accēto rogo, seiplos exurere, quamuis possent ad tempus fortasse diuturnū resistere. Imò & mulierculas eorū defunctis maritis in regos eorum cum gaudio se mittere, atq; ita viuas concremari cum adamatis cadaueribus. Harū, inquit, mernō mireris audaciā, quæ mortem contemnunt tantopere, ut ad eam tanquā ad immortalitatem cursu contendant. Istum verò laudare quorsum attinet, quasi nouum aliquod facinus aggressum, quod non semel fando auditū est, de priuatis ciuib, de regib, de integris gentibus. Ad hanc inuidorum insectationem sic respōdeo. Qui liberos mactant, partim ex more id faciunt, ut fertur de nōnullis barbaris, partim quia magna mala & aduersus humanum opem cōtumacia à suis ciuitatibus aliter arcere nequeunt. Ex his quidā inuiti suos exhibent coacti à potentioribus. Alij cōpuli metu hominum, alij cupidine gloriæ fama q; , in præfens gloriæ, famæ verò ad posteros. Ergo qui ex more mactant, nihil magnum videntur facere. Nam inueterata consuetudo plerunq; tantum potest, quantum natura, ita ut grauissima quæq; reddat toleratu facilia, omni terrore semoto. Qui verò cedunt timori, nullam laudem merentur. Laudantur enim facta voluntaria, inuoluntaria referuntur ad necessitatem rei ū aut casum aut tēporum. Quod si quis amore gloriæ vel filium prodit vel filiam, vituperio magis quàm laude dignus est, more charissimorū parās sibi honore, quē etiam tū ante habuisset, pro incolunitate filiorum abiicere debuerat. Proinde considerādum est, an ille aliqua modò dicta necessitate coactus sit mactare filiū, vel more, vel honore, vel timore. Mos certè immolādi liberos, nec Babylone, nec in Mesopotamia, nec à Chaldeis receptus est, apud quos educatus magnā vitæ partem cum eis exegit, ne quis putet præ assuetudine leuiorem visam mali eius imaginationem. Sed neq; metus vllus imminebat ab hominibus, neq; oraculi iussum quisquā norat alius. Nulla publica premebat cala-

mitas, cui morte probatissimi filij remedium quæreret. At laus apud vulgum parædæ cupidæ ad hoc facinus concitatus est. At quæ laus captabatur in solitudine, vbi nemo erat applausurus, data opera longè à tergo relictis etiam duobus famulis, ne se corâ testibus ostentare videretur? Quapropter obturato infreni ore moderentur accusatores suam inuidiâ, nec lacerent honesta, vira defunctos, quos potius prædicare deberent cum aliis. Siquidem apud omnes qui rectè sapiunt nihil honestius habetur, nihil optabilius, quàm Deo parere, quod hic in primis studuit, ita vt nullum vnquã mandatū negligeret, quantūvis refertum molestiis & ignominiiis, atq; etiã laboribus ac doloribus. Quã obrem & id quod oraculo iussus est de filio, fortiter constanterq; pertulit. Deinde cū nulla cōsuetudo esset in ea regione, sicut fortasse apud quosdã, imolandi liberos, ipse primus autor futurus erat noui & inusitati exempli, quod mihi videtur nemo laturus fuisse, etiam si ferreū aut adamantinum haberet animū. Cum natura enim, vt quidam ait, pugnare est difficile. pater erat factus vnici huius legitimi filij, quē mox singulari amore prosequeretur, supra modū vulgaris benevolentia: imò etiã fama celebrata. aderat & aliud vehemens amoris incitamentum, quod in senectate ei puer natus fuerat. Nam serò natos impotentius parenter adamant, vel quia diu desideratos, vel quia nullam prolem sperant postea, natura iam effœta, quippe quæ extremū attigit terminum. Siquidem è numerosa sobole vnū quempiam offerre Deo, tanquã liberorum primitias, nihil mirandū fuerit, cū præsto sit è superstitionibus haud mediocre solatium, & doloris obmactatū concepti remediū. Cū verò vnicus dilectus offertur, res est sermone nullo explicabilis, nullū respectū habēs cōsuetudinis domesticæ, sed tota prona ad pietatis officium, eximia sanè, & vix cuiquã alteri tentata. Nam alij tamen pro salute patriarum aut exercituum cōcedunt suos mactandos, tamen aut domi manent interea, aut procul absistunt ab altaribus: aut si contingat eos sacris interesse, auertunt oculos ne spectare quidem sustinentes vel alienum necis ministerium. Hic verò tanquam sacerdos, ipse pater amantissimus aggreditur mactationē egregij filij, quem fortassis etiam sacrificio ritu membratim cōciturus erat adolendum altaris ignibus. adeò cauerat ne pietate erga filium distraheretur à pietate Deo debita, & totū quantus erat animum sanctitati deuouerat, parū curâs cognatū sanguinem. Quid horū quæ diximus cū cæteris cōmune est? quid non

exim

eximium, quod nulla possit æquari faciendia: vt merito quodvis ingenium nō malum nec inuidū obstupefaciat immēsa pietatis miraculo, vel vno ex multis, nedū cōfertis omnib⁹. satis enim est vel vnus cuiuslibet reputatio ad exprimendam paruã quandam imaginem ingēris animi, quamuis nullum sapientis opus est exiguum. Verūm nō intra verba textus aperta cōsistunt quæ modò diximus: mihi certè videntur naturam quandam obscuriorem subindicare, quam agnoscunt quotquot intelligibilib⁹ magis delectantur quàm sensibilibus, & possunt ea cernere. est autem talis: qui adducitur pro victima. Chaldaicè Isaac, Latinè risus vocatur. qui risus nō intelligitur nō pro petulanti vultus habitu, sed pro mētis bene affecte gaudio. hanc lætitiã vir sapiēs merito sacrificare Deo dicitur, per istã figurã docens, qd gaudiū soli Deo sit proprium. nam humanū genus mœrori timorūque est obnoxiiū, propter mala vel præsentia vel imminētia, vt vel horū pœniteat, vel illa metu terreant ac cōcutiant. diuina verò natura expers est mœroris, timoris, passionūmq; omnium, felicitatis beatitudinisq; perfectæ sola particeps. hanc confessionē quicumq; verè cōfiterur, ei Deus cū sit bonus & amator hominū, alienus ab inuidia cōueniens munus reponit quantū homo potest capere, tantū non tali alloquēs eum oraculo. Gaudium ac lætitiã non esse cuiusquã, præter me omnium patrē, propriã possessionem scio, quã tamen ipsa dignis nō inuideo. Quis autem dignus esse potest, nisi qui me meaq; volūtatē sequitur? huic enim minimū doloris, minimū timoris obuenerit, modò incedat per viã, quæ affectibus ac vitiis inaccessa, per virtutes his cōtrarias teritur. nō est tamē cur aliquis putet merã & nullo dolore mixtã lætitiã cælitus in terram descēdere, sed tēperata est ex utroq; ita vt de meliore plus admixtum sit: sicut lux in cælo sincera semper est & pura à tenebris, in sublunari autē aère miscetur caligine. & hoc est opinor, cur & ante virtutis cognomē habens Sarra, cū risisset, roganti risus causam, se risisse negauit, verita ne fortè gaudium quod nulli creaturæ cōuenit solius Dei rem vsurpasse videretur. Quapropter cōfirmans eam diuinum eloquium ait: Ne timeas: risisti verè, & particeps es lætitiæ. non permisit enim pater humanum genus exagitari tristitiis, doloribus, & molestiis insanabilibus, sed admiscuit eis etiã de meliore natura nō nihil, æquum sensens serenam interdum ac tranquillam esse animã, præcipuè verò sapientū maiore vitæ parte gaudere lætariq; mundi huius cōtemplationibus voluit.

x iij Hæc

Haftenus de pietate huius viri pauca è multis dicta sint, nunc scrutanda est eius etiam erga homines dexteritas. ad eandem enim naturam pertinet pietas & humanitas: & vtrunq; in vno spectari solet, sanctitas erga Deum, erga homines iustitia. Longum esset narrare facta eius omnia. Non contenti duobus vel tribus erimus. Cum auro argentoque; & numerosis pecudum gregibus diues esset adeo, ut cum ditissimo quoque; indigena conferri posset opibus, & beatior esset quam pro inquilini conditione, nunquam tamen accusatus est ab his, quorum utebatur hospitio, sed cum quibuscumque; negotium habuit, ab eis perpetuam laudem reportauit. Quod si quando, ut fit, per occasionem famulitij comitatusque suboriebatur contentio nonnihil, mox eam sopire conabatur: quippe qui pre grauitate morum nihil turbulenterum, seditiosum, litigiosumque; admittebat in suam animam. Nec mirandum si erga alienos talis erat, qui potuisset icto inter se foedere vim maiore vi repellere, quando etiam erga genere coniunctos, sed voluntate distinctos, desertos & solos, multo inferiores quod ad opes attinet, modestus erat, vltro cedens qui plus iuris usurpare sibi potuerat. habebat enim fratris filium, cum quo patriam reliquerat, non satis firmum amicum, sed nutantem & suspectam fidem: à quo interdum salutabatur familiaribus blanditiis, interdum contemnebatur strenue, propter ipsius iuuenis morum inaequalitatem. Quapropter etiam serui huius contentiosi erant ac morosi, quod castigatorem non haberent, praesertim pastores longius semoti à suo domino. itaque seruitutis immemores praesentia semper rixabantur cum sapientis nostri magistris pecorum, plerunq; cedentibus propter sui heri mansuetudinem: qua modestia sic auxerunt insolentiam & impudentem audaciam aduersariorum, ut accensis mutuis odiis necesse habuerint qui laedebantur, iniuriam armis repellere. itaque graui rixa coorta, vir bonus postquam partes concitatas cognouit, sciens suos praevale-re numero ac viribus, non permisit rem ad manus deuenire, ne fratris filium cladem suorum agrum laturum contristaret: sed in medium progressus pacificis verbis finiuit controuersiam, non in praesens tantum, sed & in posterum. Sicut enim discordes fore si cohabitare & vna degere pergerent, nec vnquam lites ac rixas inter eos de fore, ad tollendas harum occasiones admonendum exorandumque; duxit socium, ut posthac seorsum habitaret. accersitque; fratris filio, liberam optionem ei proposuit agri melioris, pollicitus se libenter accepturum partem, quam ille fecerit reliquam.

pacem

pacem enim sibi quouis lucro charior esse. & quis alius potentior infirmiori concessisset vel minimum de iure suo? quis vincimallet quam vincere, & uti sua potentia? solus hic non in viribus aut opibus summam felicitatis collocabat, sed in tranquilla vita, & quantum in ipso erat quiesca, atque; ita existimationem sibi parauit mirificam. His in laudem hominis dictis, non alienum à nostro proposito fuerit, à simplici verborum contextu ad latentem in eis sensum transire quaerendi gratia. Varij sunt modi negotiorum, sicut diuersae horum occasiones. Nos duos modos seligemus, alterum senire, iuniorem alterum. Senior est, qui principalem naturam partem honorat: iunior, qui res subditas, & in extremis reputandas. Principales enim & seniores sunt, prudentia, temperantia, iustitia, fortitudo, & quicquid ad virtutem attinet, aut ad virtutis actiones. Iuniores autem, diuitiae, honores, gloria, nobilitas, non illa vera, sed quam vulgus nominat, & quaecumque; praeterea tertium post animae res atque; corporis ordinem tenent, extremum omnium. Vterque; modus seu mos, habet tanquam quosdam greges armentaque; iste qui externa amat, aurum, argentum, & reliquum apparatus diuitiarum: item arma, triremes, machinas, equestres, pedestres, naualesque; copias, principatus praesidia, per quae confirmatur potentia. At ille honestatis amator singularum virtutum placita, & sapientum contemplationes. Vtrisque gregibus praepositi sunt quidam magistri, sicut pastores pecoribus, externis quidem avari, ambitiosi, praefectarum cupidi, & quicunque gaudent cum potestate praesesse multitudini. At animae bonis studiosi virtutis ac honestatis, qui non adulterina germanis, sed germana bona adulterinis praefereunt. Inter hos naturalis quaedam intercidit contentio, non discernentes quae sua sunt, sed digladiantes de pertinentissimo ad vitam negotio. Hoc autem est verorum bonorum iudicium. Anima igitur quadiu oppugnabatur huiusmodi seditionibus, nondum purificata in totum, sed adhuc affectionibus & morbis praevaleantibus inferior, perturbabatur. ex quo autem coepit potentior fieri, & munitiones aduersariorum expugnare maioribus viribus, assumptis aliis animosior facta, morem externas materias mirantem in seipsa intersepit, & tanquam hominem eum alloquens, negat ei possibile societatem ac consuetudinem habere cum virtutis amatore & sapientiae. Abi & transfer longè aliud domiciliū, cum nihil commune habeas, nec possis habere. Quicquid enim tu dextrum putas, ille sinistrum existimat: diuerso quicquid tibi sinistrum, illi

x v dextrum

dextrum videtur. Nec tantum pacificus & æquitatis cultor fuit hic vir bonus, sed fortis etiã ac bellicosus: nõ quod bellũ appeteret, à rixis alienissimus: sed vt certã pacem sibi pararet in posterum, quam turbabant aduersarij. argumẽto sunt ipsius præclara facinora. Orientalem tractũ quatuor magni reges possidebãt, quibus parebãt orientis gẽtes quotquot Euphratem accolunt. hæ omnes in officio manebãt, & imperata regum faciebant, p̄dendo sine omni causatione tributũ annuũ. sola Sodomitarum ditio, priusquã conflagraret, cœpit pacẽ turbare, defectionem dudum meditãtis. Cũ enim esset fortunatissima tenebatur à quinque regibus, qui ciuitates agrõsq; inter se diuiserant, amplos admodum & frugum arborũq; feracissimos nam Sodomitici agri non magna portio, fertilitate cũ aliorum latifundiis certare poterat: ideò cõplures principes amatores habuit miratos eius pulchritudinem. hi temporibus superioribus per exactores tributorum optimates suos p̄dere soliti debitam pecuniam prouinciæ rectoribus, metu simul & reuerentia: vbi bonis satiati sunt, vt solet è saturitate nasci petulantia, sumpro maiore quã pro viribus animo, primò excusserunt iugum, deinde more nequam seruorum, in dominos coorti sunt, freti seditione ac robore. at illi suę nobilitatis memores, stipati valida manu, contemptim eos aggressi sunt, quasi conflictu primo profligaturi: ac mox collatis signis alios coegerunt terga vertere, alios in ipsa fuga cadentes magnã stragem ediderunt: abductãq; ingentẽ captiuorum turbã cum cætera præda inter se diuiserunt. in his erat etiã illius sapientis nepos, qui iam dudum ad vnam p̄tropolis ciuitatẽ migrauerat. quod vbi quidam fuga seruatus indicauit, ille grauiter ferens nõ se cõtinuit, mœstus & viuentẽ magis lugẽs quã si audisset mortuũ. Norat enim vitæ finem, sicut ex ipso liquet nomine, abrupte omnia, præsertim mala, quæ innumera viuentibus vel inuitis obrepũt. cũq; pararet se ad eripiẽdum fratris filium, carebat sociis homo inquilinus & hospes, nemine audente fortissimas tot regũ copias victoria recenti feroces lacerare. inuenit tamẽ nouũ genus auxiliij. expeditur enim aliquando in rebus dubiis consilium, præsertim in causa humanitatis & iustitiæ. collectis enim seruis vernaculis, emptitiis verò domi manere iussis, quorum timebat transfugium, ex familiaribus cõfecit aliquot centurias, atq; ita hostem inuasit tribus agminibus: non his fretus qui multum cedebant regibus numero, sed Deo propugnatorẽ

protegit

protektorẽq; iustitiæ. itaq; magna contentione properauit nõquam remittẽs celeritatẽ, donec potius occasione, noctu superuenit hostibus iam sumpta cæna ad somnũ se cõponentibus, in quos irruens alios trucidauit in cubilibus, alios resistere cognatos fudit fugauitq;. atq; ita omnes deuicit, non tam armorũ apparatu quã fortitudine animi. Nec prius reuertit quã hostibus regũ copiis deletis, reduxit fratris filiũ, adeptus egregiã victoriam auctusq; ingenti equorũ & iumentorũ numero, prædãq; opulẽtissima. eum redeuntẽ cõspicatus ille magnus p̄tiffex Dei maximi, reducẽtẽq; suos omnes ad vnum incolumes & victores, attonitus tanti facinoris magnitudine. & id quod verum erat cogitans, præsentem eis opem diuinam adfuisse, manus ad cælum tendens fausta illi precatus est: mactatĩsq; victimis, splẽdidum epulum sociis omnib; dedit, gratulabũdus nec minus lætus quã victoria propria. nec enim aliena fuit, si rẽ verẽ estimes. amicorũ enim esse omnia cõmunia prouerbio credimus, præsertim bonorum virorũ, quibus nihil magis cordi est, quã vt Deo placeant. Hæc sunt quæ in sacra scriptura legimus. ceterũ qui possunt res nudas corporibus exutas cernere animo magis viuentes quã in corpore, dicent ex illis nouẽ regibus quatuor esse nostrarum quatuor affectionum potẽtias, voluptatis, cõcupiscentiæ, timoris, doloris: quinque reliquos esse sensus rotidem, visum, auditũ, gustum, odoratũ, tactũ, regnãt enim quodammodo in nobis & potestatem exercent, sed non similiter. nam quinque subiecti sunt illis quatuor, quibus vectigal pendunt ac tributũ necessarium à natura impositum. ex his enim quæ videmus, audiuius, olfacimus, gustamus, tangimus, dolores, voluptates, timores, cõcupiscentiæ nascũtur. cũ nullus affectus per se subsistere valeat, ni sensus materiã suggerãt. in his enim consistunt vires illorũ, in figuris & coloribus, in eloquiis, in saporibus ac vaporibus, in subiectis tactui duris vel mollibus, calidis vel frigidis, asperis vel leuibus. nã hæc omnia sensus exhibent affectibus. quæ tributa quãdiu penduntur, salua manẽt inter hos reges fœdera. alioquin sublata pensione mox bellum exoritur & defectio. id tum accidit maximẽ, quãdo senectus odiosa superuenit, & affectibus nõ senescẽtibus, aut etiã propter inueteratam consuetudinem inualescẽtibus, visus hebetatur, aures ægrẽ audiunt, reliqui etiam sensus seipsis dereiores facti non æquẽ, vt antea pollent iudicio, nec valent debitum reddere. Non mirum igitur, si exhausti modis omni-

bua

bus, & iam antè defecti viribus, facile ab infestis affectib⁹ subvertuntur. Illud verò valde naturæ consentaneū est, quod dicitur, duos è quinq; regib⁹ incidisse in puteos, reliquos tres fuga seruatos. Tactus enim & gustus penetrant intima corporis, quæ sua sunt committētes dispendia visceribus. Oculi autem, aures & odoratus, plerunq; foris obambulant, & sic effugiunt seruitutē corporis. Hæc vir bonus ex insidiis obseruans, vbi videt qui modo scelerati fuerāt intestino malo laborare turbata pace & exorto inter nouem regna bello, quatuor cōtra quinq; de imperio certantibus, repente occasione arripiens eos aggreditur, studens populari administrationi, quæ est optima reipub. species, vt sublatis tyrānidibus & dynastiis ex anima, ius & fas vrgeat pro iniquitate ac iniustitia. est autē quod dicimus nō figmentum fabulosum, sed res verissima quam in nobis ipsis experimur. nam sæpe sensus cum affectibus cōcordes ministrant eis sensibilia, sæpe interueniente dissidio nolunt debitū reddere, aut nō sunt soluēdo, ratione cohibēte: quæ si qñ arma sua corripit, scilicet virtutes & harum placita, his subnixā vincit egregiē. nefas enim est corruptibilia in eadem cū incorruptibilib⁹ sede cōsidere. atqui nouē illi potētatus quatuor affectuū & quinq; sensuum, tum corruptibiles sunt, tum corruptionis autores. at ratio sacra & verè diuina, quæ locum habet in denario perfecto numero, in certamen descendens, & diuino adiuta præsidio, dictos potentatus vincit egregiē. Aliquanto pōst moritur ei coniux dilectissima & optima, editis pluribus charitatis erga maritum exēplis, quæ relicta sua cognatione, peregrinationis comes indiuidua, continuos errores alios super alios, fames, egestates, expeditiones vnā cum eo pertulerat. nam vbiq; adfuerat in omni loco fortunāq; verè confors vitæ ac negotiorum ad vitum pertinentium, prosperæ aduersæq; fortunæ ex æquo particeps. Nec enim vt quædā erumnas fugiebat seruās se felicitari tempori, sed vtranq; sortem, sicut vxorem decet, subibat alacriter. cuius mulieris cū possim multas laudes memorare, vnā non silebo, vt sic carterarum manifestarū specimen. cū enim prole careret, quippe sterilis. verita ne tam chara Deo domus ideo deserta fieret, sic maritū allocuta est. Iā dudum vnā viuim⁹ in charitate mutua, sed quæ præcipua cōiugij nostri causa fuit, proter quam natura virum copulauit mulieri, desunt nobis liberi. imò ne in posterū quidē spes vlla est reliqua, propter aetatem meam iam vergentem. non est æquum vt te quoq; tangāt
meæ

meæ sterilitatis incōmoda: licet tibi salua nostra charitate patrem fieri. absit enim à me zelotypia, quādo à te abest bruta cōcupiscentia, necessitati naturæ satisfacturo. Quamobrem non differam nouā nuptam ornare, quæ quod mihi deest suppleat. Quod si res pro voto successerit, tui natui liberi, mei adoptiui erunt. & vt absit omnis zelotypiæ suspicio, meam, si liber, duc famulam, corpore seruam, sed ingenio liberali ac generoso feminam, iam dudum mihi expertam examinatāq; ex quo primum edes meas intrauit, genere quidē Aegyptiā, sed Hebræam religione. Est nobis ampla possessio, & opes maiores quā pro presenti sorte: iam enim ne locupletissimis quidem indigenis cedimus. & adhuc hærede caremus, quamuis parare hūc liceat, modò monitis meis pareas. Ille miratus vxoris crescētē vsq; charitatem, & de tempore futuro curam ac prouidentiam, ducit causa liberorum eam quam ipsa commendauerat, vt ferunt qui se aiunt certiora proderē, vsurus eius condicione. donec mulier grauida fieret. Quod vbi non ita multo pōst contigit, aiunt abstinuissē ab eius complexibus, vel propter innatam sibi continentiam, vel propter honorem quem vxori habebat mutuum. Itaq; mox è famula nascitur filius, & aliquanto pōst alius legitimus nihil tale iam sperātibus, honestatem ac virtutem eorum benignissimo Deo remunerante, & munus omni spe maius, vitro largiente. Hoc specimen de muliere illa sufficiat. At sapientis illius viri plures laudes sunt, quarū aliquot paulò antè memorauim. Nunc dicam & de vxoris obitu, quod silendum non videtur. amissa enim tali vitæ socia, qualem superius ostēdimus, & qualem scriptura depingit, dolori contra se insurgenti, & animam petenti, tanquam inuictus athleta non succubuit, recolligens se, & cōfirmans rationis robur, à natura oppositæ affectionibus: cuius consiliis per totam vitam vsus, tunc quoque paruit egregiē, vt bene vtiliterque monentibus. Erant autem hæc, ne se plus æquo affligeret, quāsi noua calamitate perculsus, nec tamen quāsi nihil molestum passus omnem dolorē pelleret, sed per mediam inter extrēma viam incedēs, casum hūc moderatē ferre conaretur, per mittēdo naturæ suum ius in exigēdo debito, & quod acciderat patiēdo æquanimiter, id restātur sacra volumina, quæ nefas est falsitatis argui, vbi narratur eum modicis lacrymis profusis, celeriter se subduxissē à cadauere: quippe qui prolixiorē luctū alienū putabat à sapientia, à qua didicerat mortem existimare non extinctionem animæ, sed separationē
dissunct

disiunctionemque à corpore, illa redeunte retrò vnde venerat venerat autè à Deo, sicut in opificio mûdi declaratû est. Quem admodum autem nemo sanus agrè fert a se reposci debitum aut depositum, eodem modo natura quod suum est repetente, non arbitrabatur indignè ferendum, sed necessitati consentiendum. vbi verò illius regionis optimates cõuenerunt ad eum officij gratia, cum nihil viderent eorum quæ apud ipsos ex more fieri solebant in funere luctûque, non complorationes, non lamenta, non planctum virorum ac mulierum, sed totam familiam sobriè moderatèq; mœrentem, demirati sunt non mediocriter, sicut antè tota viri vita miraculo eis fuerat. mōxque attoniti tantæ virtutis excellentia, in qua nihil inerat nō eximium, accedentes virum in hãc vocem eruperunt: Rex à Deo tu es inter nos: verissima dicentes. nam alia regna homines sibi parât, armis, expeditionib⁹, dictu miris vltro citroq; illatis cladibus, quas affert potentiæ cupiditas, dum se pedestribus, equestribus, naualibus copiis muniunt. sapiētis autem regnum à Deo porrigitur, quo assumpto vir bonus malè mulctat neminem, sed omnibus subditis vsufructû bonarum rerum, & iura pacemq; denūtiat. Quin & in sacris literis extat huius viri elogium, testatum reddito Mosi oraculo, quo dicitur quòd Deo credidit. id vt dictu est breuissimum, ita factu maximum. cui enim prater eum credendum est? principatibusne, an gloriis, honoribus, opibus, diuitiis, nobilitati, sanitati, integritati sensuum, robori pulchritudinive corporis? Atqui principatus omnis est lubric⁹, innumeris insidiatoribus obnoxius. quod si quando confirmatur, id fit non sine multis acceptis & illatis calamitatibus. nihilabiliore sunt honores & gloria, incertissima possessio pēdens à moribus rumoribusque leuium & improborum hominum. quæ si quando perseuerat, nihil tamen verè bonum in se continet. at diuitiæ generisque nobilitas, etiam deterrimis obueniunt. sed fac solis bonis hãc contingere, maiorum & fortune ista laus est, non ipsorum qui habent. ac ne corporis quidem dotib⁹ efferi æquū est, quibus nos alia animalia superât. Quis enim homo fortior aut robustior tauro inter cicures, inter feras leone? quis præditus acutiore visu quàm accipiter aut aquila? quis auditu tam felix, quàm asinus tardissimus animalium? quis odoraru cane sagacior, quem aiunt rei venatoriæ periti, vestigantem longinquos lepuculos improuisum iu eos irruere. nam hoc genus canum venaticorum vtitur oculorum vice naribus.

ribus. Sanitatem quoque plurima bruta tuetur egregiè. Quod autem ad pulchritudinis certamē artinet, etiã inanimata quædam mihi videntur vincere posse formositates virorum ac mulierum, simulacra, statuæ, picturæ, & in vniuersum fictorum pictorūmq; opera eximia, quæ apud Græcos atque barbaros sunt in pretio, & dedicantur inter præcipuos ornatus urbium. Solūm igitur certum firmūmq; bonum est fides, qua Deo creditur, vitæ solatium, bonæ spei supplementum, depulsiuum calamitatum, felicitatum conciliatiuum, superstitionis ablegatio, pietatis assertio, prosperitatis hæreditas, profectus in bonis omnib⁹ fultus vniuersorum autore, qui potest omnia, vult tantūm optima. Quem admouum enim per lubricum incedentes labuntur fallente vestigio: qui verò per viã siccam gradiūtur, certo gradu iter faciunt: sic qui per corporis externaq; bona ducunt animam, nihil aliud quàm cadere illam assuefaciunt. hęc enim lubrica & parum firma sunt: Sed qui per virtutum contēplationē ad Deum properât, tutum inconcussūmq; iter dirigūt, vt nihil verius dici possit, quàm quòd quisquis illis rebus credit, Deo non credit: cōtrà qui Deo credit, illis nō credit. Nec hãc tantūm erga eum Qui est, fiduciam oracula de viro illo prædicant, reginam virtutum cæterarum, verūm etiam hunc primū nominant seniore, quamuis maiores eius triplò & amplius longæuiore fuerint, quorum neminem legimus hac appellatione dignum habitum: & meritò. nam reuera senior, nō ex longitudine temporis, sed ex laudata vita spectatur. Siquidem qui multum ætatis in corpore vixerūt sine probitate, longæui pueri dicendi sunt, quia nunquã disciplinas attigerunt dignas canicie. Amator autē prudētiæ sapientiæq; hoc est erga Deum fiducia, iustè senior siue primas vocari potest. Nam reuera primus est sapiens in humano genere, sicut gubernator in naui, magistratus in ciuitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima. Rursum cælū in mūdo, in cælo Deus, qui delectatus vi ri fiducia, & ipse iureiurando fidem promissorū confirmat, non vt Deus hominem, sed vt amicus familiarem alloquens. Ait enim: Per memetipsum iuro: cūm verbum eius vim iurifuradi habeat, volens nihilominus persuasionē eius firmiorē stabiliorēmq; facere. itaq; senior & primus vir bonus dicēdus est, omnis autem malus, extremus & nouissimus, vt nouator & tractās res extremi ordinis. De his igitur hætenus dictum sit, vnum modò cœu fastigium addam huius sapientis laudibus, sumptū

ex diuinis literis, quæ restantur eum Dei legem & mandata fecisse omnia, non scripto vlllo edoctum, sed absque scriptura secutum appetitus ingenij sui sanissimos. quæ autem Deus pollicetur, quomodo possunt homines non credere? Hæc est vita primi conditoris suæ gentis, quam aliquis diceret legitimam: ego verò docui quod ipsa lex sit & ius non scriptum.

PHILONIS IVDÆI, De migratione Abrahami.



Dixit Dominus ad Abraham: Egrede de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, in terram quam tibi monstrauero, & faciam te in gentem magnam. Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedicientibus tibi, maledicam maledicentibus tibi: & benedicentur in te omnes tribus terræ.] Volens Deus purificare hominis animam, primum offert ei perfecte salutis occasionem, migrationem à corpore, sensu, atque ratione. nam terra corpus, cognatio sensum, patris domus rationem significare intelligitur. Quamobrem? Quia corpus & ex terra factum est, & in terram resoluitur, sicut Moses testatur dicens: Terra es & in terram reuerteris. nam ipse narrat Deo formante factum ex terra hominem. & necessum est vt quod soluitur, in ea soluat vnde confectum est. Porro sensus cognatus & germanus mentis est, brutus ratione præditus, quoniam hæc ambo partes sunt vnius animæ. Cæterum paterna domus est ratio, quia pater noster intellectus potentias suas in singulas partes seminat, suas cuique operationes attribuens, ipse curam & præfecturam gerens omnium. domus autem quæ inhabitat, est reliquis celsior ratio. Nam sicut vitæ ædes, sic intellectus rationem inhabitat. proinde se suosque conceptus in ratione tanquam in domo propria dispositos ostendit. Nec mirum si rationem in homine vocat intellectus mentisve domicilium. Nam & Deus qui est huius vniuersitatis intellectus, ait sibi suum illum λέγειν pro domo esse: quod cernens ille mediator, propalam fatetur. Nihil aliud est locus hic quàm domus Dei: ac si diceret: domus Dei non est in his quæ cernuntur

zur, aut aliquo sensu possunt percipi, sed inuisibilis, nulla specie circumscripta, anima solum, in quantum est anima, perceptibilis. ergo quæ alia potest esse, nisi sermo ille sine ratio creaturis omnibus antiquior, per quem tanquam clauum gubernator optimus maximus cuncta dirigit: quo & in mundi creatione instrumento vsus est ad absoluendum opus irreprehensibile. Atque ita per terram corpus, per cognationem sensum, per paternam domum rationem intelligi oportere declaratum est. cat enim illud Egrede, non est idem quod seiunge te ab eorum essentia: hoc enim mandatum mortem imperaret: sed perinde ac diceret. Aliena tuum animum, vt à nullo ex his detentus emergas super omnia. Tibi subdita sunt, caue habeas ea pro principibus, cum sis ipse rex: disce tales dominos contēnere, & in perpetuum nosce te ipsum, sicut & Moses non semel docet, dicens: Attende tibi ipsi. nam ita senties cui obedire aut imperare debeas. Egrede igitur, ò bone, è terreno tuo contaminato, & fuge carcerem corporis, simulque voluptates & concupiscentias custodes eius carceris, quantum potes eas profligans, & minis omnibus absterritans. Egrede cognationem quoque sensuum. nunc enim singulis familiariter vteris, ipsis deditus, de te parum sollicitus. Atqui scis quod etiam cessatibus aliis rebus, oculi aurisque & huiusmodi cognatio tota in partes suas te pelliciet. Quod si mauis tuis rebus possessionibusque contentus nihil ex his amittere, vitam deges fortunatissimam, vsum fructum non alienorum bonorum, sed propriorum perpetuo capiens. Sed egrediendum est etiam de sermone rationis indice, quæ paterna domus dicitur: ne deceptus ornatu verborum ac nominum, missam facias veram pulchritudinem, quæ in rerum cognitione sita est. absurdum enim fuerit vmbra pluris quàm corpus facere, aut rebus præferre imagines. certæ vmbrae imaginique sermo est similis, corporibus autem & exemplaribus ipsæ rerum naturæ de quibus differitur: quas consecrari debet qui mauult esse quàm videri aliquid, omisis illis aliis. Quamprimum igitur intellectus incipiet seipsum nosse, & in contemplationibus intelligibilibus versari, totam illam partem ad sensibilia procliuem ablegabit, quæ Hebraicè Lot vocatur. Quamobrè ille sapiens inducitur dicere aperte: Discede à me. Non est enim possibile, vt incorporearum incorruptibiliūque rerum amator cohabitaret cum prone ad ista sensibilia. Rectè igitur sacer vates vnum integrum legis librū Exodum intitulauit, nomine cōueniente

niente cōtentis in hoc oraculis. cū enim sit ad docendum idoneus & ad castigandum monendumq; promptissimus, totum animæ populū qui se admoneri castigariq; patitur. Aegyptia regione corporis & eius habitatoribus vult eripere, ratus molestissimum gravissimūq; onus perspectiuā mētem opprimi a carnis voluptatibus, & iussa eius exequi, quicquid inclemētibus cōcupiscentiis libuerit. Hos igitur gemētes flentēsq; in rerum corporearum abundātia & externis opibus (dicitur enim ingemuisse filios Israël propter opera) propitio Deo monēte de exitu, propheta ipse eripit. Sunt tamen qui vsq; ad suū obitum fœdus fecerunt cum corpore, & tanquam in arca aut tumulo, aut quomodocunq; nominādum est, in hoc insepulti sunt. quorum carnales & affectibus obnoxie partes obliuioni tradite defodiuntur. quod si quid virtuti amicū simul progerminauit, literarum monumētis asseruatur, per quæ maiorum honesta facinora solent vindicari ab interitu. proinde ossa Ioseph, illa inquam quæ sola ex tali anima fuerunt reliqua incorrupta, videlicet memoratu digna gesta, nō omittuntur in sacra scriptura, quod absurdum videretur pura coniungi cum impuris. Fuit autem memoratu dignum, credidisse illū quod visitabit Deus genus Israëliticum, non traditurus id in perpetuū seruitutem Ignorantia cæcæ dominæ. item discreuisse illū quod mortale est animæ ab immortalī eius parte: & quæ ad corporis voluptates cæterosq; affectus immoderatos pertinēt, vt mortalia reliquisse in Aegypto: de incorruptilibus verò sollicitē prouidisse, vt cū ascendētibus in virtutis ciuitates deportarētur, obligatis iureiurādo posteris. Quæ sunt igitur illa incorruptibilia? Voluptatis auersatio dicētis, Cubemus vnā, & fruamur bonis humanis. tolerantia coniuncta solertia, per quam bona falso credita discernit ac distinguit à veris tanquā somnia: dū fatetur veras & manifestas rerū estimations ex Deo esse: incertas autē & obscuras imaginationes ex erronea, fastuosa, necdum purgata vita hominum, quæ delectatur pistoriū, coquorum, pincernarūq; ministeriis. itē quod non subditus, sed præfectus & cēsor totius Aegypti corporeæ regionis fuit: quod Hebræū se gloriabatur, quorū est à sensibilibus migrare ad intelligibilia. Hebræus em̄ migrator interpretatur. quod iactabat se nihil fecisse. nam nō miscere se improborū studiis, & cōstanter ab his abstinere, non mediocris laus est. quod pro ludibrio habebat omnes affectus & concupiscentias immodicas. quod Deū timebat, etsi nōdum ad eum diligend

ligendū idoneus. quod in Aegypto conabatur verè viuere. Quæ miratus ille p̄spicax Israël, vt reuera mirari debuit, ait: Sufficit mihi si adhuc filius meus Ioseph viuit, nec est cū vanis opinionibus & cadaueroso corpore commortuus. item quod fatebatur ex Deo, non ex vlla creatura scientiā contingere hominibus: & mores corporis studiosos agirari iactariq; perpetuò, vtrūq; putāt se niti certis decretis animi. quod aiebat se nō ab hominib⁹ missum esse, sed electum à Deo, vt administraret legitimā præfecturam corporis. multa præterea his similia ad meliorem sacratorēq; ordinē pertinentia Aegyptum corporalem domū inhabitare non sustinent, nec vnquam insepeliuntur tumulo: sed egressa regionē mortalium, sequuntur sermonē fatidicum Mose præeunte. hic est enim altor ac nutritor bonorū operū, dictorū, consiliorum: quæ etiam si misceatur aliquando contrariis propter variam confusionem rerum humanarum, nihilominus discernuntur tandem, ne in totum honestatis semina plantēq; disperiant. proinde iubet vt fortiter incunctantēq; deserant istā appellatā matrem improbitatem omnium, summa celeritate adhibita. ait em̄: Cū festinatione immolate pascha, quod interpretatur transitus: quādo inhæsitāter cum summa alacritate mens ab affectibus cōtinuato cursu transmigrat ad gratiarum actionem pro salute acceptā à Deo, qui nec opinantē vindicauit in libertatem. Et quid mirum si vi subactum ab irrationali affectu hortatur ne succūbat, neve sinat se illius impetu abripi, sed conetur resistere, aut certē aufugere: secundus em̄ ad salutē aditus est fuga, si repugnare non datur: quādo etiam suapte natura luctātem cum affectibus, necdum perdomitū, sed cōcertantem cum singulis, nō sinit cum eis cōflicari perpetuò, ne fortē inde aliquam pestem sibi affricet. Multi enim ex aduersariis vitij facti sunt imitatores, quod & in virtute accidit. ideo tale oraculū est redditum. Reuertere in terram patris tui, & in gentile solū, & ero tecum: ac si diceret: Fuisi mihi athleta perfectus, præmia coronāsq; promeritus, virtute præsidente certamini, & tibi porrigente insignia victoriæ. Desine iam contendere, ne in totum defatigeris, sed possis frui actis laboribus. quod nunquam tibi continget, si hic maneat, cum sensibilibus habitans & tēpus terrenus cum corporeis qualitatibus, quarū Laban princeps est. Est autem qualitatibus hoc nomen. Sed migrandum est in terram patris tui, id est sacri sermonis, quod quodāmodo pater est virtuti studentium. videlicet sapiētiam, probarum animarum optimum

domicilium. in hac regione genus quæq; tuum est quod seipso præceptore vitur. expers infantilis cibi lactei, quod oraculo diuino vetatur in Aegyptum descendere & inescari carnis voluptatibus, cognomento Isaac: cuius hæreditatem adeptus non opus habebis laborare amplius. nam copia parata bonorum affluentium parit otium. fons autem unde bona promanant, est cum benigno Deo familiaritas. ideo quasi ob signas sua beneficia dicit. Ero tecum. Quid igitur boni defuerit presente omnipotente Deo cum filiabus suis Gratiis virginibus, quas incorruptas inuolatasque seruat in castitate genitor. Tunc cessant meditationes, labores, exercitia, & naturæ benignitate sine arte proueniunt aceruatim cuncta commoda. qui prouentus spontaneus rerum bonarum, vocatur dimissio: quoniam mens dimittitur à suis operationibus, & quasi vltro manumittitur propter copiam ingentem more imbris depluentem continuè. Sunt autem hæc miratu dignissima ob natiuam pulchritudinem. nã siquid anima ex seipsa parturit, plerumque abortiuum & immaturum gignitur: diuerso in integrum absolutumq; quicquid in eam diuinitus impluit. non pudebit me fateri, quod mihi ipsi accidit sapissimè. Aggressus scribere de receptis vulgò philosophorum dogmatibus, & exactè sciens quid dicendum esset, reperi mentem nolle quicquam parere, atque ita recessi re infecta, damnis eius opinionibus, admiratus potentiam eius Qui est, apertis claudensque vuluas animæ. Interdum autem vacui accedens, plenus repente factus sum. niuis imbrisque more superne incidentibus cogitationibus, vt quasi numine correptus, nec locum agnoscerem, nec presentes, nec me ipsum & quæ diserebam aut scriberem. Certe nominis illius interpretatio significat inuentionem & vsum lucis, visum acutissimum, evidentiam rerum manifestam, qualis oculis ex clara demonstratione percipitur. cæterum quod ostenditur, est illud visu, spectatu, amore dignum bonum perfectum, quod vim habet animæque que amaritudines in dulcedines vertendi, condimentis omnibus & lautitiis melius, quo adhibito etiam quæ nutritiua non sunt, pro salutari cibo in vsum veniunt. Dicit enim scriptura, quod ostendit ei dominus lignum, & iniecit in aquam: videlicet in fluidam, mollem, amarulentamq; mentem, vt suavior redderetur ac mitior. id lignum non modò cibum, sed & immortalitatem pollicetur. Nam lignum in medio paradisi plantatum legimus, bonitatem stipatam bonis indiuiduis & particularibus, horumq;

actio

actionibus. nã ipsa mediū & potissimum locum in anima sortita est. Per videntem autem sapiens intelligitur, quandoquidè insipientes aut cæci sunt, aut hebetes habent oculos. ideo prisci prophetas vocabant videntes. & mediator ille qui aures oculis posthabuerat, audita cernere cupiens, visionem consecutus est, quia tam auditum transcederat. Iacob enim quod nomen disciplinam significat, mutato caractere in videntem Israëlem receditur, atq; ita lucem diuinam aspicit, quæ est sciëntia: per quæ aperitur oculus animæ, & ad rerum perspicuas evidentesq; comprehensiones deducitur. sicut enim cantus per musicam, & per quamq; artem sua subiecta concipiuntur. ita per sapientiam sapientes contemplationes, quæ non solum sicut lux, instrumentum videndi est, sed seipsam quoq; videt. hæc in Deo solaris splendoris exemplar est, sol verò imago eius & effigies: cæterum qui indicat omnia, Deus solus sapiens. homines enim quia sapere videtur, sapientes dicuntur: Deus verò cum sit, minus quam est prædicatur. maiores enim sunt eius Qui est potentia, quam vt vllis eloquiis explicari queant. Commendat autem suam sapientiam non solum per mundi opificium, sed etiam quia cognitio creaturarum apud ipsum consistit certissimè. Legimus enim quod vidit Deus omnia quæ fecerat: quod non sic accipitur quasi oculos cõiecerit in singula, sed quod cognouerit cuncta, & sua sciëntia comprehendit quæcunq; fecerat. Decebat igitur vt ignorantes doceret, monstraretq; aliis singula, ille solus sapiens, qui nulla iuuatur arte qua homines, sed ipse principium & fons artium scientiarumq; habetur confessione omnium. Illud verò caute dictum apparet, quod in promissione non presens tempus, sed futurum prædefinitur, dum dicit, non quam ostendo, sed quam ostendam tibi, in testimonium fidei qua hæc anima Deo credit, non propter representata gratias agens, sed expectationi futurorum intenta & à spe bona pèdens, dubio procul existimans iam facta se habere quæ nondum aderant, potitã perfecto bono, propter fidem pollicentis certissimã. nam iterum dicitur, Credit Abraham Deo. Mos quoq; cum vniuersam terram promissam ostendisset, ait: Ostendi quidem oculis tuis, tu tamen non intrabis in eam. Quod haudquaquam intelligendum est de interitu illius sapientissimi, vt quidam incõsiderati suspicantur. Stultum enim fuerit putare seruis potius quam amicis agros virtutis diuisos. Sed illud in primis docere nos scriptura vult, alium esse locum infantium, alium maturioris ætatis: quorum alteri nomen est

y iij medit

meditatio, alteri sapientia. deinde res in omni natura pulcherimas videri magis quam teneri. teneri enim cum sint diuini sortis qui possunt cerni verò possunt, sed non ab omnibus. solo autē cernuntur purissimo acerrimiq; visus genere, cui rerum pater ostendens opera sua, maximum hoc largitur beneficium. nam quæ potest esse vita præstantior, quam contemplatiua, quæ ratione prædito conuenientiō? Quapropter cum etiā mortalium animantium voces auditus sensu iudicentur, Dei verba lucis modò videri ex diuinis oraculis discimus: dicunt enim quod totus populus videbat vocem, non audiebat: quia non erat hic aër pleetro linguæ percussus, sed splendō virtutis lucidissimus, à rationali fonte nihil differens, quod & aliubi significatur hoc modo. Vos vidistis quod è cælo sum locutus ad vos. nō dicit audistis, propter eandem causam. Interdum tamen à visis audita, & aspectum ab auditu discernit, dicens: Vocem verborum vos audistis, nec vllam similitudinem vidistis, nisi vocē. satis expressē. Eam enim quæ in nomina verba, ceterasq; orationis partes fecatur, auditam dicit merito. hæc enim auditu censetur. Eam verò quæ sine verbis ac nominibus Dei vox est, animæ oculo cōspicua, rectē visam inducit. Cum enim dixisset, similitudinem nō vidistis, subiicit, nisi vocem quam omnes vidistis: hoc enim subauditur: itaque Dei sermones diiudicantur visu animæ, auditu verò isti qui partiuntur in nominum verborumq; species: cum autem per omnia mirificam scriptor hic præ se ferat scientiam, hoc quoq; loco mirè nominauit stilum, dicēs visam vocē, cum penè nihil sit in nobis aliud quod nō videatur, excepra mente. nā quæ ad alios sensus attinent omnia sunt visibilia, colores, sapes, vapores, calida, frigida, aspera, leuia, dura, molliāque inquantum sunt corpora. Dicam apertius: Sapor visibilis est, non inquantum sapor, sed inquantum corpus. nam inquantum sapor, gustu nōscitur: item vapor, inquantū vapor, naribus examinatur: inquantum corpus, oculis. Idem iudicium est & de ceteris. Vox autē, nec quatenus auditur, nec quatenus corpus est, si tamen est corpus, naturam habet visibilem, sed hæc duo nobis insunt inuisibilia, mens & oratio. verum non est similis noster sonus diuinæ vocis instrumento: nam noster sermo miscetur aëri, atq; ita ad aures locum sibi cognatū refugit. diuinus verò sincerus & impermixtus est, effugiēs aures propter subtilitatē, animæ soli repētē conspicuus, propter visum ipsius acutissimū, quæ postquā reliquit mortalia, primam hanc, sicut iam diximus

à Deo

à Deo gratiā accipit, vt res immortales contēplationi suæ subiectas queat aspicere. secundam, incrementum virtutum tam numero quam magnitudine. Dicit enim: Et faciam te in gentem magnam: per gentem, multitudinem: per magnam, incrementum in melius significans. Hanc quantitatem vtriusq; speciei, tam magnitudine quam multitudine auctam, indicat & Aegyptius ille rex: Ecce, inquit, genus filiorū Israël, magna multitudo. Vtrunq; adesse testatur videnti eum Qui est generi, multitudinem & magnitudinē, habenti vitæ rationisq; bona opera. nō enim sicut ordo verborum poscere videbatur, multam multitudinem, sed magnam dixit, sciens multam per se imperfectam esse magitudinem, nisi accedat vis intelligentiæ scientiæque. Quid enim profuat multæ contēplationes, ni singule conueniens incrementum accipiant? nam ne ager quidem probatur, in quo innumeræ plantæ sunt humiles. nulla verò stirps satis exulta, quæ iam fructum proferre possit. magnitudinis autē multitudinisq; bonorū & initium & finis est indefinēs Dei memoria, atq; inuocatio superni auxiliij contra ciuilem tumultum cum quo semper in hac vita conflictamur. dicit enim: Ecce populus sapiens & sciens, gens & portio hæc. quæ est enim gēs aut portio cui Deus sic appropinquat, sicut dominus Deus noster quotiescūque illum inuocauerimus. Ergo liquet esse apud Deum potentiam quæ ad opē nobis ferēdam excubat, & ipsum rerū principē succurrere his qui digni sunt. Sed qui sunt digni hac gratiā? quis dubitet quod amatores omnes sapientiæ & scientiæ? Hi sunt enim ille sapiens & sciens populus de quo supra dixit, in quo singuli merito magni sunt, quoniam magna cupiunt, id vnum præcipuē, ne vnquā disūgantur à Deo maximo, sed accessum eius propinquantis constanter & sine metu suscipiant. hæc est visio magni Dei, cum quis aut illum accedit, aut aduentum eius excipit. Mūdos sanè & mūdi ciuis sapiēs, multis ac magnis bonis plenus est. cætera verò turba hominū sepius malis quam bonis vititur. rarum enim bonum est in vita confusa & tumultuaria. quapropter in oraculis canitur: Non quia gentes omnes superatis multitudine, sed quia dominus vos diligit. nam si cui libeat turbā vnus animæ tanquam gentes distribuere, multos inueniet turbatos ordines, quibus præsunt voluptates, concupiscentiæ, dolores, timores: item insipientiæ, iniquitates, & harū cognatæ germanæq; cætera: vnum verò solū bene instructum, qui à ratione ducitur. Et apud homines quidem iniusta multi-

y iij tud.

tudo pluris quàm vnus iussus æstimatur, apud Deum verò bonitas rara præfertur iniquis innumeris, ideo denuntiat ne quis vnquã faueat tali multitudini. Non eris, inquit, socius multorũ in malitia. Quid si paucorum? imò ne vnus quidem mali, nam malus vel vnus, multiplex est vitis, cuius societas damnum affert maximum. præstat resistere talibus, & fortiter cum eis bellum gerere. Si, inquit, profectus in militiam contra hostes tuos videris equum, superbum, perulantem, effrenemq; affectum, & ascensorem insidentem ei mentem affectibus deditam: & populum numerosiore te, sectatores modò dictorum condensata phalangis more in te ruentes: caue timeas tibi ab eis. nam vnus cum sis, auxiliarium habebis vnum illum rectorem vniuersorum, quoniã dominus Deus tuus tecũ est. huius enim accessio bella profligat, pacem instaurat, multa inueterata mala subuertit, rarum & Deo carum genus conseruat: quem dominũ quisquis agnoscit, odit execratũq; cateruas terrenorum hominũ. Præceptũ est enim, quæcunq; multos pedes habent inter omnia reptilia terræ nolite comedere, quia sunt abominanda. Nõ est tamẽ abominabilis anima quæ vna sui parte repit in terra, sed quæ omnibus aut plurimis, herens vestigiis corporis, nec valens ad diuinis cæli cursus caput attollere. atqui sicut multipedes, ita pedibus carentes reptiles bestiolarũ damnantur, illæ propter causam iam dictã, hæc quia totæ humi iacent, & ne minimũ quidem attolluntur ab ea. ait enim, omne quod super ventrem graditur, impurum esse: subindicans deditos ventris voluptatibus, nonnulli autem his nequiores, nõ contenti solius concupiscentiæ genere, acquisierunt insuper germanum eius affectum iracundiam, vt confirmatis brutis animæ partibus, mentem omnino delerent, quod enim verbis de serpente dictum est, reuera de quouis bruto & affectibus, dedito homine diuinũ est oraculum: Super pectus & venter ingrediens. nam circa pectus ira est, in ventre concupiscentia. cæterum insipiens super vtraq; semper ingreditur iram & concupiscentiam, nunquam cessando ex quo aurigam ac prælidem rationẽ reiecit: alius ediuersò iram & concupiscentiam extirpat, Dei verbo se gubernandũ committens, sicut & Moses ille Deo carissimus, qui quoties animi holocausta immolat, ventrẽ quidem eluit, id est totã concupiscentiã speciem repurgat: pectusculũ autẽ de ariete consecrationis aufert, omnem irã pacis inimicã, vt reliqua animæ patior, videlicet rationalis, nulla re distrahẽte, ingenuis oculis intueri possit omnium

nium rerũ bonarum pulchritudinẽ: sic enim & numero & magnitudine augebitur. Scriptũ est em̃; Quousq; exasperabit me iste populus? quousq; nõ credet mihi meisq; prodigiis quæ feci inter eos? percutiã eos morte & perdã eos: & faciã te, domumq; tui patris in gentẽ maiorem frequẽtiorẽq; hac. deletõ enim ex anima vulgò irarũ ac concupiscentiarũ, omnino partes eius rationales assurgent & vires recipient. Quemadmodum autẽ multipedem & pedibus carentiũ reptilium genera cum sint contraria inter impura cõsentur: sic opiniones nullũ Deũ aut multos credentium, quãuis contrariæ, sunt ex æquo profanæ. argumento est, quod vtranq; lex arcet à sacro cõtũ, ei qui Deum negat, vt spadoni castrato interdicens concione, multorum verò deorum assertorem, vt è scorto natum verans pro concione vel audire quicquã vel dicere. Deum enim negans, sterilis est: multos verò deos asserens, è scorto natus, circa verum patẽtẽm cæcutiens, & ideo multos pro vno genitores sibi adoptã. Duo dona Dei iam dixi, spem vitæ contemplatiuæ, & incrementũ multitudinis bonorũ ac magnitudinis: tertium autẽ est benedictio, sine qua nõ possunt confirmari priores gratiæ. dicit enim: Et benedicã tibi. *ἐυλογήσω*, id est, laudatũ sermonẽ dabo. nam illud Bene omnino virtutem significat. Sermo autẽ alius fonti, alius riuo est similis: fonti qui mēre cõcipitur, riuo qui pos linguãq; profluit. Vtranq; hanc speciẽ in melius proficere, magnæ sunt diuitiæ: dum mēs ratione bona in magnis ac paruis rebus vtitur, sermo verò à recta institutione regitur. multi enim excogitant quidẽ optima, sed à malo interprete sermone destituuntur, imperiti musicæ vnus ex liberalibus artibus. alij cõtra facundia pollentes, nihil valẽt cõsilio, vt sophistæ quos vocãt. horum enim mēs nec cõcẽtũ habet nec musicã, sed quoties res plẽctro vocis agẽda est, nihil his eruditius. at Deus nihil suis largitur imperfectũ, sed plena & absoluta omnia. quapropter hæc quoq; benedictio integrũ nõ dimidiatũ sermonẽ confert, vt qui dignũ habet tam insigni beneficio, & excogitare valeat quæ sunt optima, & excogitata enuntiare. nã perfectio videtur ex vtroque cõsistere, inuentione sincera, & inoffensa elocutione. An non vides Abelem, quod nomẽ est mortalia lugẽtis, laudãtis immortalia, quàm bona mēre fuerit præditus: qui tamẽ quia non satis exercitatus in dicẽdo fuerat, victus est ab aduersario magis arte quàm virib⁹. ideo cæterã eius naturæ felicitatẽ suspicio, hoc vnum in eo reprehẽdo, q̃ prouocatus in certamẽ verborũ descẽdit

dit, cum debuisset perstare in consuetis moribus, contēpro pro-
uocatore. quod si omnino concertatio placebat, debuerat tanti-
sp̄er abstinere à puluere, donec artes luētandi perdisceret. nam
rusticanā sapientiam urbana elegantia plerunq; solet vincere.
quapropter & Moses ille sapientissimus vetatur quidem cum
eloquētib; & disertis cōgredi, postquā ei diuinus splendor af-
fulgere cœperat per immortales sermones sapientiē sciētiaq;
permittitur tamen ad visendos eos ire, nō vt fieret doctior aut
rerum peritior: nam contemplatiuo homini sufficit Dei & fan-
ctarum eius potentiorum inquisitio: sed vt palmā referret de so-
phistis Aegyptiacis, qui plaris faciunt arte confictas ad persua-
dendum fabulas, quā veritatem euidentissimam. Ergo cum
mens versatur in Omnipotentis negotiis, nō opus habet exter-
nis auxiliis. nam intelligibilia solus intellectus cernit acutissi-
mē. quod si quando se confert ad sensum, aut affectum, aut cor-
pus, quæ per Aegyptū significantur, indigebit dicendi quoq; ar-
te ac facultate. quam obrem ducere secū Aaronem iubetur, hoc
est eloquētiā. Nōne, inquit, habes Aaronem fratrem tuum?
nam cum rationalis natura vnā mater amborū sit, natos ex ea
fratres intelligo, quicquid illa proloquit. mentis em̄ est cōcipe-
re, elocutionis verò proferre. Is, inquit, loquitur pro te. cum em̄
mens suas cogitationes vult depromere, propinquo suo sermo-
ne vitur interprete, ad affectus suos exprimendos. Deinde se-
quitur: Ecce ipse occurret tibi obuiam. Si quidem reuera sermo
cogitationibus occurrit, & addens ei verba nomināq; format
eas, quæ nullam antea formam habuerāt. Et viso te, inquit, gau-
debit in seipso. Gaudet enim sermo & fit alacrior, quando con-
ceptus animi non est obscurus: quo prælucente decurrit expedi-
tē, propriis, aptis, egregiē significatiuis vocabulis affluēs. quod
si quando cogitationes non satis certæ sunt, per inane graditur
& sæpenumero collabatur grauiter, vt nequeat se amplius eri-
gere. Et alloqueris eum, & dabis verba mea in os ipsius. Ac si di-
ceret: Suggestes ei talia cogitata, qualia nihil à verbis & eloqis
Dei differunt. nam absq; monitore sermo nō sonabit. monitor
autem sermonis, mens est, sicut mentem Deus cōmouet. Et ipse
tibi alloquetur populum, & ipse erit pro ore tibi. tu verò apud
Deum ages eius negotia. Satis disertē dixit, alloquetur tibi, id
est, tuus interpret erit. item illud, Erit tibi pro ore. nam per lin-
guam & os sermo profluit, se cū cogitata proferens. Verum ser-
mo interpret mentis est apud homines, sermonis verò mens:
apud

apud Deum. tunc enim cogitatio legatione fungitur, quam so-
lus Deus intropicit. necesse est igitur vt cui certamen sophisti-
cum imminet, sic eloquentiæ det operam, vt nō solū aduersa-
riorum petitiones declinet, sed vicissim in eos coortus tū arte
vincat tum viribus. An non vides incātatores & veneficos arte
cum Dei verbo pugnare, & conari similia, nō tam vt suam sciē-
tiam reddant celebrem, quā vt illudant aliis? nam virgas in
dracones transformāt, aquas in cruentum colorem vertunt, ra-
narum reliquias trahunt in terram incantationibus: quæ om-
nia miseri cumulant in suam perniciem, & decipiuntur, dum
se putant decipere. Hos putas sustineri potuisse, ni mētis inter-
pres sermo, cui nomen Aaron, præparatus fuisset? qui uunc qui-
dem orator dicitur, mox autē vates vocabitur, quando & mens
iam augustior Deus appellabitur. Do te, inquit, deū Pharaoni,
& Aaron frater tuus erit tuus propheta. ô consequētiā aptissi-
mam. nam quod voluntatem Dei nobis prædicūt, propheticum
est genus, quod afflatū diuinitus & agitur & sedatur. eam ob-
rem Aaronis virga deglutiit virgas illorū, vt docet scriptura.
Euanescent enim & absorbentur à vario naturæ artificio ser-
mones omnes sophistici, vt fateri cogātur adesse Dei digitū: ac
si dicerent, scripturam diuinam, quæ asseuerat semper sophisti-
cam vinci à sapientia. nam digito Dei tabulas etiam, in quibus
in sculpta fuerāt oracula, scriptas narrāt sacra eloquia: ideo nō
possunt amplius venefici corā Moses subsistere: sed cadunt tan-
quā in certamine deiecti robore aduersarij. Sed quod est illud
quartum donum? Magnitudo nominis. Ait enim. Magnum fa-
ciam nomen tuum. id equidem sic intelligo. Sicut bonū ac ho-
nestum esse, ita & videri prodest. est quidem veritas opinione
melior: vt tranq; tamen sua bona fortuna sequitur. multi enim
nec fucati nec simulati cultores virtutis, capti eius natua pul-
chritudine, neglectis vulgi rumusculis, petiti sunt insidiis, pro-
malis habiti, cum reuera boni fuerint. cæterum existimatio tū-
demū prodest, qñ ex re nascitur, sicut experimur in corporib;.
Nam etiā si omnes homines ægrotū bene valere, aut sanū ægro-
tare crederēt, sola opinio nec morbum nec sanitatē efficeret. at
cui Deus vtrūq; cōcessit, vt bonus ac honestus & sit & videatur,
hic verè beatus est, & verè vir magni nominis. Nec est negligē-
da bona fama, res in omni vita utilissima, ea contingit prope-
modum omnibus, qui præsentibus rebus contenti nihil mouēt
ex institutis maiorum, sed diligēter conseruare student patriā
formam

formam reipub. Sunt enim quidam qui dum putāt scriptas leges esse figuras intelligibilium, his diligēter dāt operam, illas facile negligunt, quorum mihi non placet facilitas. debuerant enim vtrāq; curare, & vt obscura quærerēt accurate, & manifesta seruarent diligenter. nunc quasi degerēt vitā in solitudine, aut exuti essent corporibus, nec vllam ciuitatem, aut castellum, aut domum, aut sodalitatē hominum scirent, placita multitudinis conuellendo, veritatē ita vt est nudam scrutātur: quos sacra scriptura docet bonā persuasionem non negligere, & à diuinis maiorum institutis nequaquā recedere. Quamuis enim septimus dies potētiā illius Ingeniti, creaturarū autē otium significet, non tamen leges de eo præscriptæ soluēdæ sunt, vt ignem accēdamus, agros colamus, baiulemus onera, lites exerceamus & iudicia, depositum reperamus, vsuras exigamus, & alia faciamus quæ festis diebus non licet agere. nec ideo quia festum hilaritatem animæ & erga Deum gratitudinē significat, ideo reiiciendæ sunt solennes celebritates: nec quia circūcisio docet voluptatum affectuūmq; omnium excisionē, & insuper opinionū impiarum, quæ menti persuadēt quod possit ex seipsa gignere, ideo debet antiquari lex lata de circūcisione: alioquin & sacre ceremoniæ, & alia multa negligēda sunt, si exclusis figuris solaharū significata recipientur. præstat hæc tāquam animam, illa tanquā corpus censerī. itaq; sicut corpus curamus vt animæ domicilium, sic scriptæ leges curandæ sunt. nam his seruatis apertius noscentur earum significata, & eadem opera licebit multorū inculpationes ac reprehensionē effugere. Viden' vt etiā Abraham docet sapiētī magna paruaq; bona adesse, dum magna vocat substantiā, quorum hereditatē soli tradit legitimo filio: parua verò munera, quibus natos è concubinis dignatur. illa nobis leges naturales, hæc ciuiles referunt. Proinde virtutem Liæ venerator, quæ post natum sibi Aser, qui sensibiles & adulterinas diuitias significat, dicit: Beata ego, quia mactā me dicent mulieres. Rectē enim cōiectat, quæ postulat nō solum verè masculis ac virilibus celebrari laudibus eorum qui integram incorruptamq; naturā honorāt: sed etiam fœmineis eorū, qui trahuntur & vincuntur à rebus istis visibilibus, nihil præterea valētes intellectu percipere. est enim officium perfectæ animæ, vt & esse & videri velit: vtq; studeat se approbare non tantum virorum aulis, se etiam mulierum conclauibus. quam obrem Moses sacerorum operum apparatus nō solis viris faciendum cōmisit,

verum

verum & mulieribus. nā hætelas omnes hyacinthinas, purpureas, coccinas, byssinas, cilicinas conficiunt, hæ suum mundum cōferunt alacriter, sigilla, in aures, anulos, dextralia, cincinnos, omnem auream materiā, emendo pietatē ornatu corporis. nec hoc cōrentæ, specula sua cōsecrant vt inde labrū confletur: vt sacrifici dū manus pedesq; abluūt, id est opera quibus insistit animus, seipso speculentur admoniti à speculis ex quibus labrū factum est: atq; ita nullam turpitudinē relinquunt in anima. itaq; sobrietatis ac tolerantiæ donarium dedicant, omnium anathematatum sacratissimum & absolutissimū. hæc vrbane ciuilesq; mulieres, sensus videlicet, à quibus honorari Lia postulat. At illæ quæ accēdunt ignē in mēte misera. externæ sunt. Legitur enim quod & mulieres insuper accēderunt ignem in Moab. Sic & insipientis sensus singuli accensi, à sensibilibus mentem exurunt, ingentem flāmam excitando cū impetu vehementissimo. Optimum igitur fuerit placare mulierum ordinem in anima, id est sensuū, sicut & virorū, id est, rationū particulariū. sic enim melius & rectius vitam instituemus. Propterea ille quoq; à seipso doctus Isaac optat amatori sapientiæ tam sensibilia bona quàm intelligibilia. dicit em̄: Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ. ac si dicat: primum cōtinuā te intelligibili cælestiq; irriget pluuia, non larga vt inundet, sed sensim lenitēq; modo roris descendēte, vt possit. deinde sensibiles terrenasq; diuitias largiatur vberes, depulsa contraria paupertate animæ eiusque partium. Quod si & summū sacerdotē rationē examines, inuenies eum consentire, & vestitū eius sacrum variegatū intelligibilibus sensibilibusq; potētis: cuius cætera prolixiore opus habent enarratione quàm vt præsentī temporī cōueniant: tantum extrema examinabo circa pedes & caput. Ergo in capite est lamina ex auro puro, & in hac expressū sanctū nomē domini: ad pedes autē in simbria tintinnabula & fosculi. sed ille typus laminæ idea est idearum, iuxta quam Deus mundū expressit, ipsa intelligibilis & incorporea. fosculi verò & tintinnabula, signa sunt qualitatem sensibiliū, quas visus & auditus iudicāt. Valde autē accurate subdit, quod audietur sonus eius intrantis in sancta: vt quādo ad intelligibiles, diuinas, verēq; sanctas res intrat anima, sensus quoq; à virtute adiuti cōsonent: & omnia ex quibus cōstamus, tanquā frequēs ac modulatus chorus, ex diuersis vocibus tēperatus, vnū carmē aptè cōcinant, intelligētis intrus præcinentibus, quādo in hoc choro principatum tenent intelligibilia

gibilia: sensibus autem succinentibus & respondentibus, qui singulis choreas ducentibus sunt similes. in vniuersum enim victus, vestitus, cohabitatio, vt lex ait, tria hæc debentur animæ, quibus non est fraudanda. Victus sunt bona intelligibilia, in quibus ratio naturæ sequenda est, vestitus verò, quæ ad externum ornamentum vitæ pertinet. cohabitatio verò, est in vtraq; iam dicta specie assidua meditatio: vt qualia sunt occulta intelligibilia, talia sensibilia quoq; appareant. Est igitur quintum donum, quod solum & nudum esse conceditur. id memoratur postremum, non vt vilius quàm præcedentia, sed vt eminentissimum inter omnia. quæ enim potest esse maior benedictio, quàm si quis non fictè sed verè bonus sit? Eris, inquit, benedictione dignus, non solum benedictus. nam hoc posterius pedit à vulgi opinionibus & rumoribus, illud verè laudis est. sicut enim laudabilis laudato est melior, & vituperabilis vituperato deterior: quòd alterum de re, alterum de opinione dicatur, naturæ autè veritas opinione sit certior: ita benedici ab hominibus, id est laudibus eorum celebrari, minus est quàm illam benedictionem promereri etiam filicibus omnibus, quod ἐὺλογητόν dicitur in oraculis. Hæc sunt bona quæ futuro sapienti donantur. quid autè & aliis donet Deus propter sapientem, deinceps videamus. Benedicam, inquit, benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Hæc in honorem viri boni fieri liquet omnibus. sed non ideo tantum commemorantur, verum etiam propter aptam rerum consequentiam. nam bonum & qui laudat est laudabilis, & qui vituperat est vituperabilis. laudi autè & vituperio non tam loquentes scribentesq; fidem astruunt, quàm ipsa rei veritas. itaq; nec laudare nec vituperare videntur, qui in alterutro aliquid admentuntur de suo. An non vides istos adulatores, qui tam noctu quàm interdiu permulcent aures suis regibus, nec tantum applaudunt dictis eorum singulis, sed & prolixis eos ornant laudibus, quos tamen execrantur taciti, quantumvis fausta ominando propealant. quid igitur aliquis mente sanus diceret? nonne inimicos magis quàm amicos videri hos, & vituperatores magis quàm laudatores, etiam si dramata integra encomiorum accinant? quapropter vanus ille Balaam, quauis hymnos egregios in Deum cecinit, & in his illum. Non est sicut homo Deus, canticorum omnium sanctissimum, plurimis item laudibus. Israëlem ornavit: tamè impius & execratus à sapiente legislatore vocatur, & irrita censeatur eius maledictio. ait enim eum mercede cõductum ab hostibus

stibus profectum malo animo, & cum mente cõcepisset execrationes grauissimas contra carum Deo populum, ore linguæq; precatum præclara vaticinia. Hæc enim ei Deus fautor bonorum dictabat, cogitanti pessima, & malitioso proposito consentanea. Sic enim testatur oraculum: Non permisit, inquit, Deus Balaamum tibi maledicere, sed vertit execrationes eius in fausta omina. Atqui nihil nisi bonum eis imprecatus est. Sed inspector animæ penetratium, cui soli aperta sunt quæ creaturas latent: contra occulta fert sententiam: testis certissimus & iudex idem incorruptissimus: quandoquidem eduersò probatur qui accusando & obiurgando in speciem, bene optant & precantur intus in animo. qui mos est castigatorem, pedagogorum, preceptorum, parentum, seniorum, legum, magistratuum. nam id genus omne nunc obiurgando, nunc castigando etiã, emendat pertinentes ad suam disciplinam animas. nemo enim horum suis inimicus est, sed omnes beneuoli. sincerorum autem & minimè fucatorum amicorum officium est, loqui liberè sine maleuolentia. Ergo quod ad vota benedictionesque attinet, aut ad maledicta execrationesque, non ratio sed mens spectari debet, ex qua ceu fonte vtraque species dictorum aestimatur. hæc sunt prima quæ aliis propter bonum virum contingere dicuntur; qui eum vel laude votisque, vel maledictis & execratione prosequuntur. quod autè sequitur est maximum, etiam illis cessantibus: nullam partem rationalis naturæ relinquit expertem beneficentiæ: quia benedicientur in te omnes tribus terræ. quod dogma est certissimum. nam quamdiu mens sana & integra permanet, omnes eius familiares, tribus, potentiarumque faræ sunt, visus, auditus, sensusq; cæteri, sicut & illæ quæ ad voluptates concupiscentiasq; pertinent, & quæ ex perturbationibus in tranquillitatem redactæ meliorem formam accipiunt. compertum enim est ad familias, ciuitates, regiones, nationes, atq; etiam tractus terrarum longè latèq; patentes. ex vnius viri probitate nonnunquam magna peruenisse cõmoda & felicitates amplissimas, præcipuè quando quis cum bona mente accepit diuinitus inuictam potentiam: sicut cum musico & cuiusque artifice musicave vel cuiuscunq; artis instrumeta suppetunt, aut igni lignorum materia. nam reuera fulcrum generis humani iustus est, suas dotes cõmunicans & in publicum vnum cõferens. idè quicquid apud seipsum non inuenit, à Deo solo ditissimo postulat. at ille aperto cælesti proptuario, niuis imbrisq; in morè bona depluit affatim, vt inde omnes

terrenæ lacunæ restagnēt. Hæc autem supplicationibus sui verbi permotus largiri solet. Dicitur enim aliubi Mose supplicante: Propitius eis sum iuxta p̄ces tuas. quod videtur perinde esse ac si diceret, Benedicentur in te omnes tribus terræ. quãobrem & ille sapiens Abrahã expertus per omnia Dei benignitatem, credidit quòd etiamsi deleterentur cætera omnia, si modò parua reliquæ virtutis tanquã scintilla seruata fuerit, ob has ipsas etiã illa misericordiã consecutura sint, vt collapsa resurgeret & extincta reuiuisceret. scintilla enim vel exigua fumigãs, si afflata fuerit, magnum excitat incēdium. sic & minimum quiddam ex virtute reliquum, quando bona spe refotum excandescit, & oculos prius cõniuentes cæcosq; illustrat, & viriditatem reddit arentibus, & quæ prius per ignorantiam sterilia fuerãt, ad fecunditatem reducit. adeò rarum bonum benignitate Dei diffunditur, dum cætera vertit in sui similitudinem. Oremus igitur vt ceu columna in domo, mens in anima, in humano verò genere homo iustus, permaneat ad calamitatũ remedium, nam hoc incolumi de publica salute desperandũ non est: per quem opinor seruator Deus presentissimã medicinam propitiã suam potentiam supplicibus cultoribus suis porrigit, vtendam ad salutem ægrotantium, qua oblinantur animæ vulnera, inflicta per ignorantia, iniustitię, & plurimorũ aliorum vitiorum aciem. Exemplum extat in Noë iusto, qui ingenti diluuiò deuoratis tot partibus animæ, fortiter supernatans fluctibus, euasit omni clade superior: & seruatus amplas pulchrãsq; radices ex se emisit, ex quibus tanquam planta enatum est genus sapiens, quod mites partus progerminans triplicẽ Israëliticum fructũ attulit, mensuras æui, Abraham, Isaac, & Iacob. Est enim & erit & fuit in rebus virtus, quã tēporum difficultas fortassis obscurat interdũ in hominibus, emergit tamẽ illa denuo, Deo dãte feliciora seculo: quando & Sarra, id est prudētia parit masculum, nõ annis florens aut ætate, sed vigore illo nullis tēporum iniuriis obnoxio, dicitur enim: Reuertēs veniam ad te eodem anni tēpore, & habebit filium Sarra vxor tua. Hactenus de donis quę Deus vel perfectis viris largitur, vel propter eos aliis. deinceps narratur quòd profectus est Abraham sicut locutus est ei dominus. Hic autem est ille finis qui à præstãtissimis philosophis celebratur, videlicet iuxta naturã viuere. Id fit quando mens ingressa virtutis semitã, incedit per rectæ rationis vestigia, & Deum sequitur memor eius præceptorũ, habens ea rata dictis factisq; omnib⁹.

Profect

Profectus enim est sicut locutus est ei dominus. id verò idẽ est quod, sicut loquitur Deus. loquitur autẽ pulcherrimẽ & laudabiliter. nec aliter vir bonus facit singula, callẽ virã irreprehensibiliter dirigens, adeò vt opera sapientis nihil differat à diuinis eloquiis. proinde aliubi ait: Fecit Abraham vniuersam legem meam. Lex porrò nihil aliud est proculdubio, quã diuinum eloquium, faciendã præcipiens, vitandã prohibens: sicut testatur qui dicit quòd desumpsit legem ex verbis ipsius Dei. Quod si Dei verbum est lex, & vir bonus ex præscripto legis agit, ergo facit quod Dei verbũ imperat, vnde sequitur, Dei verba opera esse sapientis. Finis igitur est iuxta Mosen sacratissimum, sequi Deum. sicut & aliubi dicit: Post dominũ Deum tuum ambula bis, sed non motis pedibus. homini enim terra est pro vehiculo: Deo verò. ne mundus quidem vniuersus. Proinde per allegoriam docere videtur animã vt sequatur diuina placita, quæ referuntur ad summi autoris honoriẽ. nec hoc contentus quò magis accēdat honestatis desiderium, hortatur vt ei adglutinetur. ait enim, Dominũ Deum tuum timebis, & eum solũ coles, & adglutinaberis ad eum. Quo glutine? quo? nimirum pietate ac fiducia. nam his virtutibus mortalis natura cũ immortali vnitur & coaptatur. nam & Abraham postquam credidit propinquus Deo dicitur. Sed in hoc itinere si quis nec lassetur genibus, nec per socordiã ad vtrumvis latus aberrer, incedēs per viã mediam, & bonos cursores imitãs. inoffensẽ decurret per vitæ stadium, moxq; ad finẽ delatus coronas accipiet ac digna præmia, nisi fortẽ non sunt coronæ ac præmia, non laborasse frustra, sed pertigisse ad prudentiæ finem arduũ. Quis est igitur finis rectẽ sapiendi? seipsum & omnem creaturã damnare stultitiã. nam agnoscere suam ignorantiam, finis est scientiæ, cũ vnus solus sit sapiēs qui solus Deus est. ideo pulcherrimẽ Moses inducit eũ & patrem omnium rerum & iudicem dicēs: Vidit Deus omnia quæcunque fecerat, & ecce bona valde. Nemini enim licebat totam creaturam diligēter perspicere. nisi ei qui creauerat. Adeste nunc vos qui fastu, ignorantia, arrogantiaq; turgidi sapientes vobis videmini, aientes vos non solũ certo scire singula, sed & causas eorũ audere reddere, tãquam mundi creationi interfueritis spectatores, & opifici res singulas disponēti fueritis à consiliis. omittite cætera simul omnia, vos ipsos potius cognoscite, & quĩnam sitis certò pronũtiate, siue spectetur corpus, siue anima, seu sensus, seu ratio: vnum saltem non magnũ declarate,

z

quid

quid sit visus, & quomodo videatis. quid auditus, & quomodo audiatis. quid gustus, tactus, odoratus, & quomodo exerceatis hæc singula, aut quoniam sint horum fontes, vnde manat eorum essentia. nolo enim vt lunam, solem, cæteraq; mundana & celestia longè remota, de quorum præcellenti natura homines vani sublimes affertis fabulas, priusquam ipsos discatis & scrutemini, nam hoc factum demum fortasse credetur etiam de aliis differentibus. nisi autem quoniam ipsi sitis doceatis, ne putetis vos testes aut iudices certos fore de aliis. Hæc cum ita se habeant, mens initiata pendit vectigal perfecto Deo iuxta sacras literas. lex enim tributum est domini. Quando igitur pendit: quando ad locum quem indicauit ei dominus die tertia peruenit, præteritis plerisque partibus spatiorum temporalium, & iam transit ad naturam expertem temporis. tunc enim etiam dilectum filium sacrificabit, non hominem: non est enim puericida, vir sapiens: sed animæ virtutibus refertæ foetum masculum, fructum ex ipsa germinantem, quo ipsa nescit quomodo facta sit gravida, diuinam progeniem, ex visione Dei vt opinatur conceptam: quod quomodo sibi acciderit, ipsa ignorare se fateretur dicens, Quis nuntiabit Abrahamo, quasi vix credenti ortum docti sine præceptore generis, quod Sarra lactat puer, non à Sarra lactatur. quod enim à seipso docetur, nutritur à nemine, sed nutrimentum est aliorum, vt idoneum ad docendum, nec opus habens discere. Peperi enim filium, non vt Aegyptiæ mulieres vigore corporis, sed vt Hebrææ animæ, in senectute mea. quando quicquid est sensibile ac mortale marcescit, repubescunt autem intelligibilia & immortalia, quæ veneratione honorantur; digna sunt. & peperi absque obstetricis opera. parimus enim vel prius quam vlla humana industria scientiaque ad nos veniat, absque consuetis adiumentis, quoties Deus probos foetus seminat gignitque, qui largitori suo merito iuxta legem de gratitudine redduntur. ait enim: Dona mea, munera mea, sacrificia mea, ea curate offerri mihi. Hic est finis viæ sequentium verba & opera legitima, & incedentium qua Deus deducit. quisquis autem in ea deficit, ab esuriente auidoque voluptarum & liguritore affectu Amalec, qui interpretatur populus elingens, excidetur. Narrant autem oracula, hunc esse insidiatorem. nam quando videt traiecisse robur potentiarum animæ, cooritur ex insidiis, & defessos cædit in ultimo agmine. est autem lassitudo alia facile succumbens per debilitatem rationis non valentis labores onerareque; perferre quæ virtus postulat, quales in extremo agmine deprehe-

prehensi opprimuntur absque negotio. alia verò honesti laboris patiens, & quæ bona sunt omnia fortiter perferens, quicquid autem vile etiam si leuissimum baiulare dedignas, & abiiciens vt sarcinam grauissimam. ideo virtutem lex apto nomine Liam appellat, quæ interpretatur fatigatio: quia malorum hominum vitam onerosam ac grauem, suapte natura fatigationem afferre arbitrata, ne aspicere quidem dignatur, deflectens ad illum solum pulchrum oculos. Debet autem curare mens, vt non modo indefessa & intenta sequatur Deum, verum etiam per callem rectam incedat, nec ad dextra declinans, nec ad laeva, in quibus terrenus Edom stabulatur, nunc abundans & copiosus, nunc inops & egenus. Satius est enim per viam mediam incedere verè dictam regiam, quam ille magnus & solus rex Deus muniuit in usum animarum virtutis studiosarum, Quapropter quidam qui mansuetam socialemque colunt philosophiam, mediocritates virtutes dicunt esse, quas in confinio locant: quoniam arrogantia plena iactantia virtutum est, & affectata humilitas contemptui fit obnoxia: medium verò temperamentum merito habetur perutile. Illud autem, Abiit cum Lot, quid sibi velit considerandum. Lot interpretatur declinatio. Flectitur autem mens, nunc bonum, nunc malum auersando: quod vtrunque interdum in vno & eodem videre licet. Sunt enim quidam dubitatores ambigui ad vtrunque declinantes parietem, vt nauis ventis iactata contrariis nutantes, & tanquam in bilance suisque deque vacillantes, nec valentes consistere: quorum ne ad meliora quidem conuersio laudem meretur, vt quæ impetu quodam fit, non ex animi sententia. In horum numero Lot quoque censeri debet, spectator quidam, qui nunc narratur peregrè profectus cum amatore sapientiae. Decebat autem vt sicut ceperat pergeret, ignorantiam dedisceret, nec cursum ad eam denuò reflecteret. Verum non ideo comes fit, vt melioris imitatione proficiat, sed vt & illi sit impedimentum ac remora, utque deducat eum in lubrica. id argumento hoc colligitur, quod alter in morbum pristinum recidens captiuus abducetur ab hostibus animæ: alter cauens sibi ab eius insidiis, modis omnibus vt separetur dabit operam. quæ separatio non mox fiet sed postea. nunc enim contemplationes eius vt tum primùm incipientis res diuinas considerare, debiles sunt & instabiles: vbi verò confirmata fuerint, poterit illecebras & assentationes vt rem infestam & suopre ingenio cauere difficile, à se seiuergere. Hoc est enim illud accidens animæ, quod non facile excutitur, impediens eam ne ce-

leri cursu ad virtutem properet. Idem etiam quādo Aegyptum reliquimus, id est, vniuersā regionē corporis, & vt affectus de-
 disceremus, secuti sumus Moisis prophetica monita, à tergo in-
 hārens remorabatur nostriū exitum, properantes retardās prae
 inuidia, narratur enim quōd, promiscua turba multa vnā cū eis
 ascendebat, oues bouēsq; & iumentorū ingens numerus.] Hac
 promiscua turba, vt verū fateamur, nihil aliud erat quā anima
 bruta dogmata, & valdē apte mali viri anima, promiscua vo-
 catur. Cū enim sit colluies quādam opinionum inter se pu-
 gnantium, vna licet in varietates sciūditur innumeras, ideo nō
 solum promiscua turba, sed & multa dicitur, nam qui vnum so-
 lum spectat, simplex, sincerus, & verē lenis est. qui verō multos
 fines vitæ habet propositos, multus, promiscuus, & reuera inae-
 qualis ac asper est. Quamobrem oracula meditatorem virtutis
 Iacob nitida cute introducunt, hispidum autē Esau deditū tur-
 pibus studiis, propter istam promiscuam & inaequalem turbā,
 cōflatam ē cōuenis & miscellaneis opinionibus. Sic factum est
 vt mens quæ potuerat properato itinere corpoream regionem
 Aegyptum effugere, & virtutis hāreditatē assequi triduo, adiu-
 ra triplici lumine, memoria pręteritorum, manifesta vi presen-
 tium, & spe futurorum, per annorum quadraginta spatium lon-
 gissimū attereretur, per ambages errās propter morum varietatem,
 cū debuisset per cōpendiariam rectāmq; viā iter face-
 re. Hac est quæ nō solum gaudet paucis aliquot cōcupiscentiis,
 sed nullā omnino praterire dignatur, vt vagetur, per omnes to-
 tius eius generis species. Dicitur em̄ de istis admixtitiis, quod
 in genere cōcupiscentia laborabant, non vna quapiam eius spe-
 cie. Et sedentes fiebant. Intelligit enim mens se parū proficere;
 & quando non potest quæ cupit assequi, lacrymatur ac gemit.
 Atqui gaudere debuerat quōd in morbis affectibūsq; successū
 non haberet, & pro magna felicitate ducere in his penuriā ege-
 statēmq;, attamen etiam virtutis sodalibus interdum cōtingit
 lacrymari & languere, vel prae cōpāssione in calamitatibus in-
 sipientium quibus tanguntur vt eiusdem naturæ participes, vel
 prae gaudio, id sit quoties cōfertim bona inexpectata more im-
 bris inundant, Vnde mihi videtur natū illud poëticū *Δακρυόειμ
 γελάσσασα*, id est, subridēs oculos lacrymis suffusa nitēteis. Cū
 enim incidit in animam ob insperatam aliquā felicitatem in-
 gens latitudo, noua quadā mole auget eam, vt vix capiatur à cor-
 pore. ex qua cōpessione manat liquor nominatus lacryma, de
 quo

quo in hymnis canitur: Cibabis nos pane imbuto lacrymis. &
 Veræ sunt mihi lacrymæ in panē interdū noctūq;. Sunt enim
 mētis cibus lacrymæ natae ex bene affecto risu & honesto, quā-
 do colliquante diuino desiderio lamentū creaturę in hymnum
 illius increati vertitur. Sunt tamen qui istam promiscuā & in-
 æqualem turbā excludunt à se ac separant, quippe qui gaudent
 solius Deo carę gentis consuetudine. alij cum illa quoq; fœdus
 ineunt, quærentes vitæ compendium, & humanarum diuina-
 rumque virtutum facientes confinium, in quo vtriusque affines
 sint, tum his quę verē sunt, tum his quę esse existimantur. In hac
 opinione etiam reipublicæ administrator est, qui Ioseph nomi-
 nari solet, quē in paternis exequiis deducunt omnes serui Pha-
 raonis, & seniores aulici, & omnes seniores Aegypti, & vniuer-
 sa ipsius Ioseph familia, & fratres eius cum omnibus patris do-
 mesticis. Vides vt mediū inter Pharaonis paternāmq; familiā
 ordinē hic vir ciuilis teneat, vt ex æquo potiatur & rebus Aegy-
 pti corporeis, & rebus animæ, quæ omnes in paternis ædibus
 sunt reconditæ. Cū enim ait, Dei sum: & cætera his similia, ri-
 tum paternæ domus retinet, quādo autem ascendit currum po-
 testatis secundæ à Pharaone, hoc est mente quæ regnare sibi vi-
 detur, factum Aegyptiacum rursus cōstabilis. Sed miserior est
 rex qui putatur illustrior, & primario curru vectatur. Nā in re-
 bus inhonestis excellere, insignis turpitudine est: sicut secūdo lo-
 co censerī, leuior miseria. Potes tamen ambiguum eius animū
 discere vel ex iureiurando, dummodò per saniratem, modò per
 non saniratem Pharaonis iurat. verū hęc posterior formula
 cum negatione refert disciplinam paternā semper infestam af-
 fectibus, & optantem eis exitium: altera verò Aegyptiam, quæ
 cupit illos incolumes. ideo quāuis tanta multitudo simul ascen-
 deret, promiscua turba nō vocatur: quoniā quicquid perspicaci
 & amico virtutis populo miscetur, prater virtutem eiusq; ope-
 ra, promiscuum cōfusūmq; videtur: in humili autē multitudine
 omnes ex æquo amāt ac honorāt terrena præmia. Hos igitur
 ceu fucos insidiātes alienis laboribus, & ideo comites itinē-
 ris, excludet, vt dixi, amator prudētia. cæterū eos qui sequun-
 tur vt imitentur, amplectetur propter honestatis amulationē,
 partes conuenientes eis attribuēs: ait enim, Ex comitibus meis
 Eschol, a unan, Mambre, portiones accipiēt. quod dicit de gene-
 rosis moribus & spectādi cupidis. nā Eschol bonā indolē signi-
 ficat, ab igne ducens nomen: quoniam quod generosum, idem
 z iij audax

audax est & calidum, inhæres omnib⁹ quæ attingit. Aunan verò spectandi cupidum, interpretatur enim oculi, quod anima oculos aperiat tranquillitatis desiderio. Amborum hereditas est vita contemplatiua, quæ Mambre appellatur, & à visione denominatur. at cõreplationis visus aptissimus est atq; familiarissimus, ab his autem p̄dotribis vnctus intellectus si non esset ab exercitationibus, properè consequitur perfectã prudentiam paribus gressibus, nec præcurrens, nec à tergo relinqui sustineus, sed perpetuò hæres eius lateri. Id liquet ex oraculo, in quo aperte dicitur, quòd perfecti ambo ascēderunt in locum quem indicauit Deus, quæquidem egregia fuit virtutum parilitas certate laboris industria cum agilitate natiua, & arte cum bene nato feliciq; ingenio ex seipso discente, ita vt paria virtutis præmia perciperet: ac si pictura ficturave non solum immobilia, inanimataq; faceret opera, sed & per se mobiles animatasq; picturas atq; statuas. Tunc enim artes quæ prius imitebatur opera naturæ, in ipsas naturas versè videretur. Cæterum quisquis in tantã sublimitatē eleuatus fuerit, nullam animæ suæ partē infra in rebus mortalibus immorari siner, sed omnes tanquã è cathena pēdentes simul attraher. ideo tale oraculū illi sapienti est redditum: Ascende ad dominū tuum, tu & Aaron & Nabad & Abiud, & septuaginta seniores Israël. hoc est, ascende o anima ad eius Qui est contemplationē, compositē, rationaliter, sp̄otē, intrepidē, amāter, in numeris sanctis p̄fectisq; septenarij decuplicati. nam Aarō propheta dicitur Moysi, in lege sonorus sermo, mēti prophetans. Nabad autem voluntarius interpretatur, qui non coactus colit Deum. Abiud verò pater meus. hic nō propter imprudentiam domino, sed propter prudētiam patre opus habet Deo. Sunt autem hæ potentia stipatrices mentis illius quæ regnum meritò tenet, à quibus eam deduci fas est. Enimuerò periculosum est animam incomitatam ad cõreplationem eius. Qui est ascēdere, si viã nesciens tale quid audeat, quod ex ignorantia temeritatēq; magni casus proueniant. Quãobrem precatur Moses, vt ipse Deus viam ad seducētem indicet. dicit em̄: Nisi tu ipse vnã proficiscaris, ne educas me hinc. Quia omnis motus absq; fauore diuino damnosus est: & præstat hic manere oberrando in rer mortales, sicut magna pars humani generis, quàm ad cælū à seipso elatos subuerti per arrogantiam, sicut plurimis sophistis contigit, raris sapientiam inueniri per rationes probabiles, nō per fidem in rebus certissimã. Fortassis autem etiam

etiam tale aliquid hic significatur: ne me in altum extollas, diuitias, gloriam, honores, principatus, & alia quæ bona dicuntur concedens, nisi me ipse comitaberis. nam ista nunc calamitates nunc vtilitates ingentes afferunt: vtilitates Deo gubernate sententiam, calamitates alioquin. plurimis enim bona quæ dicuntur cum reuera nō sint, causa fuerunt malorum exitialium: sed qui Deum sequitur, necessarios habet comites eius sermones, qui nominari solent angeli. Proinde legitur quòd Abraham vnã faciebat iter deducens eos, o societatem pulcherrimã, qua deducens deducitur, reddens quod accipit, non aliud pro alio, sed illud ipsum solum, quod paratum erat ad referendam gratiam, Donec enim nō perficitur, Dei verbo vitur duce itineris, iuxta illud oraculum: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuã, vt custodiat te in via hac, & inducat te in terram quam præparauit tibi. Attende ei, & audi eum, caue sis inobediens: non deseret enim te. nam nomen meum est in eo. at postquam ad scientiæ cacumen peruenerit, cum cõtentione currens æquiparabit quem poulo antè secutus fuerat. Iam enim ambo futuri sunt asseclæ omnipotentis Dei, nemine in comitatum eorum se ingerete qui dissentiat: atq; etiam Lot separato, qui flecebat hætenus animam, alioqui perstare in recto ingenio valentem.

Erat autem Abraham, inquit scriptura, annorum septuagintaquinque, quando peregrinatus est in Charran.] De hoc septuagintaquinque annorum numero, cum rationem iam anteditis consonam habeat, aliàs dicetur diligentius. quæ sit autem Charrã, quæue inde migratio, prius scrutabimur. Neminem latere puto, qui modò leges sacras legit, quòd Abraham primū è Chaldeorum terra demigrans habitauit in Charran. Vbi defuncto ipsius patre, hinc quoq; profectus est, vt iam duos locos reliquerit, quid igitur dicemus? Chaldaei præ cæteris nationib⁹ elaborasse videntur artem astronomicam & genethliacam, terrena sublimibus, & cœlestia coaptando terrestribus, tanquam ratione musica ostendentes rerum concentum pulcherrimum, per istos vniuersi partium affectus mutuos: diliunctarum quidem locis, sed cognatione nō item. Hi suspicati sunt mundum quem videmus, aut ipsum esse Deum solum, aut eam quæ insit vniuersalem animam: quam vbi sub nomine fati & necessitatis consecrarunt, summa impietate repleuerunt vitam humanam, persuasam quòd præter hæc quæ videntur nulla sit rerum causa alia: sed solis, lunæ, stellarumque cæterarum cursus tam

bona quàm mala dispensent singulis. Huic sententiæ de vniuersi partium inter se societate atq; cōmercio Moses videtur subscribere, docēs vnum esse mūdum, & hunc creatū. Nā cūm sit creatus & vnus, verisimile sit essentias elemētales particulares sub iici causis cœlestibus quarū ipse sunt effectus, sicut accidit corporibus vnitis vt cōtineantur à se inuicē. Verūm de Deo longè aliter sentit: nec mūdum, nec mundi animā esse Deū primariū: nec ad stellas aut earū choreas referendos casus hominum, sed cōtineri hanc vniuersū machinā inuisibilibus potētis, quas ab extremis terræ ad extrema cœli extendit opifex, prospiciens ne dissoluerentur quæ semel tam pulchrè colligauerat. nā hæc potentia sunt vniuersitatis nunquam rumpenda vincula. ideo si quando in lege dicitur: Deus in cælo supra, & in terra infrane. mo cogiter hæc vt sunt dici. nā eum *Qui* est continere, non contineri piè credimus. potentia Dei hæc est, per quam disposuit, ordinauit, ornauitq; omnia: quæ propriè bonitas est, aliena ab inuidia maleuolentiāq; gratiarū verò mater, per quas cuncta ex non esse ad esse perduxit. nam *Qui* est vbiq; opinione intelligitur, cūm reuera nusquā appareat, vt verisimū sit illud oraculū: Ego indemonstrabilis sed quāsi demonstrabilis, inuisibilis, sed quāsi visibilis, cūm sim ante te. Ante omnē enim creaturā, & extra omnē incedit, nec cuiquā insistit. Hæc dicere solitus ad subuertenda Chaldaica dogmata, pergētes adhuc Chaldaizare, sic ad veritatem reuocādos sibi existimat, appellās eos his verbis: Cur o mirandi viri subito à terra in tantam sublimitatem euecti, & super aërem quoq; promergētes vectamini per æthera, vt solis motus perquiratis & lunę circuitus, cæterarūmq; stellarū choreas cōcinnas à vobis celebratas. maiora sunt hæc quæ pro captu vestrarū mentiū, quippe quæ ad felicem diuināque sortem pertinent. Descendite igitur à cælo, & hoc facto nō terram denuo. uec mare fluuioq; aut stirpium animātiūmq; species inquirete, sed solos vos ipsos vestrāmq; naturā scrutamini. ne alibi malitis habitare quàm intra vos ipsos. considerando enim domi quid dominatur, quid subiicitur, quid animatum, quid inanimatum, quid brutum, quid rationale, quid mortale, quid immortale, quid melius, quid deterius, mox cognitionē Dei huiusq; operū percipietis. Cogitate, sicut nobis inest mēs, ita huic vniuerso suam inesse: & quæ sicut nostra principatū dominiūmq; in nobis sibi vindicās. singulis nostris partibus imperat: sic qui rerum omnium habet imperium, pro potestate ac iure mundū regit,

regit, prospiciens non tantum potioribus, sed & obscurioribus in speciem. Migrate igitur ab ista curiosa inquisitione rerum cælestium. Vos ipsos, vt dixi, inhabitate, Chaldaeorū terra, hoc est opinione, relicta, demigrantes in Charran, sensuum regionem, quod est corporeum mentis domicilium: nam Charran specus interpretatur, qui specus loca sensuum significant. in his enim ceu cauernis ac foueis sensus insunt, visus in oculis, auditus in auribus, odoratus in naribus, gustus in faucibus, tactus in toto corpore. In his tempus terite, his per otium vacate, singulorū naturam quoad fieri potest perquirere, & animaduertis singulorum bonis, malisque, hæc fugite, illa eligite, ac tum demum excussis diligenter ædibus propriis, & perlustratis singulis earum partibus, excitate vos ipsos, & migrationem querite, quæ non mortem, sed immortalitatem polliceatur: cuius indicia manifesta vel in his corporeis sensuum cauernis degētes videtis, nonnunquā in somnis. Tunc enim mens in secessu quodam posita, & à sensibus cæterisq; rebus corporeis digressa, cū seipsa colloquitur, veritatem considerans velut in speculo, detersis omnibus imaginationibus, quæ ex contagio sensuum inhererāt, & diuino furore correpta vaticinatur per somnum de certissimis futurorū euentibus. nonnunquam autem etiam vigilantes: cū aliquis contemperationem quāpiam philosophicam nactus eam sequitur, oblitus aliarum rerū domesticarum corporis, depulsis etiam sensuum illectamentis, si qui sunt impedimento ad intelligibilem contemperationem auide properantibus: tunc enim & oculos claudunt, & aures obturant, & appetitus alios cohibent, quærendo tenebras atque solitudinem: ne animæ oculus, cui diuinitus datum est intelligibilia cernere, obscuretur ab vlla re sensibili. ad hunc modū edocti mortalia relinquere, discetis persuasiones & de illo Ingenito: nisi forte putatis, nostram quidem mentē exutam corpore, sensu, ratione, & his omnibus nudatam posse res inspicere: Deum verò qui est mens vniuersitatis, nō esse extra vniuersam rerum naturam, & continere, non contineri, non modò prouidentia penetrantem more humano, verum etiam essentia, sicut Deo dignū est. nam nostra mens non fabricauit suum corpus, sed est alienum opificium. ideo corpore tanquam vase concluditur. at vniuersi huius mens creauit omnia. opifex autē opificio suo potior est. itaque nunquam contineretur à deteriore se: & alioquin non conuenit patrem contineri à filio, sed magis filium confoueri pa-

tris prouidentia. Ita paulatim demigrans mens, ad pietatis sanctitatisque patrē perueniet, relicta genethliologia prius, à qua persuasa fuerat credere mūdum hunc esse Deum primarium, non Dei principis omnipotentis opificium: & stellarum cursus motusque esse causas humanarū vel calamitatū vel felicitatum. Deinde consideratis rebus suis, philosophata in domo propria, de corpore, de sensu, de ratione, & cognito iuxta illum versiculum, Aedibus in nostris quæ praua au recta geratur: aperta via quæ ab ipsa sumpto initio, spem faciat intelligendi patrem illum quæsitū cōiectatūque; difficilem, post seipsam cognitam fortasse Deum quoque noscet, non amplius hærens in Charran, hoc est instrumentis sensuum, sed in seipsam reuertēs. non est enim possibile ut qui adhuc mouetur non tam intellectu quàm sensibus, ad eius Qui est considerationem perueniat: quamobrem & ille vitæ modus in ordine optimo collocatus à Deo, Samuël nomine, non dat Sauli præcepta regnandi, quamdiu inter vasa delitescit, sed inde protrahitur. Scitanti enim an vllus vir eò venisset, respōdet oraculum: Ecce inter vasa se occultat. Hoc audito quid debuit facere homo ingenio docili, nisi eum illinc protrahere? Accurrens, inquit, promit eum illinc, quia latēs inter animæ vasa, corpus sensusque, nō erat dignus qui audiret præcepta legesque regias. Dum regnū dico, sapientiam intelligo, & sapientem regē. Post demigrationem igitur discussa caligine, iam futurus erat perspicacior. itaque merito & sensuum regionem, cui nomen Charran, relinquēdam censet amator sciētiae. relinquit autem iam septuagenarius, & quinque annos natus insuper: qui numerus sensibilis naturæ insensibilisque, senioris iuniorisque, corruptibilis & incorruptibilis est confinium. nam intelligibilis, senior, incorruptaque ratio in Septuaginta est: sensibilis iuniorque quinque sensus æquat numero. ad hanc meditator adhuc se exercens examinatur, qui nondum potest ferre palmam absolutæ victoriæ. Narratur enim quod in vniuersum erant septuagintaquinque animæ in Iacob progenie. Ad hunc enim numerum contendentes de virtutis possessione in reuera sacro certamine pertinent animæ, colluctantes cum prognatis è corpore vitiis, nondum rationem adeptæ, sed adhuc abreptæ à turba sensuum. Iacob enim luctantis in puluere, & supplantare conantis, non victoris nomen est. sed quando visione Dei dignus habitus mutato nomine dicitur Israël, ratione septuagenaria tantum vititur, exciso sensuum quinario, dicente scriptura:

ra:

ra: In animalibus septuaginta descenderunt tui patres in Aegyptum. hic est numerus Moysi illius sapientis familiaris. nā optimates ex omni numero selecti septuaginta fuere, seniores omnes, nō astate, sed prudentia, consiliis, sentētiis, atque priscis moribus. Hic numerus consecratus offertur Deo, quoties vnā sacrificantur perfecti fructus animæ. præceptum est enim ut tabernaculorum festo præter alias victimas iuenci septuaginta holocaustum adolerentur Deo, pro septuagenaria ratione, iuxta quā paratur & principum phialæ, quarū vnā quæque septuaginta siclos pēdebat. quoniam quæcunque socia scēderatque; sunt in anima, reuera pōdus & vim habēt, sanctam septuagenariam rationem, quā Aegyptus, virtutū hostis & affectuum socia natura, lugere introducit. nā luctus apud eius ciues finitur septuaginta dierum numero. Ergo hic numerus ut dixi, Moysi familiaris est: alter ille quinque sensuum, amanti corpus & bona extera, qui Ioseph vocatur. Instantū enim ei curæ sunt, ut fratrem vterinū, sensuale (nō agnoscit eum ex eodē patre natos) eximiis quinque donet vestibus, ornandos sibi honorandosque; sensus existimans. Aegyptū quoque totā in præfecturas describit, ut sub certis magistratibus annua tributa pēdant & vectigalia. Iubet enim eos frumētum vendere, hoc est materiā & alimentū copiosum recondere in vsum quinque sensuum, & eorum vnusquisque delictetur affatim expletus suis desideriis, & mentem tot rebus congestis grauata demergat. Epulantibus enim sensibus mens fame laborat, sicut ediuerso illis ieiunantibus ipsa hilaritate fruitur. Non vides quæ & illæ quinque filiae Salpaad, quas dico quinque sensuum allegoriam, è tribu Manasse natæ sunt, qui filius fuerat Iosephi, tēpore senior, potētia iunior? merito. vocatur enim ex obliuione, quod idem atque sensus est. Reminiscencia verò secūda post memoriam sensetur, à qua Ephraim denominatur, qui interpretatur frugifer. hoc enim fructu optimè alitur anima, videlicet pertinaci memoria. Loquuntur igitur virgines ut ipsas decet. Pater noster mortuus est. Mors autem reminiscētiæ, est obliuio. Et mortuus est ob nullam culpam suam. Rectè, nam obliuio nō est passio voluntaria, sed externum quoddam accidens. huic non filij nati sunt, sed filiae. quia vis memoriæ suapte natura efficax, mares procreat. Quod autem obliuiosum est, sopita ratione parit scēminas, quippe rationis expers. irrationalis autem partis animæ sunt filiae quas sensus intelligimus, hūc Salpaad si quis à tergo reliquit præcurrēs, nōdum tamen

tamen

tamen Mosen cursu æquare valens, temperato mixtoq; vtetur numero quinto supra septuagenarium, qui significat sensitivā intellectuāq; naturā. quando ambæ ad generationem vnus irreprehensibilis speciei conueniunt. itaq; admiror patientiam Rebecam, dum perfectam animam habenti, & asperitates affectuum ac vitiorū exuto hortatrix fit vt in Charran aufugiat. dicit enim: Nunc igitur fili audi vocem meam, & surgēs. fuge ad Laban fratrem meum in Charran, & habita cum eo dies aliquor, donec auertatur furor & ira fratris tui à te, & obliuiscatur quid feceris ei.] Eleganter profectioem ad sensus, fugam appellat. nam reuera mens tūc fugitiua fit, quādo relictis familiaribus sibi rebus intelligibilibus, vertitur ad contrarium sensibilem ordinem. Interdum tamē expedit esse fugitiuum, si hoc fiat nō melioris odio, sed propter vitādas deterioris insidias. quid igitur hortatur patientia? mirum quiddam & optabile. Si quando, inquit, vides iritatum exasperatumq; furorē aut irā in teipso, aut quopiam alio, seruiente ingenio feroci brutoque, caue amplius etiam exasperes. fortassis enim morsum insigeret immediatecabilem: cura potius vt feruorē illum excādescētiamq; refrigeres ac mitiges. nam si ad māsuētudinē redierit, nihil cuiquā nocebit. at quomodo id oportet fieri? sumpta in speciem alia persona & habitu alio, primū obsequere eius voluntati, nihil cōtradicens: dic te eadem cum illo amare odissēq; sic enim placabitur. tum verō simulatione onitissa, nihil amplius ab eo timens periculi, facile reuerteris ad curā rerum tuarum. nā ideo Charran inducitur plena pecudibus, & habitatores eius pecuarij. Quis enim locus conuenientior esse posset brutæ naturæ, & eius curatoribus, quā isti sensus nostri? Scitāte igitur meditatores: cuiates sint, respōdent vera pastores. Carrenos se esse, nam ē sensu brutæ, sicut ē mente rationales, potentia proficiscuntur. Percontante verō amplius, num norint Labanem, merito aiunt se nosce. nam per colorē putantur omnes qualitates innotescere. colores autem & qualitates Laban significat. & hic ipse autē vbi perfectus fuerit, relinquet sensuum domū, & animā in quantum animæ construet, quā adhuc in laboribus & sensibus versando inaginat. dicit enim: Quando ego quoq; mihi domū faciā: quando contemptis sensibus & sensibilibus, mentem & cogitationem habitabo, versaborq; cum rebus ratione contemplandis, sicut perquisitricēs rerum obscurarum animæ, quæ obstetricēs solēt nominari. nā hæc faciunt propria tecta & prom-
pruar

ptuaria studiosis virtutis animabus. Sed nullum munitius adificium quā timor Dei, qui habentibus eū est pro arce inexpugnabili. Quoniam, inquit, timebāt obsterrices Deum, fecerunt sibiipsis domos. Egressa igitur ē Carrēsi agro mēs, dicitur peragrassē terram vsque ad agrum Sichem, & quercum illam proceram. Videamus quid sit peragrarē. Amor discendi est res suoptē ingenio curiosa, quovis vadēs impigrē, introspeciēs omnia, nulla corpora, nulla negotia relinquēda inscrutata iudicās. est enim à natura liguritor maximus spectaculorū sermonūmq;, vt non contentus patriis, peregrinos etiam lōginquosq; appetat. nam qui sic affecti sunt, absurdum aiunt mercatores institorēsq; propter sordida lucra traicere maria, & totam terrā habitabilem oberrare, contempto æstu ac frigore, ventis item vel nimis vel contrariis, adhæc senectute, valetudine, amicorum consuetudine, vxore, liberis, aliisq; plurimis domesticis voluptatibus, patria, honoribusq; ciuilibus, secura possessione patri monij, & si quid aliud paruum magnūve remorari eos poterat. propter pulcherrimā autem & per omnes difficultates perendam disciplinā qua excolitur ratio, non traicere omnia maria, omnes recessus terrarum lustrare diligenter scitādo sicubi sit aliquid pulchrum visu vel auditu, & cū ingenti alacritate vestigando, donec cōtingat quasitis desideratisq; potiri. Peregrinare igitur anima, & si liber de vno quoq; homine iudicā, quid corpus sit, quid agat aut patiat, quid cogitationē sensus adiuuet, & quantum menti proficit, quid ratio, & quarum rerum interpretēs ad honestatem conferat, quid voluptas & concupiscentia sit, quid dolor & timor, quæ cōtra hæc valeant remedia, siue depulsiua, siue præseruatiua. Quid imprudētia, quid intēperantia, quid iniustitia, quid cæterorū morborū multitudo, quos pestifera malitia solet parere, & quibus modis hi possint arceri. ediuersō quid prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo, sagacitas, & in vniuersum virtus omnis atque tranquillitas animi, & quomodo parāda sint hæc singula. Peruestiga & maximū illum perfectissimūmq; hominē mundum hūc, dispice & partes eius singulas, seiunctas locis, vnitas potentiis: tum quodnā sit illud inuisibile vinculum quo vniantur & coaptantur sibi inuicem. Quæ si quærenti non statim se offerent, noli tædio laboris deficere. nec enim per otium isthæc percipiuntur, sed multis magnisque laboribus paranda sunt. Quāobrem cupidus discendi in agro Sichem cōstitit: quod nomē interpretatur humeri supposit

positio, & laborem significat: quia parte hac mos est baiulari onera. id enim & aliubi memoratur de hoc ipsa athleta in hūc modum: Supposuit humerum suum ad laborem, & factus est vir agricola. Itaque caue & mens, ne vnquam languore succumbas, sed etiam si quid visum fuerit cōtemplatu difficile, id quod in te vim perspiciendi habet, aperi, & rem penitus introspice, collustrans omnia, ne quid te volētem inuitāme possit fallere cōnientem per incuriā. Cæcus enim est somnus, vigilia cernit acutissimè. Tibi sufficiat, si datur assiduitate quod quæris assequi, & imaginatione comprehendere. Viden' vt & quercus pro-cera in Sichein excreuit? per quam subindicatur firmum, solidum, nulla vi flectendum frangendūve robur, quod viro ad perfectionem tendenti necessarium est ferendis laboribus: ne animæ tribunal nominatum Dina (vox hæc iudicium interpretatur) in potestatem veniat erumnosi laboris, insidiatoris prudentiæ. Nam Sichein qui loco huic nomen dedit, filius est Emoris, brutæ naturæ: (Emor enim asinus dicitur) qui deditus imprudentiæ, alumnus temeritatis impudentiæq; iudicium mentis violare scelestus & corrumpere ausus est: nisi quod celeriter prudentiæ familiares discipuliq; Simeon & Leui, munitis prius rebus domesticis expeditionem fecerunt, & occupatos adhuc voluptario labore, nō circumciso ab affectibus, repente oppresserunt. propter oraculum enim, quod vetat meretricem esse inter Israëlitas filias, hi virginem animam eripuerunt, fortiter contempto periculo. Videbantur enim non defore vltros violati foederis, sed terror ille mox euauit. mox enim res ipsa falsam opinionem coarguit. Est profectò seuera scelerum vltrix, & iniuriam patientium auxiliatrix iustitia, quæ frustratur illudentes virtuti: quibus pessundatis, in virgineam integritatem restituitur, quæ videbatur constuprata anima. Videbatur inquam, nunquam enim corrupta fuit. nam vbi deest assensio, nec qui patitur verè patitur, nec qui præter animi sui sententiam lædit, reus est patrati facinoris.

*

PHIL

PHILONIS IVD AEI, De congressu quærendæ eruditionis gratia.



SARRA vxor Abrahami non pariebat ei. Habebat autē ancillam Aegyptiā nomine Agar, dixitque Sarra ad Abraham: Ecce cōclusit me dominus ne parerem: ingredi ad ancillam meam, vt suscipias ex ea liberos.] Sarra nomen interpretatur principatus meus. nam prudentia mea, tēperātia mea, & particularis iustitia, aut vnaquælibet virtus alia, quæ mihi soli contigit, meus tantum principatus est. imperat enim mihi obsequenti voluntariè, pro regina mihi per naturā apposita. Hæc Moses, quod mireris, & sterilem ait, & fœcundissimā, quādoquidem frequentissimam omnium nationum ex hac progenitam fatetur. nam reuera virtus quantum ad res malas attinet, sterilis est: bonarum verò tam fœcunda, vt ne obstetricum quidem opem requirat, partu præueniens earum operam. si quidem animates stirpēsq; per interualla semel atq; iterum vt plurimum in anno suos fructus afferūt, statim naturæ tēporūq; ordine: virtus verò continuè sine cessatione parit omni tempore, nō infantulos, sed probos sermones, inculcata cōsilia, facinora laudatissima. Sed neq; diuitiæ possessores suos iuuant, ni vtantur eis: nec prudentiæ fœcunditas nobis proderit, nisi fœtus nobis vtilis pariat. illa quidē non dedignatur cōiuctum coniugalē, sed non quivis maturus est tā laudato modestoq; cōiugio, qualibus satis sunt sponsalia, quæ spem nuptiarum celebrandā faciunt. Ergo virtus principatū tenēs in anima mea, parit quidē, sed nō mihi. nondum enim possum per ætatem liberos ex ea suscipere, actiones prudētes, iustas piāsque, propter multitudinē illegitimorum puerorū, quos mihi vanæ opiniones enixa sunt. Nam horum educatio continuāq; de his sollicitudines, cogūt legitimā & verè ciuilem sobolem negligi. Optādum igitur vt virtus non solū pariat, quæ alioquin etiam parit: sed vt & nobis ipsi pariat, vt adepti semē eius atq; progeniem, felicē vitā exigamus. Solet enim illa soli Deo parere, primitias bonorū quæ accepit gratè reddēs ei qui semper virginē vuluam

vuluam, vt Moses loquitur, aperuit. ait enim, candelabrū, archetypum illud exemplar, ex vna parte lucere, videlicet ad Deū versa. cū sit enim septima, sex cauliculorū media, bifariam in terniones diuisorum, & latus vtrunq; stipantium, sursum splendorem mittit ad illud vnum, quod estimat lumē lucidissimum, & clarius quā vt admittat mortales oculos. ideo non dicit Sarrā non peperisse, sed negat eā cuius parere. Non sumus enim idonei prolem ex virtute suscipere, ni prius congregiamur cū eius famula. Est autem sapiētiae famula musica logicāq; qua liberallyter institui mur. sicut enim in domibus vestibula sunt ante ianuam, & vrbes habent sua suburbia per quæ adeuntur: ita & ante virtutem artes liberales sitæ sunt. nam illa per hāc viam adiatur. Sciendum autem quod magnorum argumētorum magna esse conuenit etiam proœmia. virtus autem est argumentū maximum: habet enim materiā maximam, videlicet totam vitā hominum, meritō igitur non paruis vtetur proœmiis, sed grāmatica, geometria, astronomia, rhetorica, musica, reliqua contemplatione logica vniuersa, quæ significantur per Agar Sarra famulam, sicut indicabimus. Dixit, inquit, Sarra ad Abraham: Ecce conclusit me dominus ne parerem: ingredi ad ancillam meā, vt filios ex ea suscipias.] Corporum cum corporibus coitus, nihil aliud quā voluptatem quærentes, semouēdi ab hoc sermone sunt. est enim hic cōgressus intellectus virtutisq; liberos sibi quærentium, quod si non cōingat statim tanta felicitas, discit tamen ille despōdere sibi eius famulam & sequestrā eruditionem. Vnde mirari libet verecundiā sapientia, quæ non exprobrat nobis tarditatem gignendi, aut in totum sterilitatem: quamuis oraculū verè dicat quod nō pariebat, non propter inuidiam: sed propter nostrā memetiporum culpam qui nō essemus idonei. Concluit, inquit, me dominus ne parerem, nec addit vocē illam Nobis, ne videatur opprobriare infelicitatē aliis. Ingredere igitur, inquit, ad ancillam meā, mediarū encyclicarum artium disciplinam mediā, vt prius ex ea filios suscipias, posthac enim poteris etiam ex cōsuetudine cum domina genitis frui legitimis liberis. nam grāmatica historias quæ apud poetas scriptoresq; habentur te docendo, intelligentiā & multiplicem cognitionem tibi præstabit, efficiētque vt contempnas signēta vanarum opinionum, dum spectas celebratas illas heroum & semideorū calamitates. musica verò cōmonstrās quid in rhythmis, quid in harmonia, quid in cantu discrepet, incon-

cinna

cinna ad concinnitatem reducet. geometria æqualitatis & proportionis semina indens in studiosam animā, per cōtemplationem elegantia: perpetuā, inseret amorem iustitia: rhetorica & mentem ad cōsiderandum acuēs, & sermonem ad proferendas cogitationes exercens, rationalem verè faciet hominem, curās id quod illi proprium eximiūque à natura donatum est. dialectica rhetoricæ germana gemellāq; vt quidam aiunt, falsos sermones à veris discernens, & sophismata persuasibilia redarguens, magnum morbum animæ deceptionem per sanabit. In his & similibus versari ac præ exercitari profuerit. fortassis enim contingere nobis potest quod multis contigit, vt per famulas in reginarū virtutum familiaritatē nos insinuemus. Viden' vt & corpus nostrū nō prius solidis & lautis cibis vitur quā in pueritia nutritum sit simplicibus & lactariis: ad eūdem sanè modum existimādum est animæ quoq; pueriles cibos præparatos, artes liberales, & contēplationes singularum proprias: perfectiores autem & qui verè viros deceāt esse virtutes. Cæterū huius mediæ disciplinæ præcipuas formas per duo signa discernimus, per genus & nomen: siquidē Aegyptia genere, nominatur Agar. hoc autē interpretatur inquilinus. necesse est enim vt, qui choreas encyclicarū contēplationum frequentat, & multiplicē eruditionē sectatur, terreno Aegyptioq; sit adscriptus corpori, cū & oculis ad lectiones opus habeat, & auribus ad auscultandū & reliquis sensibus ad tractāda sensibilia singula. nā sine iudicatio iudicari aliquid natura nō patitur. iudicatur autē per sensum sensibile, itaq; sine sensu non potest quicquā percipi in hoc mūdo sensibili, quæ magna ex parte est philosophādi materia. sensus porrò est animæ pars magis corporea, radicata in totius animæ conceptaculo: quod vas Aegyptus figuratē nominatur. hæc est forma generis, quā ancilla virtutis habet. iam alteram, scilicet nominis, qualis sit consideremus. mediam disciplinam inquilinæ ius habere contigit. nam & sapientia & quælibet virtus est scientia, sed ciuis & reuera huius vniuersitatis indigena sola ex omnibus: reliquæ disciplinæ secundum & extremū ordinem adeptæ, mediæ censentur inter ciues & hospites. ad neutrū enim genus in totum pertinet, & cum vtroq; habent commune nōnihil. nam inquilini conuersatione cum ciuibus fruuntur: sed quia non est eis certum fixūmq; domiciliū, censentur inter exteros. Sicut, opinor, adoptiui filij, quatenus hæredes sunt pro natiuis æstimātur: quatenus aliunde nati sunt, pro alienis. itaq; sicut

ad

se hab

se habet hera ad ancillam, matrona ad cōcubinam, ita se habet virtus Sarra ad disciplinā Agar. iure igitur Abrahamo contem-
plationi scientiæque dedito virtus Sarra pro vxore fuerit: Agar
verò id est vniuersa encyclopædia, pro pellice. Ergo qui pruden-
tiā discit à præceptoribus, Agarem non reiiciet. est enim valde
necessaria primarum disciplinarū possessio. Quod si quis para-
tus est certamina pro virtute subire, & indefessus exercet se con-
tinuè duas matronas ducet, ac toridè ancillas pellices. singula-
rū autē diuersa sunt ingenia. matronarū altera, sanctissima oppri-
mè cōstituta pacatissimāq; motio, ex re Lia nomē. habet. altera
coti similis Rachel vocatur, ad quā intellectus certaminis exer-
citiisq; cupidus se atterēs acuitur. interpretatur autē visio pro-
fanationis, nō quòd profanè videat, sed cōtrā: quia visibilia sen-
sibiliāq; collata cū immortalī natura inuisibili & intelligibili,
non religiosa sed profana esse iudicat. nā cum anima nostra bi-
partita sit, partim bruta partim rationalis, vtriq; sua virtus est,
Lia rationali parti, Rachel irrationali. exercet enim nos altera
per sensus & rationis partes, vt contēnamus omnia cōtēnenda,
gloriam, diuitias, voluptatē, quæ vulgus hominū suspicit, & ma-
gna contentione persequitur, corrupto auditu, cæterorumq; sen-
suum iudicio. Altera verò docet, vt inæqualē asperamq; viā, stu-
diosis virtutis animabus inaccessam deuitemus, & inoffense pe-
tritam à populo, stratamq; incedamus. nusquā labere vestigiū
Necesse est igitur vt prioris ancilla sic eloquēdi facultas, & ar-
gutio sophistica, p̄stigia faciēs per cōiecturas quæsdā persua-
sibiles. Alterius verò, illa victus ratio quæ cibū potumq; requi-
rit. nam earum nomina, Zelpha & Balla, extant in sacris literis,
Zelpha idem sonat quod oris iter, & eloquēdi facultatē signi-
ficat. Balla verò deglutitiōnē, quæ est mortalium animalium
præcipuū firmamētum & summiè necessarium. ab hac enim su-
stinentur corpora, & vitæ rudentes ab hac religati sunt ceu cre-
pidine. Cū his igitur omnibus potētis mediator ille habet
cōsuetudinē, cum alteris vt ingenuis & ciuibus. cum alteris, vt
ancillis & pellicibus. Expetit enim Liam. id est motum, qui sa-
nitatē in corpore, in anima honestatem & iustitiam operatur.
Rachelem etiam diligit, colluctans cum affectibus, & exercens
se ad temperantiā, resistēsq; omnibus rebus sensibilibus. Duo-
bus enim modis vtilitatē capimus, dum vel in pace bonis frui-
mur. vel in bello mala profigamus arcemúsq;. Per Liam anti-
quissima & præcipua bona percipimus; per Rachelem, velut ex
hostib

hostibus manubias. Huiusmodi est cum his matronis consuetu-
do. Opus habet nihilominus etiam Balla deglutitione medita-
tor noster, sed vt ancilla & pellice. nisi enim edat & viuat, bene
viuere non potest: quandoquidem indifferentia semper melio-
ribus pro fundamento sunt. opus habet Zelpha quoq; differen-
di facultate, vt ratiocinatio duabus rebus in vnū collatis absol-
uatur, ex cogitationis fonte, & riuo inde promanante per vocis
organū. Verū isti pluribus vel vxoribus vel cōcubinis vfi sunt,
vt in sacra scriptura legitur. At cū Isaac nō plures vxores, nō
pellex vlla, sed cōiux vnica quam virginem puellā duxerat, est
perpetua vitæ sociā. cur ita? quia virtus quæ dicitur, qualis Abra-
hami fuit, pluribus eruditionibus indiget, legitimis iuxta pru-
dentiam, adulterinis iuxta disciplinas quas liberales vocamus.
eadem quæ per meditationem absoluitur, quod genus virtutis
Iacob sectatum apparet. meditationes enim constant ex com-
pluribus variis dogmatibus, antecedentibus, cōsequentibus, ci-
rius aut serius occurrentibus, & labores nunc minores nūc ma-
iores exhibentibus. At genus à seipso doctum, in quo Isaac cen-
setur, optimam inter omnes bonos affectus lætitiā simplicem,
meram sincerā mque fortitum est, nec meditatione vlla nec do-
ctrina indigens, ad quas parandas non solū matronis scientiis,
sed & illis alteris pellicibus opus est. Cū em̄ Deus sciētias si-
ne præceptore cælitus impluit, impossibile est delectari ampli⁹
ancillis & concubinis artibus, & teneri desiderio, tāquam filio-
rum dogmatum illegitimos. Siquidem dominæ reginæque
virtutis maritus appellatur, cui tātus honor contigit. ea Latine
patientia, Hebraicè Rebeca vocatur. Nam quisquis naturæ suæ
felicitate & fecunditate animæ sine labore sapientiam affecu-
tus est, nullum profectum requirit amplius. habet enim in pro-
ptu perfecta dona Dei inspirata per illas antiquas Gratias, quæ
sibi optat perpetua. Et hoc est, opinor, cur ille autor omnis be-
neficentiæ, volēs ratas suas gratias, ei qui acceperat, vxorem de-
spōdet patientiam. Reminiscētia tamen secūdam à memoria
locum tenet, & reminiscens à memore. nam ille similis est vten-
ti constanter bona valetudine, hic recolligenti se post agritudi-
nem. Nam obliuio morbus est memoriæ. Quisquis autē remi-
niscitur, necessum est, vt oblit⁹ prius fuerit quorū meminerat.
Memoriā sacra scriptura Ephraim nominat, quā vocem fertili-
tatem fructuū interpretari licet: reminiscētiā autē ex obliuio-
ne Manassem vocant Hebræi. sic enim anima memoris profert

ceū fructū que didicit, nihil eorum amittens: remiſcentis autē, ex obliuione euadit, qua priusquā admoneretur, tenebatur. itaq; memori marito vxor cohabitāt memoria: obliuioſo pellex remiſcentia, Syra genere, iactabūda & arrogans. nā Syria ſublimitas interpretatur. huius cōcubinæ remiſcentiæ filius eſt Macheir vt appellāt Hebræi, ac ſi Latine dicas, patris. nā qui remiſcentur, putāt à patre intellectu ſe cōmoneſieri, nec reputant ſecum, quòd is ipſe aliquādo admittit in ſe obliuionem, nō facturū, ſi habuiſſet in poteſtate memoriā. Scriptū eſt enim: Nati ſunt filij Manaſſe, quos peperit ei cōcubina Syra, primum Macheir, qui genuit Galaad. Nachor quoq; frater Abrahā duas mulieres habuit, vxorē & pellicē. vxoris nomen Melcha, Ruma verò pellicis. ſed nō hitoricam genealogiā contexiſſet legiſlator ſapiētiſſimus, quòd abſit vt quiſquā ſanus ſuſpiceretur: magis rerū animæ profuturarū eſt hec narratio. quòd ſi hæc nomina vertātur in linguā nobis vernaculā, quid ſibi velint apparebit. age igitur ſcrutemur ſingula. Nachor idē eſt quòd luminis requies Melcha quòd regina, Ruma ſignificat vidētē aliquid. Ergo lucē habere in mente bonū eſt. quòd autē quieſcit & ceſſat immotum, imperfectum bonum eſt, nā mala quieſcere expedit, bona verò moueri. Quid enim prodeſt ceſſare bonum tibicine aut cithariſtam, aut in vniuerſum quemcunq; artificem ſuam artem non exercere: nam ſine actione ſola contēplatio ſcientibus ad nihil eſt vtilis. nec enim pācratiſta, pugilve aut luſtatur ex arena protrufus vllum fructum è ſtudio ſuo referet: neq; abſolutus cursor, ſi corripitur à podagra, aut alioqui labore morbo infeſto pedibus. lumen autē animæ, ſolari ſimillimū eſt ſciētia. nam ſicut oculi ſplendore, ſic mens illuſtratur ſapientia, & vſq; acutius cernere aſueſcit inuncta nouis ſemper cōtemplationibus. Itaq; luminis quies Nachor interpretatur: & merito. Quatenus enim Abrahamum cognatione attingit, ſapientie luminis factus eſt particeps. quatenus autē nō eſt comitatus peregrinātem à creatura ad creatorē, à mundo ad mundi opificem, claudam & parum integram ſcientiam acquiſiuit, reſtitantem ceſſantēmq;, vel potius humi defixam more ſtatue. Non demigrat enim è Chaldaica regione, hoc eſt non deſiſtit ab aſtronomiſis ſpeculationibus, creaturā magis colens quā opificem. & mundum magis quā Deum: imò mundū ipſum Deum eſſe credens, non omnipotentis opificium. Melcham autem ducit vxorem, non fortunatam aliquam reginam latē imperitantem
natio

nationibus aut ciuitatibus. ſed appellatam tantū communi cum ea vocabulo. Quemadmodū enim Cælum, eò quòd inter omnes creaturas præmineat, regem ſenſibilium non incōuenienter quis dixerit ſic & ſcientiam rerū cæleſtium, cuius profeſſores habentur Chaldaei & aſtronomi, reginam ſcientiarum ipſi vocant propter excellētiā. Hæc igitur eſt matrona, concubina verò videns vnū aliquid, vel viliffimum. Proinde optimo generi cōtingit videre, quòd eſt optimum, nempe eum Qui eſt. Nam Iſraël videns Deū interpretatur. Secundaria verò cupienti ſecunda ſors obuēnit, ſpectare cælum ſenſibile, ſtellarūque ordinem decētiſſimum, & choream verè muſicam. Tertij ſunt quidam diſceptatores, qui naturas præſtatiſſimas ſenſibilium intelligibiliūmq; ne attingunt quidem, tātū circa parata iſta ſophiſmata tempus cauillando terentes. Horum concubina eſt Ruma, videns aliquid vel minutum, quia non poſſunt potiora ſcrutari, vnde aliquam vitæ vtilitatem capiāt. Nam ſicut apud medicos quæ dicitur logoiatria multum abeſt vt agrotos adiuuet: remediis enim & chirurgiis & diætis, non verbis morbi curantur: ſic & in philoſophia verba tantū quidam venditant & venātur, vitam autem morbis reſertam curare nec poſſunt nec volunt: nec pudet eos à teneris annis ad vltimam vſque ſenectutem ſententiolas frigidas oppugnare propugnareque, tāquam felicitas in nominibus verbisq; & in immodica inanīq; curioſitate ſita ſit, ac non potius in componendis moribus: qui ſons ſi bene ſe habeat, exulant vitia, virtus reſtituitur. Vtuntur tamen concubinis, id eſt, opinionibus dogmatibūsq;, etiam mali homines: quando quidem ſcriptura dicit, quòd Thamna concubina Eliphæ, filij Eſau, peperit Eliphæ filium Amalec. Egregia nepotis degeneratio. ea magis apparebit, ſi non tam de homine hæc intelligantur quā de anima, & quaſi anatomica ratione conſiderentur. brutus enim & immoderatus impetus affectuū appellatur Amalec: quòd interpretatur populus elingens. ſicut enim vis ignis abſumit obiectam materiam, eodē modo & affectus excandescens abligurit corrumpitq; quicquid inuenit obuium. huius affectus pater Eliphæ iure cenſetur. nā hæc vox interpretatur Deus me diſperſit. An-non quāprimū diſſipatur & reiicitur anima à Deo, ſtatim hic brutus affectus naſcitur: nam perſpicacem & religioſam mentē, ceu generoſam vitem propagat, radices extendens in aternitatē, & vbertatem ei donans ad vſum fructū virtutū. & hoc eſt quòd Moſes precatur:

Inducens plantabis eos: vt non intra vnū diem arefcant, sed immortalis longæuāq; fiat Dei plantatio. Nam iniustā impiāq; animam fucaram à seipso longissimè, dissipat in locū voluptatum, concupiscentiarum, & facinorum: qui locus impiorū vocatur, aptius quàm ille fabulosus apud inferos. reuera enim infernus nihil aliud est quàm vita miseri, scelerati, execrādiq; hominis. Extrat autem & aliubi hoc verbum in sacris literis, Quādo diuisit alrissimus gētes, & dispersit filios Adam, terrenos mores omnes: quos nullius cælestis boni vidēdi cupidos abegit, dispersos extorres & exules. nullus enim malus vel domū habet vel ciuitatē, vel vllum societatis ius, sed instabilis dispergitur, passim vagus errabundūsq; nusquā valens subsistere. Suscipit igitur malus è cōiuge malitiam filiā, è concubina verò affectionem. Intellectui enim tota anima quasi coniux est vitæ socia, quasi culpabilis est, parit vitia. corporea verò natura pellex videtur, quæ affectiones gignit. Nam voluptates ac cōcupiscentiæ habitāt in corpore. mulier ipsa Thamna nominatur, ac si dicas defectus fluctuās. deficit enim & languescit affectu anima, motū & iactationem magnā sumēs à corpore, propter coortā graue tempestatē ex inamoderato impetu. Caput autē tanquā animæ omniū dictarū partium, Esau est princeps generis, qui modò factura, modò quercus interpretatur: quercus, quia rigidus, inexorabilis, inobsequēs, duræ cervicis, amētiā in consilium adhibens, verè quernus homo. factura, verò, quia figmentum & fabula est vita insipiens, plana tragico fastu, irrisione mutua, cauillisq; comicis, nihil sani habēs, mēdax & à veritate aliena, qualitate carentem, inuisibilē informemq; naturā non asis faciēs, quā Meditator deamat. Testis est Mosēs, dicēs: Erat Iacob simplex, domum habitans. Itaq; huic contrarius sine domo est, figmētorum, poëmatur, & fabulosa ium nugarum amicus, vel potius ipse ludus & fabula. Hactenus de studiosi intellectus cū coniugibus, concubinīsq; cōgressu, quantū fieri potuit, dictum est. attextenda sunt reliqua & scrutāda quæ deinceps sequuntur.

Obediit, inquit, Abraham verbis Sarrae.] Necesse est enim vt discipulus monitis virtutis obediatur. non omnes enim præfectis suis obediunt, sed quotquot vehemēter amāt scientiam. nā penè quotidie plena sunt theatra & auditoria: & philosophi sine respiratione de virtute copisē verba faciunt, sed quænam est horum sermonum utilitas? cū enim deberent attendere, auocantes animum quidam de navigatione ac negotiatione, quidam

dam de agacultura & reditibus, quidā de honoribus & repub. quidam de lucris ex opificiis, quidā de plectendis inimicis, quidam de amoribus, omnes de aliis rebus cogitant: vt quantū ad rem præsentē attinet surdi sint, corpore tantū occupātes suum locum. peregrinātes animo, & nihil differētes à statuis ac imaginibus. quod si qui attendunt etiā, tantisper dum sedent audiunt. post discessum non meminerunt quicquā amplius: quippe qui venerāt vt auribus voluptatem caperēt potius quàm utilitatem aliquā. itaq; anima eorum nihil potuit vtero cōcipere, sed quamprimū voluptas illa auditus cessauit, euauit & attētio. Tertium genus est eorum, qui recentē adhuc dictorū tenēt memoriā, sed sophistæ cōperiuntur non philosophi. horum laudatur oratio, vita vituperatur. possunt enim dicere optima, sed nō possunt facere. Itaq; rarus est inuentu attentus, memor, qui malit facere quàm dicere: quæ omnia testantur sacrae literæ de scientiæ cupido his verbis: Obediit voci Sarrae. non enim solum audire, sed exaudire inducitur. quo vocabulo assensus & obedientia significatur aptissimè. nec absurdè dictum est illud Voci, & non loquenti Sarrae obeditum. proprium enim discētis est, audire vocē verbāq;. per hæc em̄ sola discit. at quisquis meditatione virtutem non doctrina parat, nō verba, sed quid dicatur attendit, vitam quoq; præceptoris imitans laudādis actionibus. narratur enim de Iacob, qñ ad gentilitias nuptias mittitur, Exaudiuit Iacob matrem & patrē suum, & profectus est in Mesopotamiā. non dicit vocē nec verba exaudita. decebat enim meditatorē hunc vitæ imitatorē fieri, non sermonū auditorē, hoc enim discētis est illud parantis se certamini, vt hinc quoq; meditantis & discētis appareat differētia, dum alter præceptorē, alter præcepta sequitur. Assumpsit igitur Sarra vxor Abrahami Agar Aegyptiā ancillam suā, post annos decē quàm habitare cœperunt in terra Chanaan, & dedit eā suo marito vxorē.] Inuidum, amarulentū, malignū suapte natura est vitiū: diuerso virtus res mitis, benigna, socialis, omnibus modis parata generosis animis prodesse vel per se vel per alios. nunc igitur nō valentibus nobis è prudētia filios suscipere, suā despōdet famulam, encyclopædiā inquā, siue orbem disciplinarū liberalium, tantū non sequestram agens & sponsa ornatricē. legimus enim quod ipsa suo marito hæc vxorem in manū tradiderit. Hic quæredum occurrit, cur denuò Sarra dicat vxorem Abrahami, quod iam saepe antea docuerat. non enim affectat tautologiam pro-

lixæ orationis insigni vitiū. Quid igitur dicendum? Quoniam ancillam prudentiæ liberalem eruditionem desponsatā narrat scriptura, ait eam non oblitam cōditionis & officij quod debatur dominæ, sed meminisse quod illa sit matrona & vxor legitima, ipsa verò propter necessitatem ad tēpus assumpta. id quod accidit omnibus discendi cupidis, qui expertus est, idoneus testis erit. Equidem cum primum cœpi stimulari amore philosophiæ, admodū iuuenis consuetudinē habui cū vna ex eius pedisequis grāmatica, cuius partus, scribendi legendiq; facultatē, & narrationes poëtarū, dedici ei dominæ, ac rursam cū altera cōgressus geometria, delectatus eius pulchritudine, vt cuius mēbris nihil esset moderatius aut castigatius, nihil ex ea natū abscondi, sed bona fide representavi ac donavi matronæ. tertiā quoq; sollicitavi. erat autē concinna, modulata, cōposita, Musica nomine. ex hac genui colorationes diatonicas, & harmonicos cōiunctos disiunctosq; cātus, pertinētes ad diatessaron, diapente, diapason symphonias. ne hæc quidē calauī, quò magis disceretur vxor legitima, aucta numero famulatio. Sūt enim qui ancillarum illecebris inescati. paruipenderunt heram philosophiam, & cōsenuerunt quidam in poëmatibus, quidā in delinationibus, quidam in colorum tēperaturis, alij in aliis rebus innumeris, nō valentes sese ad matronā recipere. habet enim vna quæq; ars suas elegācias quibus alliciat, quibus delectati quidā capiuntur, oblitī promissorū, quæ sibi intercesserūt cum philosophia. sed qui à pactis non discedit, vndecunq; parat quibus dominæ placeat. meritò igitur scriptura fidem eius celebrat, affirmans nunc quoq; vxorē Sarram esse, etiam quādo ipsa volente libētēq; maritus ancillā duxit in thalamū. atqui sicut liberales artes cōferūt ad quærēdam philosophiā, ita philosophia ad parandam sapientiā. Est enim philosophia meditatio sapiētiae, sapientia verò scientia rerum humanarū diuinarūq;, & causarū insuper. ergo sicut encyclopædia philosophiæ seruit, sic philosophia sapiētiae. at philosophia docet nos cōtinere linguā, ventrem, & ea quæ sub vētre sunt. hæc quāuis per se expetenda, augustiora tamen fiunt, quādo in honorē Dei & causa religionis, exercētur. oportet igitur nos esse memores dominæ, dū famularum eius procos agimus. & quāuis harum mariti dicamur, illa nobis matrona sit, etiam si nō dicatur. Traditur autem hæc noua nupta nō statim postquam in Chananæam terram ventū est, sed morato in ea iam per decennium, hoc quid sit, non obiter

ter dispiciendum est. Mox à natiuitate anima nostra coalitis tantū affectibus vititur tristitiis, doloribus, timoribus, cōcupiscētis, voluptatibus, qui per sensus in eam obrepūt, priusquā ratio queat à bonis mala discernere, & quantū altera distent ab alteris cognoscere, nimirū quasi somno etiam tum grauata & vix recludēs oculos. procedente vero tempore, cū pueritiam egressi attingimus adolescētiam, statim geminæ stirpes ex vna radice nascūtur, virtus & vitiū: quas licet ambas intelligamus, vtiq; alteram eligimus, generosū virtutē, vitium contrarij. His prius præstructis, sciendum affectus per Aegyptum significari, vitia per terrā Chananæam. itaq; meritò populus ex Aegypto in Chananæam ducitur. nā homo, vt dixi, ex quo natus est, Aegyptios affectus incolit, radicans in doloribus & voluptatibus. deinde ceu in coloniam migrat ad vitia, ratione iam cernente acutius, & bonū malūq; intelligēte, malum tamen eligente, quod multum mortalitatis habeat, quæ malo est propria, sicut contrarium bonū ad Deum pertinet. Has natura voluit esse patrias ætatibus, puerili affectum Aegyptū, pubescenti vitiū Chananitidem. At sacra scriptura licet nō ignara patriarū humani generis, submonet nos quid agendū, quidve vtile, præcipiens vt odio habeamus gētium leges institutāq; his verbis: Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israël, & dices ad eos. Ego dñs Deus vester. Iuxta consuetudinē Aegypti in qua habitastis nō facietis, nec in legibus eorū ambulabitis. Iudicia mea facietis, & iuxta morē regionis Chanaan, in quā ego introducturus sum vos, nō facietis. Præcepta mea facite, & ambulate in eis. Ego dominus Deus vester. Custodite omnia præcepta mea & iudicia mea, & facite ea. Qui fecerit ea, viuet in eis. Ego dñs Deus vester. Custodite omnia præcepta mea, & iudicia mea. Ergo vera vita cōsistit in dei præceptis & iudiciis, adeo vt mores impiorū adferant perniciem, quidam autē non perpēdunt affectus & vitia, vnde impiorum & facinorosorum multitudo exoritur. Ergo post exactum in Chanaanæa terra decennium Agarem ducamus, quādo iam rationis participes, noxiā suapte natura ignoratiā & iveruditionē didiscimus. aliquantò post in numero perfectō denario legitimo eruditionem profuturam concupiscimus. Rationem autem denarij numeri diligenter exquisuerunt musicorum filij, laudatam non mediocriter etiam à Mose sacratissimo: qui ad hūc numerum refert res pulcherrimas, vota, primitias, oblationes sacerdotū perpetuas,

obseruationem paschatis, propitiationem, red euntem quinquagesimo quoq; anno remissionem, & restitutionem in integrum, apparatus tabernaculi dissolubilis, aliq; innumera, quæ memorare prolixum fuerit, tantum potiora non silebimus. Ante omnia Noë illum, qui primus in sacra scriptura iustus pronunciat, à protoplasto inducit decimum, non ad indicandam annorum multitudinem, sed ut aperte doceat: quod sicut denarius numerorum qui deinceps unitatem sequitur est perfectissimus: ita iustitia in anima reuera finis est vitæ actionum. nam ternio per seipsum multiplicatus ut faciat nouenarium, res bellicosa habetur in oraculis: superueniens autem unitas ad explendum denarium. amica existimatur. id colligitur ex noue regnis, quando civili bello quatuor affectus contra quinque, sensus insurrexerunt, & totam animam quasi ciuitatem adduxerunt in ruinæ vastitatis periculum, quod sapiens illæ Abraham decimus cum suorum manu superueniens sustulit. hic pro tempestate tranquillitatem, sanitatem pro morbo, vitam, si verum fatendum est, pro morte attulit fauente Deo victoriam assecutus, ob quam gratus obtulit ei decimas. quin & pecudum omnium quæ sub virgam, id est, disciplinam veniunt, & quæ sunt cicuris mæsuetiq; generis, decimas lex segregat, iubens ut consecrentur: ut tam multis exemplis discamus quam familiaris Deo sit denarius, nouenarius verò numerus mortali nostro generi. nec tantum animalium, verum etiam omnium terræ fructuum decimæ exiguntur primitiarum nomine. Omnes, inquit decimæ, siue frugum, siue arboreorum fructuum, consecratae sunt domino: & omnes decimæ bouum ac ouium, & omnis pecoris quod sub virga numeratur, decimæ sacratae erunt domino. Viden' ut etiam de hac mole nostra corporea verè terrena & lignea, primitias imperat: nam vita, salus, incrementum, sanitas, per diuinam ei contingunt gratiam. Viden' ut etiam de brutis quæ nobis insunt animalibus, hoc est sensibus, idem præcipitur: nam visus, auditus, odoratus, gustus tactusq; , diuina sunt munera, gratiarum actione dignissima. Verum non ob hæc solum terrena, lignea, corporea, nec ob brutas animates, sensus videlicet, benefactorum laudare docemur: sed & ob mentem, quæ propriè homo est in homine, potior in deteriore, immortalis in morti obnoxio, ideo ut puto, primogenita omnia sibi consecrauit, pro quibus decimam Leuiticam inquam tribum accepit, ut essent, qui conseruarent custodirentq; sanctitatem & religionem ceremoniarum, quæ ad Dei cultum referuntur. nam præcipua
nostri

nostri pars est ratio, & dignum est, ut intelligentiæ, solertiæ, sagacitatis, prudentiæ, & cæterarum eius potentiarum, offerantur Deo primitiæ: qui has dotes cumulauit largiter. hac occasione permotus ille mediator inter precandum ait: Omnium quæ mihi dederis seponam tibi decimas. Et oraculum quod post victoriales præces scriptum est, quas ille à seipso consecratus sacerdos Melchisedec precatur: Dedit, inquit, ei decimas omnium, de sensibus bene sentire, de verbis bene dicere, de mente bene cogitare. Pulcherrimè igitur simulq; necessariè per speciem enarrationis, quoniam cælestis illius & diuini alimenti monumentum in vna aurea consecratum est, ait: quod Gomor erat decima pars trium mensurarum. In nobis enim ipsis tres mensuræ videntur esse, sensus, ratio & mens. sensibilia sensu, verba & orationes ratione, intelligibilia mente metimur. de his singulis tribus mensuris primitiæ sunt offerendæ quasi quadam sacræ decimæ. ut & sermones & sensus & intellectus inculpabiliter sanèq; iuxta Deum se habeant. hæc enim demum vera est iustaq; mensura, nostræ autem falsæ iniustæq; merito igitur & in sacrificiis decima pars mensuræ similæ cum victimis in altare infertur, manente nobis reliquo nouenario numero. huc facit & quotidianum sacerdotum sacrificium, His enim præceptum est, ut decimam partem ephi similæ semper offerant. Didicerant enim transcendente nouenario sensibili existimato Deo, decimum & solum verum verè colere. in nouem enim partes mundus distribuitur, octo in cælo, supremum orbem & septem reliquos erraticorum siderum similes cursus habentium: nonam autem terram cum aqua & aëre. Horum enim vna est cognatio, varias mutationes recipientium. Vulgus autem has nouem partes & compactum ex his mundum colebat: at vir perfectus superiorem his opificem earum Deum decimum, emergens enim super omnia eius opera desiderabat artificem ipsum, simplex eius cultor fieri cupiens. ideo decimas perpetuas decimo illi qui solus æternus est, dedicat sacerdos, quod propriè animæ pascha dicitur, omnium affectuum, & omnium sensibilibus transitus dum properat ad decimum illud quod est diuinum & intelligibile. scriptum est enim: Decima mensis decimi sumat vnusquisq; agnum per domos singulas: ut à decima illi decimo consecrentur victimæ seruatae in anima duas è tribus partes illustratas habere, donec in totum versa in splendorem cælestem, velut luna toto orbe fulgida, per duas septimanas aucta, non solum custodire, sed & sacrificare iam valeat in-
regras

regras & inculpatas hostias, id est, propitiations. hoc enim fir-
 mens decima, anima illum decimum Deum inuocāte suppli-
 citer, edocta quā humiles & nihili creaturæ sint, & quā im-
 mense interuallo excellat inter omnes eas ille Ingenitus. qua
 propter propitius vel absq; propitiatione fit seipso dānantib;
 & contrahentibus, non iactabundis & fastu turgidis. hæc est re-
 missio, hæc libertas absoluta animæ, pristinū errorem excutiē-
 tis, & transeuntis ad nunquā errantem naturam, redeūtisq; ad
 sortem quā olim acceperat, cum magnificē spiraret, & vigeret
 honestis laboribus. tunc enim eius certaminibus delectatum
 illud sacrū verbum, dedit ei præmium eximiū sortem immor-
 talem, & ordinem in genere incorruptibili. hoc & ille sapiens
 Abrahā supplex orat, imminēte incēdio, verbotenus quidē ter-
 ræ Sodomiticæ, re autē animæ bonorū rerum sterilis & orbata
 rationis oculis: vt si inueniatur in ea denarius ceu reliquæ que-
 dam iustitiæ. detur ei venia. Orditur autem supplicationem à
 remissionis numero quinquagenario, & in denarium desinit,
 extremam redemptionem. & hoc est cur mihi videtur Moses
 quoq; post tribunos cēturiones, quinquagenarios præfētos, po-
 stremò decuriones eligere: vt si mens nō possit per seniores or-
 dines proficere, saltem purgerur per vltimos. Pulcherrimū do-
 cumentum etiam illius studiosi seruus didicit, quādo mirifici
 legatione fungens per seipsum sapienti petebat in vxorem pa-
 rientiam, virtutem cognatissimam. decem enim camelos assu-
 mit, in denarij, hoc est rectæ institutionis memoriam, quōd ha-
 beret herum multorū experimētorum memorem, sumit & de
 bonis herilibus, nō argētum aurumve, aut aliquam materiem
 corruptibilem: hæc enim Moses bona nūquam diceret: sed illa
 germana quæ solius sunt animæ viatico negotiationiq; desti-
 nat, doctrinā, profectum, studiū, desiderium, zelū, diuinationē,
 prophetiam, amorem bonorum operū: quibus rebus exercita-
 tus assidētē, iam velut ex alto portū aspiciens, promerit in aures
 duas, singulas drachmam pendentes, & armillas pondus aureo-
 rum decem, quas tradat puellæ offerenti hospitium. ò diuinum
 ornamentum, drachmam esse auditionem, pondus propter vai-
 ratis naturam indiuisibile: auditus enim non debet cuiquā va-
 care, nisi vni verbo, quod virtutes vnus solius Dei decēter ex-
 primit: armillas autē aureorum decē. nam sapientes actiones
 perfectis numeris firmantur, quarū vnaquæq; auro pretiosior
 est. Talis est & illa per optimates viritum facta collatio, dū ani-
 ma

ma ornatu accepto à philosophia festū dedicationis ageret. deo
 doctori & præceptori agens gratias. acerrā enim aureorum de-
 cem plenam aromatibus dedicat, vt vaporem è prudentia ceterisq;
 virtutibus exhalantem, ille solus sapiens diiudicet. quo sa-
 crificio vbi litatum fuerit, Moses sacrum hymnum accinet di-
 cens: Hausit dominus odorem suauitatis. olfacere ponens pro
 assentiri. non habet enim ille formam humanam, nec naribus
 alijsve partibus instrumentalibus indiget. Paulò post autem &
 Dei tabernaculum è decem auleis cōstare dicet. nam totius sa-
 pientia compages numerum perfectum sortita est denarium.
 sapientia porro aula est regia regis omnipotentis qui solus im-
 perat omnibus. hæc est domus eius intelligibilis, altera verò se-
 sibilis mundus hic. quandoquidem & aula cōtexta sunt ex re-
 bus quatuor elementa significantibus, videlicet bysso, hyacin-
 tho, purpura, & cocco, quæ illa numero referunt. Byssus terram
 significat ex qua nascitur. hyacinthus aërem nigricantem sua-
 ptē natura: aquam purpura, quōd hæc tinctura è mari petatur,
 aliter dicta conchilium. postremò ignem color coccinus, cui si-
 millimus est. Rursum Aegyptum rebellem, quando aduersariā
 mentem venerata regni traditis insignibus eam ornauit solio,
 sceptro, diademate, decē plagis castigat ille rerū arbiter omni-
 potens. Idem sapiēti Abrahamo pollicetur, nec plures nec pau-
 ciores, sed decem gētes se deleturum, & harum agros daturum
 se illius posteris: denarium ducens idoneum ad omnia, tam ad
 honorem quā ad pœnam, tã ad laudem quā ad vituperium.
 verū ista quorsum memorare pergimus, cum sacram illā di-
 uinamq; concionem x. in vniuersum præceptis Moses absolue-
 rit? quæ sunt capita iuris diuini in leges plurimas partiti, radi-
 ces, intia, fontes perennes mandatorum, iussa vetitaq; cōtinen-
 tium, ad vtilitatem illorum qui ea recipiunt. meritò igitur de-
 cennio post quā è Chaldæa migratum fuerat, cum Agar con-
 trahitur cōnubium. nec enim statim vbi ratione vti cœpimus,
 languente adhuc mente artes liberales appetere possumus, sed
 confirmata iam vi intelligendi atq; solertia, quando non super-
 ficietenus quasi aliud agēdo, sed firma certaq; sententia res com-
 plectimur. ideo mox in contextu additur illud, Ingressus est ad
 Agar. Cōueniebat enim discipulo vt docti magistri ludum fre-
 quētaret, & disceret disciplinas naturę humanę cōgruas. Et nūc
 quidē discipulus ad doctrinā ire inducitur: sepe tamē illa prior
 obuiam procurrit sine inuidia, & venientes generosē attrahit.
 Sic

Sic virtutem Liam videre licet occurrentem dicentemque Meditatori, Ad me ingredieris hodie. cum ille rure domū rediret. quò enim aliò debuerat ire seminum sciētiae plātārumq; curātor, nisi ad cultā à se virtutē? quæ nōnunquam velut periculum faciens discipulorū alacritatis & promptitudinis, nō occurrit, sed velata facie sicut Thamar, sedet in triuio, pro meretrice se ostentans prætereuntibus, ne quis curiosior velū detrahat, & intemerati virgineiq; pudoris pulchritudinem decentissimā conspiciat. Sed quis est ille quæsitō discēdi cupidus, nihil indiscutsum & inexploratum sineas, nisi summus ille dux & rex, libenter perstās in ictō semel cum Deo fœdere, Iudas nomine. Diuertit, inquit, ad eam de via & dixit: Sine me vt cocam tecū. Nec vltius molestus fuit, vt inspiceret quænam esset illa velata potentia, & quid sibi quæreret. Ceterū post coitum scriptum est: Et concepit, nec exprimitur quis. Cōprehendit enim ars quidē discēntem, adamatū sibi persuadens: discipulus verò magistrā, quoties discit anidē. Interdum etiam quampiam ex indifferentibus scientiis profitens, & discipulum nactus ingeniosum, iactat suam doctrinā, credens se solum autorem eruditionis suis auditoribus, atque ita supinus incedit, & inflatus obducto supercilio, & à volētib; eum sectari magnā mercedē postulat: si quos autem sentit sitientes eruditionis, sed pauperes, auersatur, quasi solus inuenisset thesaurū sapientiæ, hoc est illud in vtero concipere, turgere inflariq; supra modū: quod recidit in dedecus disciplinarum indifferentium, quas quidā ita dehonestant suapte natura honestissimas. Quotquot igitur animæ cū prudentia sunt rebus grauidæ, pariunt nihilominus confusa discernentes separantēsq; sicut Rebeca, postquam enim vtero cōcepit scientiam discordiū rerum virtutis & virij, fœcunditate vsa vtrāq; naturā distinguit & separat. Quotquot autē sine prudentia concipiunt, aut abortiunt, aut cōtentiosum quempiam sophistam iaculatorē sagittariūq; vel telis velitationib; impetitū pariunt: & meritò multū enim interest inter cōcipientes & grauidas. nā quæ se putāt grauidas, partum sibi ipsi ascribunt, eūmq; iactāt sermonibus. at quæ non dedignantur cōcipere, fatentur se nihil habere proprium, sed semina atq; genituras externè infusas cōfouere, & autorem harum veneratæ, maximum malum, scilicet sui amorem, per bonum perfectum, scilicet pietatem, depellunt. Ad eundem modum etiam legum humanarum iacta sunt semina. Erat vir quidam, inquit, scriptura, de tribu Leui, nomi-

ne Amram, qui accepit vxorem de filiabus Leui. Ea grauida facta peperit filium: quem cum viderent elegantem, absconderunt tribus mensibus. hic est Moses ille purissimus intellectus, verè elegās, qui numinis afflatu correptus legislatoriā ac propheticā facultatem adeptus est, ex genere natus leuitico paterna stirpe maternāq; florens & cognatus veritati. maximum autem quiddam primus tribus huius autor pollicetur. audet enim dicere: ipse mihi solus Deus colēdus est, aliud præterea nihil, non terra, non mare, non fluuij, non aëris ventorūque natura, non tempestates, nō animalium plantarūq; species, non sol, non luna, non multitudo stellarum ordine certo decurrentium, non cælum nec mundus vniuersus; quod promissum est magi generosiq; animi, emergere supra creaturā & terminos eius traicere, vni adhærendo Ingenito, iuxta sacra præcepta, quæ id disertè imperant. itaque pro hac assiduitate cultūq; non intermisso reddit ei sortem seipsum. Fideiubet autem pro hac mea promissione oraculum dicens, Dominus hæreditas eius. Tales partus grauidæ magis quàm concipientes animæ solent parere. Quemadmodum autem corporis oculi modò obscure modò clarè vident: similiter etiam animæ oculus aliquando cōfusiores & incertas, aliquando claras manifestasq; rerum proprietates concipit. sed ille obscurus & incertus cōceptus similis est fœtui nōdum formato in vtero: clarus autem & manifestus effigiem humanā habēti & discretas formas artuum. de quibus exat lex scripta valde bona & perutilis. Si rixātibus viris duobus alter percutiat mulierem grauidā, & illa puerū informem eiciat, multa multabitur ex mariti arbitrio, eamq; mox representabit. Quod si formatus fuerit, dabit animā pro anima. non enim erat simile, perfectum & imperfectum mentis opus corrumpere, neque coniectura tantundem valet quantum scientia, neq; sperata res quantum possessa. Ideo pro incerto incerta multa statuitur: vbi finitum est facinus, lex quoque poenam definit. quod intelligitur non de virtute, sed de arte aliqua inculpabili. Hoc fœtu prægnans est, non quæ concepit, sed grauida, inflata opinione. nam eam quæ concepit abortire non est possibile, quòd credibile sit absoluturum talem fœtum ipsum qui genituram indidit. ad grauidæ non est mirum si quid secus accidat, quòd hæc ægrotet sine medico. Caue autem de Agar dictum putes, quòd vidisset seipsam cōcepisse, cum dicitur, videns quòd concepit, sed de hera hoc intelligitur Sarra. nam paulò

paulò post ipsa de seipsa dicit: Videns se cõcepisse, parata est coram ea. cur ita? quoniã indifferentes artes, & harum sectatores vident se graues vtero, sed quid gestent non satis vident: sciẽtia verò cernunt suos fœtus manifestissimè. nam sciẽtia maior est quàm ars, quippe ratione cõfirmata stabilitaq; sic enim definitur: sciẽtia est ex multis intellectis facultas, meditatione acquisita, ad finem aliquem bonum ac utilẽ: quæ clausula rectè additur, vt malas improbatasq; artes excludat. porrò sciẽtia per rationem retinetur constãter atq; firmiter. proinde musicã, grammaticam, & harũ cognatas vocamus artes. nam quicumq; in his sunt absoluti, dicuntur artifices, musici & grammatici. philosophiam verò & ceteras virtutes, sciẽtias, & qui hæc tenent, scientiis præditos, vt sunt prudentes, temperantes & philosophi. quorum nemo fallitur in placitis exultat à se sciẽtia, sicut supra dicti falluntur in artium suarũ contemplationibus. nã sicut oculi vident, sed mens clarius per oculos, & aures audiunt, sed mens per aures melius, & nares olfaciunt, sed anima per nares efficacius: item ceteri sensus obiecta sua percipiunt, sed mēs per eos purius atq; sincerius (loquẽdo enim propriè. hæc ipsa est oculorum oculus, & auris aurũ, & in vnoquoq; sensu sensus sincerior, vtens illis tanquã pro tribunali apparitoribus, sed ipsa naturas subiectorum iudicans, & quædam auersans, aliis assentiens) sic artes quæ dicuntur indifferentes siue medię, corporis potentiis similes, cõtemplationes suas tractant simpliciter, sciẽtiæ verò suas diligentius & cũ summo examine. nam sicut intellectus ad sensum, sic ad artẽ se habet sciẽtia. nam anima est quidam (vt iam dixi) sensus sensuũ. illarum igitur singulæ exigua quædam in rerũ naturis sibi vindicant, circa quæ occupantur, lineas geometria, sonos musica, vniuersam verò naturã philosophia. nam materia circa quam versatur, est mūdus hic, & tota visibilis ac inuisibilis essentia. Quid igitur mirũ si cum vniuersum videat videt etiam partes, & quidẽ quàm illę melius, quippe illustrata maioribus acutioribusque oculis: vt meritò hera philosophia mediam eruditionem ancillã suam prægnantem videat, potius quàm illa seipsam. Quis enim ignorat quòd omnibus particularibus sciẽtiis principia seminãq; indidit philosophia, ex quibus speculationes earum germinent: nam æquilatere, oblique, circulares, multiangulæ aliãq; figuræ, inuẽta geometriæ sunt, ceterũ punctum, superficiem, lineam, solidum, nõ item inuenit geometria. Quomodo enim illa definiret punctũ esse quod

in partes non diuiditur, lineã longitudinem sine latitudine, superficiem longitudinem tantũ cum latitudine, solidum quod tres dimẽsiones habet, lōgitudinem, latitudinẽ, altitudinẽ. hæc enim ad philosophiam attinent, & definiendi negotium est philosophi. item scribere legerẽq; est minus perfectæ grãmaticæ, quam quidam torquentes vocabulum grãmaticã vocãt: perfectioris autem poëtarum historicorũq; explicatio. Quoties igitur de orationis partibus differunt, nõne tunc de inuentis philosophiæ quidam sibi vsurpare vidẽtur? huius enim est proprium disquirere, quid coniunctio, quid nomen, quid verbum, quid commune nomẽ, quid proprium, quid defectiuum in oratione, quid complectum, quid affirmatiuum, quid interrogatiuum, quid percontatiuum, quid cõplexiuum, quid bonum malũve. nã de per se absolutis, & propositionibus & prædicamentis huius est tractatio. iam semiuocalium, vocaliũ, mutarũq; literarum discrimina, & quomodo pronuntietur singulæ, & omnes elementorum atq; partium orationis proprietates, nõne à philosophis elaboratæ absolutæque sunt? quæ isti fures tanquam de torrente paucas aliquot guttulas cum inanimas suas instillauerint, non pudet eos furta ostentare quasi res proprias. Quamobrem elati & sibi placentes contemnunt dominam, penes quam solam est harum contemplationum autoritas. eum contemptum illa sentiens coarguet ingenuè dicens, Iniuriam patior, vobis pacta non seruãtibus. ex quo enim complexi estis ista rudimenta disciplinarum nata è mea famula, exhibetis ei honorem vxori debitũ, me verò sic auersamini, quasi nunquam iunctã matrimonio. Verũm hæc fortassis est nihil aliud quàm suspicio, me ex aperta cõsuetudine vestra cum mea pedisequa, coniecturam non admodum certam sumentẽ alienati à me animi. quæ an vana sit, soli Deo notum est, prætereã nemo facillè iudicauerit. ideo propriè loquitur: Iudicet Deus inter te & me: nõ prædamnans tanquã iniquẽ agentem, sed ambigens quasi fortassis æquum faceret, quod non ita multò post certo comperum fuit, dum se defendens & hæsitatiõni eius medicinam adhibẽs ait, En tibi puellam trado in manus tuas, vt ere hac sicut tibi libet. Nam qui puellam dicit, vtrunque fatetur, & conditionem seruilem, & ætatis imperitiã. nam puellæ nomen vtriusque rei significationi conuenit. Simul fatetur & cõtraria, puellam adultã, dominam opponens ancillã: tantũ non in faciem reclamãs: equidem encyclopædiam vt iuniorem & puellam

lam in deliciis habeo, scientiam verò coniunctam cum prudentia ut maturam matronam honore prosequor. Quod autem dicit in manus tuas, subiectionem quidem significat, verum non hanc solam, sed etiam quiddam aliud: videlicet quod res ancillæ sint in manu corporis: corporeis enim instrumentis & potètiis opus habent artes liberales: res autem dominæ ad animam attineant. ad rationem enim refertur tum scientia tum prudentia, itaque quanto præstarior, efficacior, & modis omnibus potior est intellectus utilitas, tanto pluri facio scientiam prudentiamque, quam istam musicam unã ex artium liberalium numero. Proinde cum sis & habearis à me domina, sume, inquit, omnem meam eruditionem, & non secus quàm in ancilla, utere pro arbitrio tuo: quod scio fore non iniquum, etiam si non tam iucundum quam utile fuerit, & minimùm sitaritatis habuerit. bona enim & utilis est castigatio his qui hac indigent: quã aliter afflictionem sacra scriptura nominat. Quapropter mox additur, Et afflixit eam: ac si diceret castigavit & coegit officium facere. hoc enim plurimùm cõfert otio corruptis & licètia, sicut calcar equis cõrumacibus. Tales enim agrè mansuescunt, & vix domantur scutica. an non vides horum præmia? insultant viris probatis, dilatantur, pinguescunt, sumunt magnos spiritus: dein assequuntur impietatis suæ misera præmia, nimirum & ipsi miserabiles infortunati, dum coronantur & pronunciantur præcurrisse omnes impios, affluentibus enim leniter felicitaribus, putabãt se deos aureos & argenteos, oblectati adulterinis numismatibus, oblitum eius. **Qui verè est.** Testis est Moyses dicens: Impinguatus, incrassatus, dilatatus, deseruit Deum factorem suum. Itaque si nimia dissolutio maximùm morbum impietatem parturit, ediuersò legitima castigatio bonum gignit perfectissimum, illam tantopere laudatam emendationem. Vnde factum est quod primariùm festum azymorum, per panem afflictionis significatur: quãuis nemo nesciat celebritates exhilarari epulis & lætis conuictibus, nõ afflictionibus: sed liquet hanc vocem per abusum accipi pro labore castigatorio. nõ maxima plurimãque bona meditationibus parantur & laboribus iuuenilibus. At animæ festum est rerum optimarum æmulatio, & labor ad perfectionem properantiũ. Quamobrem præceptum est ut azyma edantur cum amaris lactucis agrestibus, non ut sint vice obsonij: sed quia cohibere concupiscentias ne feruescant & turgeant, quidam putant amarum, nõ valentes consuetos affectus dediscere, quod mens certaminum

auida

auida habet pro festiuis delitiis. Hanc ob causam, opinor, in loco qui amaritudo vocatur, lex data fuit. nam iniuriam facere suaue, laboriosum verò est iuste agere: quæ quidè est verissima iuris regula. Egressi, inquit, ex affectionibus Aegyptiacis venerunt in Merran, vbi non poterant aquam bibere, adeo fuit amara. Vnde loco nomẽ impositum Amaritudo, & murmuravit populus contra Moysen dicens, Quid bibemus? Clamavit autem Moyses ad dominum, & ostendit ei dominus lignum, quo iniecto in aquam dulcis est reddita. In eo loco data sunt ei iustificationes & iudicia, & ibi tentavit eum dominus. est enim certissimum experimentum animam in labore atque amaritudine: alioqui non facile quò vergat discernitur. Nam multi nimis cito defessi sunt, non ferentes laborem grauem aduersarium, manus præ languore demittentes sicut athletæ qui desperant de victoria, certati ad Aegyptiarum affectionum delicias recurrere. alij verò horrendos grauesque deserti labores tolerando fortiter, inuicti perdurauerunt in vitæ certamine. contendentes aduersus naturæ necessitates, adeo ut famem, sitim, algorem, aestum, à quibus ceteri facile vincuntur, ipsi deuincerent. in causa fuit non solus labor, sed cum eo cõiuncta dulcedo. legimus enim aquam dulcem redditam, quæ dulcedo laboris Græcis φιλοπονία vocatur. talis enim dulcedo nihil aliud est quam amaritatis honestatè zelus, amor & desiderium. nemo igitur huiusmodi afflictionem refugiat, nec putet festas epulas vocari panem afflictionis tãquam noxias ac non potius utiles. nam anima castigata nutritur eruditionis placitis. ceterum opus hoc pistorium fermento carens adeo sacrum habetur, ut oraculo præceptum sit xij. panes nõ fermentatos pro numero tribuum in sacrario proponi super mensam auream, qui panes propositionis vocantur, lege quoque cautum est, ne quid fermenti aut mellis inferatur in altarium. est enim difficile vel dulcedines voluptatum corporis, vel inanes tumores animæ, cõsecrare tanquam puras, cum suapte natura impuræ ac profanæ sint. nõne igitur merito fatidicus sermo nomine Moysis dicit: Memeto viarum omnium, per quas te duxit dominus Deus in deserto, ut affligeret te, & tẽtaret ac probaret cor tuum, num custoditurus esses madata eius. nunquid afflixit te & fame pressit, ac mox cibavit manna, quam non gustarant patres tui, ut doceret te, quòd nõ solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei. **Quis igitur tã profanus est ut credat tortorem Deum, qui famem lethi genus miserum**

bb ij

inducat

inducat super homines non valentes sine cibo viuere? Est enim bonus & causa rerum bonarum, benefactor, seruator, altorq; diuitiarū donator munificentissimus, à profana malignitate alienissimus. Sic enim onera terræ Adamum Caimūq; profligauit è paradiso. ergo non debemus verbis seduci, sed eorum occulta significata dispicere, & afflictionem interpretari castigationē, admonitionem eruditionēque. Quod autem scriptū est, obiectos eos fami, non de cibi potūsque inopia dicitur, sed voluptatum, concupiscentiarum, timoris, doloris, iniquitatum, & in vniuersum omnium quæ aut vitiorum sunt effectus aut passionum animæ. Attestatur mihi quod mox sequitur: Cibauit te māna. Eum cibum sine labore curaque hominum, non è terra more cōsueto editum, sed cælitus exhibitum prodigiosa beneficentia, vtrum famem afflictionēque oportet dicere, an potius, vbertatem & copiam quæ inuitet ad securè viuendum sub diuinis legibus? Sed vulgus gregarium putat eos malè saginari qui pascuntur diuinis eloquiis. nec mirum, quandoquidem nullum vnquam gustum cepit alentis omnia sapientia. Proinde vulgo ignotum est, in quanta illi felicitate atque hilaritate vitam exigant. Est igitur afflictionis quoddam genus vtile, in tantum, vti etiā vilissima huius pars, nempe seruitus pro magno bono imputetur. Oprat hanc in sacris literis pater suo filio, vir optimus Isaac insipienti Esau, dicens: Gladio tibi victum parabis, & fratri tuo seruiēs: vtilissimum iudicans ei qui paci bellum prætulit, & arma tanquam pugnator gestabat propter intestinam seditionem animæ, seruire præstantiori, & omnia mandata diligentis temperantiam obedienter exequi. Quapropter videtur mihi quidā è Moysi discipulis nomine pacatus, qui patria lingua Salomon vocatur, dixisse: Fili caue contempnas disciplinam Domini, & castigatus ab eo noli despondere animum: quem enim diligit arguit, & flagellat omnem charum filium. Tam præclara res habetur correptio castigatioq; vt hoc certo signo dignoscantur Dei cognati. Quæ enim potest esse maior cognatio, quàm quæ filio cum patre intercedit? Sed ne videamur verba verbis attexendo de industria sermonem protendere, manifesto argumento fidem iam dictis astruemus, quod vel solum possit satis docere, esse genus quoddā afflictionis quod ad virtutem pertineat. extat enim lex huiusmodi. Omnem viduam & pupillum non affligetis. Quod si afflixeritis eos vitio. Quid ait? Ergo potest aliquis affligi aliter. alioquin superfluum esset

esset manifesta inculcari. quæ vel absq; additamento intelligi poterant. Sed respondebit vtique: Noui equidem etiam virtute afflictos, & castigatos à prudentia. ideo non omnem afflictionem culpo, sed iustā legitimāq; , qua obiurgatus corrigitur, valde approbo. Stultam verò ac malam, vt noxiam meritò vitupero. Cùm igitur Agarem afflictam à Sarra audis, nihil suspiceris de muliebri zelotipia. nam non de mulieribus sermo fit, sed de mentibus, quarum altera eruditur artibus ætati primæ conuenientibus, altera in stadio virtutis exercetur.

PHILONIS IVD AE I, De profugis.

AFFLIXIT eam Sarra, & aufugit ab ei⁹ facie. inuenit autem eam angelus domini ad fontem aquæ in solitudine, qui fons est in via Sur: & dixit ad eam Angelus domini: Ancilla Sarrae vnde venis, & quò vadis? quæ respondit: à facie Sarrae hære meæ fugio. cui angelus domini: Reuertere ad heram tuam, & humiliare sub manu eius. Et rursus: Prægnans es, inquit, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismaël. hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium cōtra eum.] Postquā superiore libro de eruditione & de afflictione satis diximus, deinceps de profugis locū tractabimus. nam sæpe scriptura mentionē facit de fugientibus, sicut nunc de Agare, dicēs quòd afflicta aufugit à facie heræ suæ. cæterum fugæ tres causas equidē existimo, odiū, timorem, pudorem, nam præ odio mulieres viros, & viri mulieres deserunt. præ timore, parentes liberi, & serui dominos. præ pudore amicos amici, si quādo offensā interuenit. Quin & patres noui, qui vitæ molli assueti, cū reuererētur filios versos ad vitam austerā & philosophicam, maluerint præ pudore rusticari, quàm in vrbe domi habitare. harū trium causarum & sacra scriptura meminit. certè mediator ille Iacob præ odio Labanem socerum, præ metu Esau fratrem fugit, vt mox docebitur. Agar verò præ pudore discedit. id inde colligitur, quòd occurrit ei angelus Dei verbū, qui officij moneat eam, & in heriles ades reuerti iubeat. qui etiam confirmans eam, Exaudiuit, inquit,

quit, Dominus humiliationem tuam, non à timore profectam nec ab odio: qui affectus vel ignavi animi sunt vel iritabilis: sed à pudore imagine modestiæ. alioquin si præ metu fugisset, debuerat heram ad æquanimittatem hortari. sic enim profugæ paruisset reditus, non aliter. verùm apud illam nemo intercedit, iam ante per se placatam, hanc verò beneuolus amicus & consultor arguens docet non solum pudorem adhibere sed & audaciam. pudorem enim dimidiatam virtutem esse absque fiducia. cæterum exquisitiores harum rerum formas spectabimus vbi series orationis eò nos deduxerit. Reuertamur ad proposita capita, incipiendo à præ odio fugientibus. Cælauit, inquit, Iacob Labanem Syrum, nec indicauit ei de fuga; & aufugit cum rebus suis omnibus. Quæ igitur fuerit causa odij, fortasse quarat aliquis. Sunt quidam qui essentiam illam qualitate omni & specie formæque carentem sibi Deum fingunt, motorem eius & autorem, nec scientes nec cupientes ex aliis discere, ignorantes rem cognitu pulcherrimam, cuius scientia prima solaq; paranda erat summo labore ac studio. in his Laban est. nam gregem non signatum ei tribuunt oracula. est autem sine signo in vniuerso materia carēs qualitate: inter homines autem inerudita & nullo vnquam vsa pædagogico anima. Rursum alij potiores his aiunt intellectum aduentu suo disposuisse omnia. & subla ta vulgi administratione ex perturbata republica legitimi regni formam indaxisse, ex hoc sodalirio Iacob est, magister pecoris varietate signari. insignita enim & variè notata est in vniuerso quidem species, in hominibus autem mens docilis & discendi avida. ergo suapte natura societatis amicus insignis amatorque veræ monarchiæ, venit ad illum nullo signo nobilem, materiales, vt dixi, sibi pro Deo cōsecrantem principatus, & nullos præterea credentem, vt eum errare doceat. creatus est enim mundus & omnino aliquem autorem habuit. verbum autem creatoris, signaculum est illud, à quo quicquid est, formam accipit, ideo primis creaturis perfecta species cōrigit, vtpote ad imaginem perfecti verbi expressa. nam animalia quantitatem perfectam non habent, sicut liquet ex incrementis per ætates accedentibus. qualitas autem perfecta est, & eadem semper manet, quippe quæ à semper manente fuit expressa, verbo Dei nunquam mutabili. Sed quia monitor hic animaduertit se surdo canere merito de fuga cogitat, nimirum metuens ne illi nihil proficiat & insuper ipse danum accipiat. Nocet enim cōiunctus & consuetudo

metudo cum insipientibus: quia sæpe accidit, vt anima etiam inuita aliquid contagij sibi affricet: & alioquin malè conuenit eruditioni cum ineruditione, & industriæ cum segnitie. quamobrem clamant meditatiæ potentiæ vociferanturq; non dissimulando causas odij: Nūquid est nobis portio hæreditatis in domo patris nostri: nonne quasi alienas reputauit nos & vendidit nos, & deuorauit nostrum pretium, opes & gloriæ, quas Deus patri nostro abstulit, nostræ sicut liberorumq; nostrorum. nam cum sint & appellentur ingenuæ, non putant vllum insipientem vel clarum esse vel diuitem, sed omnes ex æquo pauperes ac ignobiles, etiam si regum opulētissimorum fortunas superet, non dicunt enim patris opes, sed ablatas patri, nec gloriam illius, sed ablatam ab eo gloriam, se habituras. priuatur autem malus veris diuitiis & vera gloria. Nam hæc bona parantur per temperantiam & prudentiam & his cognatas habitudines quæ animi generosi hæreditario iure possident. ergo non possessiones mali viri, sed quæ illæ amittit, claritas ac opes ad bonos perueniunt. amittit autem virtutes quæ his in possessione cedunt, iuxta illud quod alibi legitur: Abominationes Aegypti sacrificemus domino. perfectæ enim & inculpatae victimæ virtutes sunt, & operationes his congruæ, quas illud Aegyptium affectibus obnoxium corpus abominatur. nam sicut hic idola Aegyptiorum execranda. Israelitis perspicacibus dicuntur, & mactantur omnia: sic quæ amittit quivis insipiens, ea perueniunt ad honestatis amicum iure hæreditario. ea sunt, vera opinio, nihil differens à scientia, & diuitiæ, non qualis cæcus ille Plutus, sed cernētēs acutissime nullum adulterinum numum admittentes, imò nihil inanimatum, etiam si alioqui probatum sit. merito igitur homo diuinorum bonorum expers deseritur, qui dum alium accusare conatur, imprudens seipsum culpatur, dicendo: Si indicasses mihi, dimisisses te. Atqui ob hoc ipsum dignus eras deseriri, quod innumeris dominis seruiens, principem te simulas; & libertatem polliceris aliis. Ego verò itineris ad virtutem ducentis auxiliatorem hominem non accipio, sed obedio iubenti: hinc discedere oraculo, cuius ductum sequor nunc quoq; sed quomodo me dimisisses: nimirum vt iactas, cum hilaritate mihi molesta, & insuauis musica, cum tympanorum strepitu nihil significante, & obtundente aures animæ. cum inconcinnis citharis, æque ac vita cætera. Imò hæc ipsa sunt quæ statui fugere: & tu putas me sic posse retrahi, vt cursum reflectam ad sensus natura fallaces, quos

quos nunquam libenter attrigi. Hæc est fuga cuius causa fuit odium: dicemus & de ea quæ præ metu fit. Dixit, inquit, Rebeca ad Iacob: Ecce Esau frater tuus necè tibi minatur. Nunc igitur mi puer, audi vocem meam, & surgès fuge ad Labanem fratrem meum in Charras, habitabisq; cum eo dies aliquot, donec auertatur ira fratris tui, & obliuiscatur eorum quæ commisisti in eum, & ego te accersam.] Timendum est enim ne deterior pars vel clam per insidias, vel aperta vi meliorem opprimat: & optime consulit Rebeca rectè sentiès patientia: Si quando videbis, inquit, vitium magno impetu ferri cõtra virtutem, & ista contemnenda magni facere, diuitias, gloriam, voluptatem, & ideo laudare iniustitiam, vt causam horum quæ nominauimus, eò quòd ad opes ac gloriam iniusti ante omnes perueniant: caue ne statim diuersam viam ingrediaris, versus ad egestatem. & humilitatem, nève tetricam vitam ac solitariam instituas. irritares enim aduersarium, & molestiorem inimicũ tibi parares: aduerte igitur quomodo petitiones eius euitare valeas, versare cum eisdem, nõ dico studiis, sed obiectis eorum quæ diximus: honoribus, potestatibus, argento, auro, possessionibus, coloribus, formisq; eximiis & elegãtiis. ea nactus, vt honus opifex, optimas species materiã notato, vnde laudabile opus facias. an nescis quod imperitus si nauem accipiat aptam ferèdis tẽpestatibus, subuertit: eandem gubernator exercitatus sæpe seruat è naufragio: itidè ægroti ab inaperitis medicis vexati periculum salutis incurrunt: diuerso à peritis adiuti. etiam è periculosis morbis euadunt: & quid multis verbis opus est? Semper quod ex arte fit, inertiam redarguit & imperitiam, vt si laudes illud, eadem opera diuersum vituperes. Ergo si vis opulentũ vt malum redarguere, ne auerferis pecuniarũ copiã. nam ille miser mature se ostēdet, aut sordidum appensore obolorum & illiberalè forneratorem, aut luxu perditum & promum magis quàm condum, meretricũ, lenonũ, productorum, & huiusmodi sodalitij patronum fauoremq; profusissimũ. tu verò collationes facies in amicos pauperes, munificus eris erga patriã, pauperũ parentum filias frugali dote augebis: tantũ non in medium tua proponēs. inuitabis ad fruendum quotquot digni fuerint hac gratia. pari modo si ambitioso & gloriæ mancipio vis exprobrare miseriam, & potes ipse honores adipisci, ne auerferis laudẽ publicã. sic enim supplãtabis illum fastuosè incedentem & gerentem se magnificè. ille aburetur sua claritate ad iniuriam & cõ-

tumel

tumeliam aliorũ se præstantiorum, fauens cõtra eos deterioribus. tu cõtrã cum omnibus dignis cõmunicabis honorẽ, securitatem parans bonis viris, reliquos admonendo corrigēs. quod si ad cõpotationem aut sumptuosum cõuiuium eũdum erit, ito cum fiducia, intẽperantẽ pudefacturus tua dexteritate. nã ille pronus, & concupiscentias prius quàm os diducens, auidè ad saturitatem ingeret etiam quæ proximis sunt apposita, nec pudebit eum ligurire omnia. moxq; cibo differtus, spumãtem pateram, vt poëtæ loquuntur, hauriet, cõuiuis iridentibus & caullantibus. tu verò si nemo cogat, contentus eris modicis: quod si quando necesse habebis frui largitus, ratione in consilium adhibita nunquam voluptatem vertes in molestiã: sed vt ira loquar, salua sobrietate fies ebrius. non iniustè igitur veritas incusare possèt eos qui temerè deserunt vitam ciuilem & curam augendæ rei domesticæ, dicuntq; se gloriam & voluptatem contemnerent. arrogantia est ista non cõtemptus, sordidatos & tristis dure tetricèq; vitam sustẽrare, atq; ita inescare homines. venditãdo se pro honestatis, frugalitatis paciẽtiæq; amatoribus. sed qui perspicaciores sunt nõ decipiuntur, dum intus eos quàm in cute spectare malunt. remotis enim istis velamētis, quod post ea lateat considerant: ac tum demum si quid est boni admirantur, damnans contraria, & fucatos histriones auerfantur. hoc geuus homines sic appellãdi sũt. Cur ita vobis placet vita solitaria semotis à populo? quod specimẽ probitatis prius edidistis? pecuniã contemnitis? scilicet quia iustè prius eam tractastis. simulas vos ventris & eorum quæ sub ventre sunt voluptates negligere: abstinuistis ne ab his cum haberetis earum copiã? at gloriam cõtemnitis. fuistisne vnquam modesti in honoribus? reip. curam deridetis, fortasse quia quàm utilis sit nõ intelligitis. exercitati prius in publicis priuatissq; negotiis, in germanis virtutibus politica œconomicaq; & vsu parta harum peritia, trãsiuistis ad aliam vitæ rationem meliorem scilicet. decet enim in actiua vita periculum facere, eum qui in cõtemplatiua exerceri vult. sic enim licebit otij pigritiãq; crimen effugere. sic & lenitis præcipitur vt fungantur ministerio vsq; annum l. deinde iam immunes cõtemplentur singula, bene actæ in ceremoniis vitæ præmiũ accipientes aliã gaudẽtem sola cõsideratione rerum ac scientia. & alioquin etiam nescitas postulat, vt qui se putant dignè affectare diuina, in iure humano prius cõsumati fuerint, est enim magna stultitiã credere se assecuturũ maiora,

bb v

qui

qui spe minorū frustratus sit. Innotesce igitur primū per virtutes humanas, vt mox per diuinas fias cōmendatior. Hæc sunt quæ Meditatorē docet patientia. Dispiciamus verba eius diligētius. Ecce, inquit, Esau frater tuus minatur tibi.] Quernus ille & ob inscitā cōtumax mos, Esau nomine, irascitur: & porrigens perniciosas escas, pecuniā, gloriam, voluptates, cæterāq; id genus tuæ mortali vitæ insidiatur. tu verò puer fuge præsens certamen: nō dum enim adultus es robore, sed adhuc nervi tuæ puerilis animæ sunt molliusculi. ideo puerum eum appellat, simul affectus ætatisq; vocabulo. nam exercitatorum morē iuuenē necdum perfectum, dignum beneuolentia ducimus. talis autem idoneus est præmia proposita pueris auferre, cum non possit illa quæ viri appetūt. virorū verò præcipuum præmiū est cultus solius Dei, quapropter si quādo nondum satis purificati, & contenti vitæ sordes vitæq; abluisse, ad religiosas aulas venimus, mox resiliimus à limine, nō ferentes durum victum, assiduos labores & peruigilia, fugiendū igitur hoc tēpore & quod pessimum & quod optimum. pessimum quidem signum illud fabulosum, poëma versuum malorum & carminum, commentum ineruditū ac proinde durum atq; ligneum, quod Esau præ se fert ipso nomine: optimum verò, anathema. genus enim destinatum diuino cultui oblatio quædam est Dei, cōsecrata ad eius solius summū sacerdotium. nā cohabitatio cum malo nocet maximè, cū bono verò perfecto periculosa est. itaque Iacob & ab Esau fugit, & ablegatur à parētibus: quippe qui meditator cū sit dimicans adhuc in certamine, fugit quidē vitiū, sed nō potest cū perfecta virtute viuere, vt nullius præceptoris opera indigeat. ideo proficiscetur ad Labanem, nō illum Syri, sed fratrem matris suæ. hoc est, ad vitæ claritatē perueniet. nā Laban cādidus interpretatur, quò postquam peruenerit, nō eriget ceruicē, inflatus fortunæ prosperitatibus. Syrus enim elatum significat. nunc autē Syri Labanis nulla fit mētio, tantūm Rebecæ frater dicitur. nam vitæ facultates malo viro datæ mentem extollunt vacuā prudētiam, quod Syri nomine intelligitur: eandem si amator eruditionis accipiat, constanter permanet in honestatis placitis. hic est ille frater Rebecæ patriētis. habitat autē Charan, id est, cauernas, per quas sensus significatur. quisquis enim adhuc mortalis vitæ coetus celebrat, opus habet instrumentis sensuū. Habita igitur, inquit, mi puer cum eo, nō in perpetuū, sed dies aliquot. hoc est, cognosce regionem sensuum, cognosce te ipsum

te ipsum partēsq; tui, quid sint singulæ, ad quid factæ sint, quam vim innatā habeant, quis intus latens adductis reductisq; nervis miros motus faciat, siue tua propria mens, siue illa vniuersæ rerum naturæ communis. deinde te ipso satis explorato, etiam res Labanis diligenter inspicere, vanæ gloriæ felicitates vt videtur magnificas, cauens ne ab vlla capiaris, sed tanquā bonus opifex artificiosè singulas tuis vñibus accōmodes. nam si in hac ciuili promiscuāq; vita mores cōstantes & bene institutos prætuleris, accersam te illinc, vt præmia qualia tui parētes percipias. erit autem præmium, cultus illius solius sapiētis certus & perpetuus. eadem & pater docet paucis additis dicens: Surgēs fuge in Mesopotamiam in domū Bethuelis patris matris tuæ, & duc es inde tibi vxorē è filiabus Labanis fratris matris tuæ. Rursum etiam hic non Syrus dixit Labanē, sed Rebecæ fratrem. futurum meditatoris affinem per cōnubium. Fuge igitur in Mesopotamiam, hoc est in medium torrentē huius vitæ, & caue ne vndis eius mergaris, sed sustinēs aduersos impet⁹ & vndiq; prementes vortices, propulsa hos fortiter. nam in sapientiæ domo tranquillam stationem inuenies, in quam te facile queas recipere. Vocatur autē in sacris literis sapientia Bethuel: quod nomē interpretatur, filia Dei. Nimirū germana filia, virgo perpetua, intactam impollutamq; naturā sortita, tum propter suam pudicitiam, tum propter parentis dignitatē, dicitur autē Bethuel Rebecæ pater, & quomodo filia Dei, sapientia, iure pater dici potest? an quia sapientia nomen fœmininum habet, naturam verò masculam? si quidem virtutes omnes habet appellationes fœmininas, vires autē & actiones virorum perfectissimorum. quoniam quicquid post Deum est, quātumvis antiquum sit, cū secundo loco cēseatur, collatum ad omnipotentē illum non tam masculinū videtur quā fœmineū, vt cæteris creaturis simile. cū enim penes mares sit sexus priuilegiū, deteriores habentur fœminæ. proinde parum solliciti de huiusmodi differētia nominum, pronunciamus filiam Dei sapientiā matrem & patrem esse gignentem in animabus eruditionem, disciplinā, scientiā, prudentiam, actiones honestas & laudabiles. ab hac mediator Iacob petit sibi cōiugem. vnde enim aliās inuenire potest sociam inculpabilem, cum qua ætatem omnem exigat? Ceterū de fuga diligētius præscribitur in lege de homicidiis, in qua omnes enumerantur species, tum voluntariū homicidium, tum inuoluntarium, siue dolo patratum sit siue cōsilio. verba legis sunt hæc.

Si quis

Si quis alterum percusserit, & ille mortuus fuerit, ipse quoque morte moriatur, quod si nō volēs fecit, sed Deus eum in manus eius tradidit, dabo tibi locū quo homicida fugiat, quod si quis per insidias proximum occiderit, & ad altare meū confugerit, abstractum inde afficies supplicio. Cū scirem leges nullo uti verbo superuacaneo, qualia per nimiam loquacitatē excidunt, hæc itaui intra meipsum, cur homicidā voluntarium nō modò mori pronuntiet, sed morte mori: quid enim aliud morientes quàm mors enecat? adita igitur muliere sapiente, cui nomē discipulatio, desij quærere, ea respōdit, malos etiam si ad extremū pertingant senium, esse mortuos, quod virtuti non uiuant, probos verò etiam si disjungantur à corpore, sortitos immortalitatem in sempiternum uiuere, sententiā hāc confirmabat per oracula: vnū erat hoc. Qui adheretis dño Deo, uiuitis omnes hodie. Supplices Dei solos agnoscit pro uiuis, reliquos habet pro mortuis. illis verò etiā immortalitatē pollicetur, nō solum dicens uiuitis, sed addens hodie, per hāc enim vocē intelliguntur infinita secula. mensium enim annorū & in vniuersum tēporū circuitus, dogmata sunt hominū magnificentiū numeros. verū autē nomen xui est hodie. sol enim nunquam mutatus semper idem est, nūc sub terra nūc super terrā decurrens, diei noctisq; arbiter, quibus metimur secula. Alterū autem oraculū sic attestabatur. Ecce posuit corā te vitam & mortē. bonum & malum, ergo vir sapiens crede bonum virtutē & vitam esse, malū verò mortē & vitium. Aliubi quoq; legitur: Hæc est tua vita & longæuitas, dominū Deum tuū diligere. Egregia vitæ immortalis definitio, Dei dilectione amorēq; incorporeo corripit, sic sacerdotes Nadab & Abiud ut uiuāt moriuntur, pro mortali vita recipientes incorruptibilem, & à creaturis ad creatorē migrātes. argumentū immortalitatis eorum est quod legitur, Tunc mortui sunt corā domino, id est, vixerūt. mortuū enim nefas est venire in conspectū Dei. Idem dicit ipse dominus: In propinquātib; mihi sanctificabor. Mortui verò, sicut & in hymnis canitur, nō laudabunt dominum. hoc enim uiuorum est officium. Caimi verò impudentis fratricidæ mors nusquā in lege inuenitur, imò extat hoc oraculum de illo: Apposuit dominus Deus Caimo signum, ne quis eum inuentū interimeret. Cur ita? Opinor, quia impietas malum est insinuatū, quod semel accēsum nunquam extingui potest, in quam competit illud poëticum:

Immortale malum, nulla delebile morte.

Immor

Immortale in præsentī vita, alioquin apud Deū examine mortuūmq; & ut quidam, inquit, abiectius quàm sterquiliniū. oportebat autem diuersas regiones rebus differentibus attribui, bono celum, malo terræ confinia. Itaq; bonū superna petit, etiam si nonnunquam ad nos descēdit: quia pater eius est munificus. sed meritò cupit sursum recurrere. Malum verò hic permanet, à diuino choro semorum quàm longissimè, oberrās circa vitā mortalem, cū non possit morte sua mortale genus relinquere. id quidam inter sapientes celebratus testatur magnificè in Theæteto sic: Sed nec penitus extirpari mala est possibile: nā Deo semper aliquid opponi necessum est: nec tamē apud superos locum habere possunt, coacta circa mortalem naturā & hæc inferiora loca oberrare. quare conandū est hinc illuc fugere quàm celerimè. est autē fuga, si Deo similes efficiamur pro viribus. proinde meritò Caim nō moritur, qui significat vitiū, semper victurum in genere mortali cum hominibus. itaq; nō absurdè dictū est morte mori homicidā, propter causas iam prædictas. quod autem dicitur de inuoluntariis homicidis: Non spōte, sed Deus eum tradidit, valde bene dictū est. existimat enim volūtaria facinora esse nostri animi, inuoluntaria verò ad Deum referēda: non loquor de peccatis, sed de pœnis peccatorū. nō est enim decorū, ut ipse Deus puniat, cū sit primarius legislator optimus, sed per alios animaduertit in homines noxios: non per semetipsum. Cōuenientius enim est ut gratias, beneficia, munera, porrigat ipse suapte natura bonus ac munificus: supplicia verò nō sine iussu eius, qui regnū sempiternū tenet, per alios tamē exigātur quos decet tale ministeriū. Testis est mihi meditor ille his verbis: Deus qui nutrit me à iuuentute mea, angelus ille qui me liberat è malis omnib;. antiquiora bona quibus anima nutritur, accepta Deo fert: Dei famulo posteriora, quæ ad fugā peccati pertiner. ideo sicut opinor, & cū de mūdi opificio philosophatur, postquā dixit omnia cætera Deū creasse solum hominem, etiā aliis cooperātibus, plasmatū esse docuit. Dixit, inquit Deus: Faciamus hominē ad imaginē nostrā: per hoc verbū Faciamus multitudinē significās. Ergo pater ille rerū alloquitur suas potētiās, quibus mortale hāc animæ nostræ partē fingendā dedit, imitātibus artē ipsius, qñ rationalē in nobis formabat: æquū ducēs vt à principe rerū prinipalis pars fabricaretur in anima: subiecte vero, à subditis potētis. vsus est autē his potētis nō solū ob modò memoratā causam, sed q̄a hominis anima so-

la

la intellectū bonorū malorūq; habitura erat, & electura alterutrum quādo vtrunq; non potest. necessarium igitur duxit malorum facturā aliis tribui opificibus: bonorū verò sibi soli, quā propter cū prius dixisset, faciamus hominem, tāquam de pluribus, mox tanquam de vno loquitur, Fecit Deus hominem, nā veri hominis, q̄ est mens purissima, vnus solus Deus est opifex. plures verò eius qui vulgò sic vocatur, mixtus atq; tēperatus ex sensibus, quā obrē ille eximius homo indicatur per articulū: legitur enim, Fecit Deus illū hominem, illum specie mixturāq; carētem intellectum, vulgaris autem homo sine huiusmodi ad ditamento ponitur. nā cum dicit, Faciamus hominem, ē bruta rationaliq; anima contextū significat. Huc accedit quod benedictio bonorum & maledictio cōtrāriorum, nō per eosdem fit, quāuis vtraq; sit laudabilis. Quoniam autem in demonstratio genere primū est laudare dignos, secundū vituperare eos qui merētur: cū sint huius generis principes xij. numero, qui phylarchæ solent nominari, sex præstāiores, collocavit in benedictione, Simeonem, Leuim, Iudam, Isacharem, Iosephum, Benjamin: reliquos in maledictione. primū ac nouissimū ē Lia: filius Ruben & Zabulonem, & quatuor illos ex ancillis genitos, nam regia sacerdotalisq; tribus principes, Iudas & Leui, in priore censentur ordine. merito igitur etiā qui morte digna patrarūt facinora, in aliorum manus dedūtur ad supplicium, vt doceamur quod mali natura longē à diuino choro exulat, quando etiam bonum propter solā mali similitudinem, executionē per alios accipit. Illud autē, Dabo tibi locum quò fugiat qui nolens occidit, valde rectē dictum mihi videtur. Locum enim vocat nunc nō eum qui occupatur, à corpore, sed obscure ipsum Deū subindicat. cōtinet enim ille non cōtinetur, & est omnibus refugium. Fas igitur est dicere, eum qui nolēs mutatur, mutari diuinitus, quod de sponte peccātib; dicere non licet. Daturum autem se ait, non interfectori, sed ei cum quo loquitur: vt alius sit habitator, alius profugus. nam suo populo Deus patriā dat cognitionem sui, quā & indigena inhabitet: eandem futurā per errorem lapsis refugium, sed vt inquilinis nō vt ciuib;. Posthæc sapienter statuta de cæde non voluntaria, nā sit legislator ad insidias dicens: Quod si quis dolo aggressus proximum vt occideret, ad Deum cōfugiat, locū videlicet quem figuratē dixerat. in quo vita contingit omnibus. nam & alibi dicit: Quisquis illuc fugerit, viuet. nimirum vita æterna est ad illud Ens refugium, sicut

sicut contrā mors, ab illo fugere. quod si quis insidiatur, omnino volens facit iniuriam: & quod dolo fit, reum facit, sicut insonem quod sine dolo fit. Ergo nullum facinus suppuratum, dolum, & data opera patratum, meretur vt dicatur factum ex Dei sentētia, sed ex nostra propria. intra nos ipsos enim vt dixi, thesauri vitiorum sunt, apud Deum verò solorū bonorum. quisquis igitur eò confugerit, id est quicumq; peccati autorē nō seipsum sed Deum inculcat, puniatur: nec profit ei refugium, quod solis supplicibus est salutariferū: & meritò. nam altare plenum est immaculatis victimis, animabus inquam purificatis & innocentibus. est autem nāuus insanabilis, autorem malorum Deum dicere. proinde qui sic malē morati sunt, vt seipsum magis ament quā Deū, procul à sacris maneāt scelesti & impuri, nec ē longinquo sacram flāmam animæ inextinguibiliter accensæ ac Deo consecratæ spectare idonei. Perpulchrum est quod quidam ē priscis sapiētibus in hāc sententiā est ausus dicere: Deus haudquaquam iniustus est, sed dici non potest quā sit iustissimus. ei nihil est similius, quā qui nō est. circa hunc est robur viri & vera grauitas, itēque timiditas & ignauia. Nam hunc nosse, sapientia & vera virtus est, contrā, huius ignorantia, ruditas est & manifestū vitium. Alia verò præcellentia vt videntur & sapientiæ in potestatibus publicis onerosæ sunt, in artibus verò vulgares & humiles. Postquam igitur iussit abstrahi malē de Deo loquētem à sacrariis, & tradi ad supplicium, deinceps ait: qui verberat matrem patrēve, moriatur. Tantum non clamat ac vociferatur, nemini dandā veniam qui in Deum blasphemus sit. nam si mortali parenti conuitiatus huius supplicium, quā pœna dignus videri potest qui malē loqui sustinet de parente creatorēque rerum omnium? & quod potest esse conuittium grauius quā contendere, non ex nobis mala provenire, sed ex Deo? Arcete igitur arcete o initiati & mynisteriorū præfules à diuinis orgiis confusam colluuiem animarū impurarū, cōtaminatarū maculis ineluibilibus, inobseratas aures & reclusam linguā habentium, & instrumenta suæ miseriæ parata circumferentiū, vt & loquantur quidvis & nefaria dictu audiār. ceterum qui norunt quid intersit inter voluntaria, & inuoluntaria, & os bene loqui doctū pro calūniatrice lingua sortiti sunt, dum rectē faciunt laude digni sunt, si quādo verò labuntur per imprudentiam, non sunt admodum vituperabiles, & ideo ciuitates eis ad refugium selectæ sunt. Dignum est enim vt de hoc loco

loco dispiciamus quædã necessaria. Sunt autẽ quatuor, primũ cur non ex aliarũ tribuum fortibus, sed tantũ ex Leuiticẽ, selectæ sunt ciuitates profugis. secundum, cur sex non plures paucioresve. tertium, cur trans Iordanem tres, reliquæ in terra Chanaanæ. quartũ, cur profugis terminus reditus p̄scriptus est mors summi sacerdotis. dicamus igitur quæ de singulis dicẽda sunt à primo faciendo principiũ. quod in solis leuitis cõtributas ciuitates iubentur fugere æquissimũ est. nam & leuitæ quodammodo sunt profugi, qui propter cultũ diuinũ deseruerunt parẽtes, liberos, germanos, & totã mortalem cognationẽ. quorum sodalitiij princeps inducitur sic patrẽ matrẽq; alloqui: Non vidi vos & fratres nõ noui, & filios ignoro, ne quid me à cultu eius Qui est distrahat. est autem vera fuga, priuari charissimis necessitudinib; quæ profugos cõmendat profugis, vt cõciliante illos similitudine, sequatur perpetratorũ obliuio. aut igitur hæc causa est sola, aut illa quoq; q̄ sacra leuitarũ tribus, adoratores iuueni ci aurei, hoc est fastus Aegyptiaci, quotquot pubertatẽ excesserant vno incurso contrucidauit, cõcita furore iustissimo immisso sibi diuinitus. Interficit vnusquisq; fratrem suum & propinquum & proximum, germanũ animæ corpus, rationi verò propinquas irracionales potẽtias, deniq; menti proximum sermonẽ qui ab ea promanat. nec enim aliter nostri pars optima potest euadere cultrix eius qui in vniuerso est optimus. sed ante omnia homo vertẽdus est in animã, seiuncto recisq; germano eius corpore cum suis concupiscentiis insatiabilibus. quo facto brutę partes animæ seiungẽdæ sunt à cognatis rationalibus. nã hæc more torrẽtis in alueos quinq; diuisi, per omnes sensuũ lacunas concitant impetus affectuũ. mox à mente ablegãdus est sermo qui videtur ei proximus: vt sola mens supersit, à corpore, à sensu, & à sermone destituta. sic enim iã solitaria sincerẽ cõplectitur id quod solũ colẽdum est, nõ distracta rebus aliis. Huc accedit, quod leuitica tribus ædituorum & sacerdotũ est, penes quos est sacrorum ministerium. ad quod ministerium pertinet illi etiam qui inuiti patrant homicidium, siquidem teste Mosẽ Deus tradit in manus eorum, vt tollãtur qui digni morte sunt. verũ leuitarum est pro meritis referre præmia, istorum verò punire noxios. Hæ sunt causæ ob quas homicidæ non voluntarij ad solas ædituorum ciuitates confugiunt: ordo postulat vt deinceps dicamus quænam sint, & cur sex numero. An quoniã antiquissima & munitissima, nõ solũ ciuitas, sed cæterarum etiam

etiã metropolis, Dei verbũ est: quod primarium & vtilissimũ est refugium. aliæ quinq; ceu colonia, potẽtiæ sunt id proferẽtis, & in his præcipua creatura, per quam opifex verbo suo mundum condidit. proxima regia per quam conditor creaturis imperat. tertia propitia, per quam opifex miseratur opera sua. quarta legislatoria, per quam etiam vetantur illicita. Pulchræ ciuitates & munitæ, animarũ dignarum egregia receptacula. bonum etiam humanũq; institutum, quod cõfirmat ad bene sperandum. quis alius potuisset tantam copiam rerum profutarum ostendere, in tanta varietate non spõte peccantium, quibus nec vires eadem sunt, nec imbecillitas eadem: cõsiliũ est igitur vt qui cursu valet, sine respiratione contendat ad summũ illud verbum diuinum, fontẽ sapiẽtiæ, vt de riuo eius hauriens, pro morte præmium æternæ vitæ inueniat. Qui nõ æquẽ celer est, ad creatiuam confugiat potentiam, quam Mosẽs nominat Deum, quia per eam disposita ornatæque sunt omnia. Quisquis enim mundũ creatum intelligit, non mediocre bonũ lucratus est creatoris notitiam. hæc enim cito persuadet vt creatura, cõditorem suum diligat. Quod si quis ne ad hoc quidem est idoneus, accedat ad regiam. Timor enim cohibebit subditũ, si parentis amor parum valet apud filium, vt castigatione cõtineatur in officio. Rursum, si quis ne hos quidem terminos, vt longinquos valet attingere, huic interiores metæ præfixæ sunt necessariorum potentiarum, propitiæ, & præipientis quid agendum, ac vetantis ne quid fiat quod fieri non debet. nam quicũq; iam persuasum habet, Deum esse non inclementem, sed natura exorabilem, is etiam si peccato præueniatur, mox pœnitet, dum sperat fore vt ille obliuiscatur. & quisquis credit Deum esse legis autorem, mandata seruando felicitatem assequetur, postremus vltimum habebit refugium, vt malis careat, si bonis superioribus potiri non datur. Hæ sunt illa: sex ciuitates, quæ refugia vocantur: ex quibus quinque suas figuras habent ac imagines in sacris literis: præcepti quidem & interdictionis leges in arca recõditas: propitiationis autẽ, arcæ ipsius operculum. hoc enim vocatur propitiatorũ, creatiuæ porrò ac regiarum potentiarum, duo Cherubim alara huic apposita. cæterũ intellectus ille, diuinus omnibus his superior, nõ cadit in visibilem speciem, vt qui nulli rei sensibili est similis, sed ipse imago Dei, antiquissimus omnium intelligibilium, & summo proximus, quãdoquidem nihil mediũ est inter ipsum & Ens illud verissimũ. Scriptũ est enim.

loquar tibi supra propitiatoriū inter duo Cherubim: vt verbū potētis pro auriga sit, is verò qui loquitur pro vectore, ad cui⁹ celeuma vniuersum hoc auriga regat & tēperet. Ergo ille qui tantū abest vt spōte delinquat, vt ne imprudēs quidē id faciat, ipsum Deū fortem habebit, in eo solo habitatur⁹. Cæterum qui non de industria, sed inconsultè labuntur, habebunt refugia ciuitates felices & diuites. Itaq; tres earum sunt transamneses, multum à nostro genere dissitæ. Quænam hæc? Verbum illius summi principis, & potentia creatiua regiāq; harū enim cælū & vniuersus mundus est. confines autem & contiguæ humano mortali generi, quod solūm peccata est obnoxium, tres ceteriores, propitia, & imperatiua, atque prohibitoria. nam hæc iam ad nos pertinent. quid enim opus est interdictione nō aberraturis à iustitia? quid præcepto, nisi his qui suapte natura proclives ad lapsum sunt? quid illa propitia potētia peccato nulli obnoxii? Sed nostrū genus his opus habet, sic natum vt ad spōte secusve peccandū proclive sit. Superest quarta quæstio ex propositis, reditus tempus præfinitū profugis, mors summi sacerdotis, quæ mihi non parū exhibet negotiū. In eadem enim culpa dispar pœna lege statuitur, dum aliis longius, aliis breuius fit exiliū, nam quidam pontifices longæui sunt, quidā citò defunguntur: & alij iuuenes, alij senes accipiunt sacerdotiū. item inuoluntariæ cædis rei quidam initio pontificatus profugiunt, quidā sub mortem pontificis: atq; ita quidam per longum temporis sparium carent solo patrio, alij per vnū diem si fors ferat. quo elapso ceruicem erigunt, & superbi deridentēsq; cognatos occisi. domos suas reperunt. hanc difficultatem in qua hæremus ita licebit euadere, si rationes naturales omiserimus. Hæc est igitur nostra sententia, pontificem hunc non hominem, sed Dei verbum esse, quod expers est peccatorum omnium, non solūm spontaneorum, verūm etiam inuoluntariorum. hunc enim negat Moses vel ob patrem intellectum, vel ob matrem sentiendi vim contaminari, vt opinor ideo, quia parentes immortales purissimōsque sortitus est: patrem Deum qui omnium rerum pater est, matrem verò sapientiam, per quam quicquid est. cum prius non fuerit, in lucem prodiit. & ideo caput eius vngitur oleo: principatus inquam eius splendido circumfulget lumine, vt meritò existimetur amictus vestibus. nam antiquissimū eius Qui est verbū mūdo vt veste induitur. vestitur enim terra aqua, aëre, igne, & cæteris quæ ex his ortū habēt. Anima autem

part

particularis vestitur corpore, & sapiētis mēs virtutibus. Quod autē caput eius perpetuò mitra tegitur, significat diadema regiū. insigne potestatis nō summæ quidē, sed proregiæ, alioquin mirificæ. idem veratur vestē scindere. nā & Entis illius verbum cum sit vinculū rerū omniū, vt dictū est, continet partes omnes & cōstringit nō sinens eas dissolui dilabiq; & particularis anima, quantū potest nō permittit vllā partem corporis præter naturam diffundi reserariq; ita vt integræ omnes & inter se vnite cohæreāt indissolubiles. mens itē sapientis purificata integras & cōiunctas virtutes cōseruat, cōciliante eas naturali cognatione. Hic pōtifex ad nullā animā mortuā, vt inquit Moses, superueniet. mors autē animæ est vita cū vitio. itaq; nullū scelus attinget, qualia tractare solet insipientia. huic etiam virgo è sacro genere iungitur, pura, incontaminata. semper incorrupta sententia. nā viduæ vel expulsæ vel profanæ vel meretricis maritus nunquā fiet, perpetuus inimicus harū omniū odit enim viduas virtutes, & expulsas profigatāsq; ab ea, atq; etiā omnē profanā persuasionem, & promiscuā consuetudinē cum multis numinibus. proinde impiam meretricē ne aspicere quidem dignatur, amator eius scemina quæ vnū maritū habet, & vnū parentem profitetur Deum omnipotentē. in huiusmodi cōditione apparet eximia quædā perfectio. nā illum qui magnā precationem precatus est cōstat si non spōte, lapsum certē per incuriam. Dicit enim: Quod si cui corā eo repētē moriatur, in præsens cōtaminabitur. nā si quid præter voluntatē repētē ingruit in præsens animā nō in longū tempus cōtaminat, cū non sit voluntariū. De his pōtifex nō est sollicitus, quippe tū his tū voluntariis superior. Hæc autē nō extra propositū dixi, sed vt docerē non alienū esse à iure naturali, mortē pontificis præscribi profugis exilij terminū. nam quandiu hoc sanctissimū verbū viuū superest in anima. nō est possibile verti eam spōte in deterius. expers est enim peccati omnis, & suoptè ingenio abhorret ab eo: q̄ si moriatur, nō quòd ipsum pereat, sed disiungatur à nostra anima, cōfestim datur reditus peccatis inuoluntariis. nam si illo saluo in nobis exulabāt, omnino post eius discessē redibunt. hic enim eximius honor impolluto pōtifex à natura est exhibitus, vt illo præsentē mentis error locum nō habeat, ideo votis omnibus expetendum est vt viuat in anima pontifex, iudex simul & redargutor, qui pro mentis tribunali erga reorum personas sit indifferens. Hactenus de profugis quantum locus

cc ij post 1

postulabat, deinceps sequemur contextū reliquū. Inuenit, inquit, eā angelus domini in via.] Nimirū missus ut animæ præ pudore periclitati ne aberraret, succurreret, tantūm, nō dux itineris futurus reditura ad expertē erroris sententiā. Profuerit autē & de inuētionē quæritōneq; vnā cū legislatore philosophari. Quosdam enim inducit nec quæretes nec inuenientes, alios utroq; modo felices, alios alterutro frustratos: quæ ex his quidā quæredō nō inueniūt, quidā non quæredō inueniūt. Quicumque nec quære nec inuenire cupiunt, rationē suā per ineruditiōnē & inexercitationē affixerūt grauitē, & cū possent acutē cer nere, cæcati sunt. Sic ait vxorē Lot retrorsum versam mutatā in statuā, nō fabulam fingēs, sed rei proprietatē indicās. Quisquis enim contēpto præceptore per innatā simul & consuetā socordiam, relinquit anteriora, per quæ posset videre, audire, aliisq; uti potentiis ad res naturales diiudicādas: & circumacta retrorsum ceruice, cæca vitæ negotia pluris facit quā partes sui corporis, infamis statua fit nihil à surdo inanimatōq; lapide differens. nō habent enim, ut Moses loquitur, tales mores cor ut intelligant, oculos ut videant, aures ut audiant, sed cæcā, surdam, stupidam, omni sensu orbatam, minimē vitalem vitā sibi reddiderunt, nihil curātes eorum quæ curare deberēt. huius chori princeps est rex regionis corporeæ. Conuersus, inquit, Pharaon intrauit domū suā, ac ne huic quidem rei mentē adhibuit, ac si diceret, nihil vnquā curauit, sed passus est se tanquam plantam incultam arescere & sterilefcere, nam consiliarij disceptādo cōsiderandōq; intellectum acuunt, qui si se exercent, domi natos fructus percipiet, perspicacitatē & solertiā: sin se tradat incogitantia, torpescit & hebetat aciem prudētia. Verū istam brutam & prorsus inanimatā sodalitatē valere sinamus: præstat ad quærentes & cōsiderantes conferre se, ac mox occurrerit mos ciuilis, non ambitiosus tamen, cupidus melioris generis quod virtutes sortita sunt, & quod quærit inuenire inducitur. Inuenit, inquit, homo Iosephū in campo, & interrogauit, Quid quæris? qui respondit, Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascāt. Dixitq; ei homo: Discesserūt hinc, audiuī enim eos dicētes, Eamus in Dothain. & secut⁹ est Ioseph fratres suos, & inuenit eos in Dothain. Interpretatur Dothain defectio non parua, quod significat animam nō mediocriter sed perfectē deseruisse vanas opiniones, quæ mulierum magis quā virorum negotiis sunt similes. ideo pulchrē virtutem Sarram deficiunt muliebria, cir

ea quæ occupati sunt qui parum virilem effœminatāmq; vitam sectantur, at sapiens etiam deficiens apponitur secundum Mo sen. rectē & naturaliter, quod enim vanæ opinioni demitur, id veritati apponitur. Quod si quis adhuc in mortali, promiscua multiformiq; vita degens, & copia rei familiaris abundans, circumspicit & quærit meliorem gentilitatem, solū summum bonum spectantem, dignus est qui inspiciatur, si nō denuō somniis & imaginationibus bonorū vulgarium obseruātibus sibi delectetur, manens enim in non adulterina contēplatione quæ fit oculis animæ, quæsitos assequetur per vestigia, nec prius desistet, quā ad eos perueniat. Sed neminem horum apud malos inueniet. Quare? Discesserunt hinc deferentes nostra studia: trāsiuerunt ad desertam à malis regionem piorum hominū. Hæc autem dicit verus homo redargutor qui inest in anima: quam dum videt hesitantem, dubiam, quærentēmq;, metuit ei ne aberrās rectam viam nō inueniat. Illos quoq; valde mirari libet alterum scitantem de extremorum medio, dicentēmq;: Ecce ignis & ligna, sed vbi pecus in holocausto? alterum respondentē, Deus prouidebit sibi de victima mi puer, ac mox inuenientem suppositā. & ecce arietē cornibus implicitū in frutice Sabec. Videamus quid à dubitante quæritur, quid respondēs ostendit: tertium, quid inuenitur. Percōtatio talis est. Ecce ignis causa efficiens, ecce ligna materia patiens, vbi effectus, quod requiritur tertium: ac si dicat, ecce intellectus, calidus candēsq; spiritus, ecce intelligibilia, tāquam materia, sed vbi tertium illud, videlicet intelligere? Rursum ecce visus, ecce color, vbi videre? & in vniuersum, ecce sensus iudex, ecce obiecta eius materia, vbi ipsum sentire? hæc scitāti par est respōderi, Deus sibi ipsi prouidebit, nam illud tertium Dei propriū opus est, ipsius enim est prouidētia. Intellectus percipit, videt visus, sentit sensus qui libet. Sed aries inuenitur hærens, hoc est ratio quiescēs & ascensum cohibēs, opima enim victima est quies & hæsitātia in his rebus, quarū certa fides nō est, nam scriptura hoc tantūm dicit, Deus videbit, cui nota sunt omnia, qui clarissima sua luce sibi ipse illustrat omnia. De cætero apud creaturam silentium est, quæ magna caligine offunditur, in tenebris autē nihil tutius est quā quiescere. Item qui quæsiuerūt quodnam esset alimētum animæ (nesciebāt enim, ut dicit Moses, quid esset) inuenērūt edocti esse id verbū & rationē diuinā: vnde omnes disciplinæ scientiæq; perēnes fluūt: & hic est ille cælestis cibus. Quod sacra scri

ptura indicat ex persona Dei dicēs: Ecce ego pluo vobis panes de cælo. Nam reuera sapiētiam æthereā Deus supernè instillat generosis & spect̄ idi cupidis mēribus. At ille hac visā degustatq; delectatæ, experimento discunt, autorem tamen eius voluntatis nesciūt, ideo percōtantur, quid est hoc, melle dulcius, niue candidius? Disceat autē ex vate suo, hunc esse panem quem dedit eis dominus vt ederēt. Quis igitur est hic panis, age dic. Verbū, inquit, hoc quod præcepit dominus. Hæc præcepta diuina Israëliticæ, id est perspicaci animæ afferunt lucem simul & dulcedinē, splendore veritatis eam irradiantia, & dulcibus virtutis persuasionibus sitim honestatis refrigerantia. Quin & propheta ipse quærendo quæ sit bene viuēdi causa efficiens, inuenit q̄ cum solo Deo familiaritas. Cū enim anxius quæret, quis sum ego vt Israëlitas ab eo qui regnare videtur more cōtra Deum rebellante liberā, monitus est oraculo pollicente Dei præsentiam. Et habent quidem inquisitiones particulares dudio procul elegātem cōtemplationē philosophicā: sed summum illud bonū incomparabile Deum autorē omnium si quis quærat, exhilaratur mox in primo eius contēplationis aditu, nec frustratur suo proposito, prodeūte obuiam illa propitia natura per virgines gratias, & ostēdente se visendi sui cupidis: nō qualis est, quod fieri nequit, quoniā & Moses auertit suā faciē, veritus corā obtueri Deum: sed quantū datur creaturæ ad res intelligibiles accedere. Hoc quoq; inter præcepta relatū est. Conuertimini, inquit, a l̄ dominū Deum vestrum, & inuenietis eum, quādo quæretis eū ex toto corde & ex tota anima. Absoluto hoc capite consideremus tertiū: vbi etiam si nō deest quærendi voluntas, inuētio tamen nō sequitur. Laban quamuis scrutatus totam animalem domū Meditatoris, non inuenit, vt Moses narrat, simulacra, plenus enim erat negotiis, nō somniis & variis imaginationibus. Nec illi cæci mente Sodomitæ furiosè conati violare sacros & impolutos sermones, inuenerunt ducentem ad eos viam: sed vt ait scriptura, quærendo præterierunt ianuam: quamuis circum ædes cursitando, & omnem mouendo lapidem, vt replet̄ suas immanes & impias cupiditates. Nec defuerunt qui volentes à ianitorum conditione ad regnum ascendere, & quo nihil in vita præstantius est, ordinem turbare, non solum nefaria spe frustrati sunt, verum etiam præsentī felicitate priuati fuerūt, nam eos qui cum Core conspirarant, lex narrat excidisse ab vtraque. Sicut enim nō eadem discunt viri

quæ

quæ pueri, sed suæ cuiq; ætati disciplinæ conueniunt: sic interdum natura fert vt animæ pueriles maneāt etiam in senilibus corporibus, & cōtra perfectæ inueniantur in florētibus adhuc & pubentibus. Meritò igitur stultitię notam incurrunt, qui maiora quàm pro ingenio suo cupiūt: quia conatus omnis maior quàm pro viribus nimietate sua vanescet, & Pharao quæres extinguere Moſen genus propheticū: nunquam enim inueniet, & tamen obiectum ei graue crimen audierat, q̄ moliretur totius corporei regni perniciem, bis id aggressus, primū opponens se instituto Aegyptio, voluptatis arcem muniēdi aduersus animam, percussū enim defodit in sabulo, re passim iacente, ratus vnius esse vtraq; dogmata, de voluptatis inter bona principatu, & de principiis rerū ex atomis. Iterū verò cōminuenti naturā bonis resistens, & partē eius animo, partē corpori, partem externis rebus tribuenti. Vult enim id integrū in sortem cedere menti quæ pars nostri est præstātissima, nec dignatur id cōmunicare cum inanimis, ne illam quidem inuictam virtutem, non admodum placentē ridendis theatris hominū, cui nomen Thamar, is qui ad eam quæredam missus est inuenit. Rectē iuxta naturā. Legimus enim sic: Misit Iudas hædum per pastore suum Odolanitam, vt reciperet pignus à muliere, & nō inuenit eā. Interrogauitq; homines loci eius, Vbi est meretrix quæ fuit in Aenan iuxta viam? qui responderunt: non fuit hic meretrix, & reuersus ad Iudam dixit: non inueni. & homines loci eius negāt ibi vnquam fuisse meretricem. ait Iudas: habeat sibi, modò ne irridear, ego misi hædum hūc, tu eam non inuenisti. ô mirum experimentum: ô non alienam à sacris tentationem. itane pignus datur? Mens empturiēs pietatē possessionem pulcherrimā, tribus sibi cauere vult pignoribus, anulo, armilla, baculo, vt sermo cū vita cōueniat, vitaverò cū ratione, accedēte recta disciplina, qua fulciri profuerit, id pignus an bene datū sit examinat, at quo examine noscitur? si aliqua esca obiciatur attrahēdi vim habēs, vt saniras, diuitiæ, integritas corporis, aut aliquid simile, & spectetur vtrò tanquā in bilice res proclinet, nā si ad aliquod horū p̄clinabit, pignus certū nō erit. Misit igitur hædū vt reciperet pignus à muliere, nō vt omnino reportaretur, sed si fortē illa indigna esset id retinere, & quomodo indigna? si eximias res mutet mediocribus, & adulterina bona pluris q̄ germana faciat. Sūt autē germana bona hæc, fides, cōgruātia dictorū factorūq;, & rectę discipl. regula: sicut ediuersō

cc iij

mala

mala, incrudelitas, incōgruitas, ineruditio: adulterina verò ad brutum imperum pertinent. Quærens igitur non inuenit eam difficile enim est, vel potius impossibile, in confusanea vita virtutem inuenire, & si quæratur in quouis virtutis loco, num ibi sit prostituta anima, apertè respōdebitur: nec est, nec fuit antea, nam impudica vel p̄stituta, vel triuialis scēmina, vel ætatis florem vili venditans, vel foris lauta ac nitida, intus sordida, vel pictæ tabellæ in morem coloribus fucata faciem ob natiuæ venustatis inopiam, vel multos viros tanquã rem bonam affectas vel multinuba, vel ad multorum illusa libidinem, ibi non est. His auditis qui quæsiturum miserat, vir non inuidus & natura benignus, nō mediocriter gauisus, inquit, Equidem optarim vt illa sit matrona bona mēte prædita, honestate, temperantia, cæterisq; ornata virtutibus, vno marito contenta, occupata cura, & administratione rei domesticæ. Si talis est, habeat sibi quæ dedi, disciplinã, verborū cum vita congruētiam, præcipuè verò fidem summè necessariã. modò ne irridear, quasi erga indignã munificus, quãuis me credo ea donasse quæ maximè cōueniunt animæ. Equidem feci quod faciendum erat volenti morum experimentum sumere, mittens escam & offerens, sed cōperit tale ingenium non facile decipi, incertus sum tamē cur non facile capiatur, plurimos enim vidi admodum malos eadē quæ valde boni agunt, facere, licet diuerso animo: quoniam in illis veritas, in his est simulatio, quæ non facile dignoscuntur, nam sape res minus felix fuit quàm opinio. Sed & hircum pro peccato, studiosus virtutis quærit quidem, ac non inuenit: iam enim, vt docet scriptura, cōcrematus est, id cōsider. idum quid significet. Non peccare Deo proprium est, sapienti verò, pœnitere. & hoc quoq; durum est ac inuētū difficile. Dicit igitur oraculū, quod quærens, quæsiuit Moses in vita mortali doctrinã de peccatorū pœnitētia. Conabatur enim inuenire vestitam peccatis animã, & sine pudore exuentem se eis nudantēmq; non inuenit tamē, flamma, ocisimo inquam bruto imperu descendente, depascētēq; totam animam, vincuntur enim pauciora à pluribus, à velocioribus tardiora, futura à præsentibus, est autem cōtractum quiddam & tardum & futurum pœnitētia: contrã multa velox continua in hac vita occurrit iniustitia. Meritò igitur quidam in mutatione constitutus, negat se posse oblationem pro peccato comedere, conscientiam enim sibi non permittere vt nutriatur pœnitentia, ideo dicitur: Audiuit Moses & placuit ei, nam

res

res creaturæ à rebus diuinis multum disunctæ sunt, creaturæ tantum manifesta nota sunt, creatori etiam occulta. Delirat autem & contra veritatem mentitur, qui pergens iniuste agere profiteretur pœnitentiã: quod perinde est ac si ægrotus sanum se simulet, nam hoc pacto morbus reddetur grauior, dum ille nihil adhibere dignatur quod ad sanitatē sit cōducibile. Olim vir discendi cupidus sollicitatus est desiderio cognoscēdi causas quibus efficiuntur res in mundo maximè necessarię. Cùm enim videret quicquid creatum est, corrumpi gigniq; tum ea quę pereunt, & quę permanent, obstupefactus exclamauit dicens: Rubus vritur, & non cōburitur, locum enim antea inaccessum nō scrutatur curiosius, vt naturarū diuinarum habitaculum, & frustra laborasset, ni subleuatus fuisset misericordia prouidētiãq; Dei seruatoris omnium, qui ex adyto hoc oraculum edidit: Ne propinques huc, ac si dicat, ne accedas ad talem cogitationem, nam huic curiositati saragenti humanæ vires non sufficiunt: sed facta quidē mirare stans, de causis verò ex quibus gignantur corrumpanturve ne sis sollicitus. Nam locus in quo stas, inquit, sanctus est. Qualis locus? nimirū ad rationes causarum pertinens, qui tantum diuinarum naturarū est, quod Deus neminem mortalem dignetur causarū notitia. Tum ille sciētix cupidus supra mundum totū emergens scitatur de eius opifice, qui nam sit ille inuisibilis & impalpabilis, corpus an incorporeus, an aliqd his superius, simplēne natura qualis vnitatis, an concreta: aut quid tandē sit: & vidēs id cogitatu perceptūq; difficile precatur vt ab ipso discat Deo, qui nam Deus sit, nec enim sperabat se id posse ex vilo alio cognoscere, nihil tamen audiuit interrogās de eius Qui est essentia. Postera, inquit, mea videbis, faciem autem videre non poteris. Sufficit enim sapienti ea quæ post Deum sequuntur cognoscere. Principalem autē illam essentiam si quis velit intueri, nimio radiorum fulgore prius quàm eam videat, cæcabit. Hactenus & de tertio locuti capite, aggredimur quartum & vltimum ex propositis, quando non præcedente inquisitione vltro solet occurrere inuentio, ad hunc ordinem pertinet omnis à seipso doctus sapiens, nec enim cogitationibus, meditationibus laboribusq; proficit: sed mox natus paratam inuenit sapientiam irroratam sibi caelesti pluuia, cuius meraco haustu exhilaratus, perpetuò temulentus est ebrietate sobria, salua rationis integritate. Hic est ille quem Isaac vocant oracula, quem non tempore alio concepit, alio peperit anima. Con-

cc v

ceptum

ceptum enim, inquit, peperit, quasi sine tempore. non enim homo nascebatur, sed mens purissima, ingenio magis quam arte bona, quam obrem genitricem eius dicuntur defecisse muliebria, hoc est consueta, humana & rationalia, nouum enim hoc prodit genus plus quam rationale & verè diuinum, à seipso doctum, non humanis commentis eruditum, sed furore diuino. an ignoras quod Hebraei ad partum non habent opus obstetricibus? pariunt autem, ut ait Moses, prius quam veniant obstetrices, artes inquam & scientia, & à sola natura opitulante adiuantur. Pulchrè autè aptèq; à seipso doctus definitur. primò quod citò inuenitur, secundò, quod Deus tradidit. siquidem quod discitur opus habet longo tempore: quod suo tempore ingenio percipitur, expeditum est & plus quam extemporale. illud hominè, hoc Deum præceptorè habet. & prima quidem definitio per interrogationem ponitur. quid hoc est quod citò inuenisti mi puer? altera verò per responsionem, dicente illo: quod tradidit dominus Deus. est autem & tertia definitio docti à seipso, quod ascendit per seipsum. Dicitur enim inter præcepta: Non feretis, nec metetis, quæ per se ascendunt. nulla enim arte natura indiget. seminante illa Deo, & per suam agriculturam perficiente tanquam sponte nascentia, cum non sponte nascantur, nisi quatenus nulla omnino adiuantur humana industria: Nec tamen præceptum est hoc quod sententia. nam præcipiens dixisset: ne seratis, ne metetis. decernens autem ait: non feretis neq; metetis quæ sponte nascuntur. nam quæcumq; natura vltro præbente accipimus, eorum nec principia nec fines in nostra potestate inuenimus, siquidem in satione principium, in messe finis est. præstat sic intelligere hæc: omne initiū & omnem finem esse spontaneum, hoc est naturæ opus, non nostrum. verbi gratia, principium discendi utiq; ingenium est docile, præoptumq; ad contemplationem rerum particularium. rursum finis quid aliud, si ingenuè fatendum est, quam natura? siquidem etiam præceptor promouet: sed summum fastigium solus Deus imponit, natura illa optima. Qui his innuitur dogmatibus, in pace degit perpetua, immunis à molestis laboribus. pax autè & septimana idem est iuxta legislatorè. nam ea die creatio visa est interquiescere. Cõuenienter igitur scriptum legitur. Et erunt sabbata terræ vobis alimèta. id rectè intelligendum est. Vtilissimus enim cibus est in Deo quiescere, maximum bonum conferens, pacem ab omni bello tutam & securissimam. nam quæ inter ciuitates intercedit, mixta est seditionibus. at anima

animæ pax pura est ab omni dissidio. Sed manifestissimè, ut mihi videtur. discimus inuentionem non quætorum ex his verbis scripturæ: Cum induxerit te dominus Deus in terram quam iurauit se daturum tuis patribus, ciuitates magnas pulchrasq; quas non ærificasti, domos plenas bonorum omnium quas non repleuisti, cisternas è saxo excisas quas non excidisti, vinea oliuetaq; quæ non plantaisti. Viden' paratam copiam bonorum affluentium tam ad voluptatem quam ad necessitatem? comparatur enim ciuitatibus generales virtutes ut patentes latissimè: domibus autè speciales, circumscripte breuiore circulo: cisternis verò generosæ animæ, capaces sapientiæ, sicut illæ aquarum. cæterum vineis oliuetisq; profectus & incrementa, prouentusq; fructuum. fractus autè scientiæ, vita contemplatiua est, sinceram lætiam qualem vinum affert conferens, & intelligibile lumen quale à flamma proficiscitur, cuius fomes est oleum. Hactenus de inuentione locuti transeamus ad vltiorem texus cõsequentiã.

Inuenit, inquit, eam angelus domini ad fontem aquarum. Fontis crebra sūt mētio, qui vno modo mēs nostra intelligitur: altero habitus rationalis & eruditio: tertio praua dispositio: quarto bona huic cõtraria: quinto rerum pater & conditor. horum probationes extant in sacris literis. videamus quænam sint. In primo limine legis, ubi mundi opificiū tractatur, tale occurrit oraculum: Fons autè ascendebat è terra, & irrigabat totam terræ superficiem. Qui allegorias naturæ occultatis sua mysteria nesciunt, hunc fontem putant similem Aegyptio fluuio, qui quotannis effusus ex alueo stagnat in campis, tantum non ostentans potestiam cæli gemulam. Quod enim per hiemem cælum præstat aliis regionibus, hoc Nilus Aegypto horis æstiuis exhibet. nam illud supernè terram cõpluit: hic, quod mireris, infernè pluens arua irrigat. Et hoc est cur Moses impietatis reos peragit mores Aegyptios quæ terram pluris quam cælum faciant, terrestria quam olympia, corpus quam animam. Verum ista in alium opportuniorè locum differenda sunt: nunc propositum est paucis agere. & ideo redeuntes in viam à diuerticulo dicimus, fontem ascendente & rigantem totam faciem terræ, significare principalem nostri partem fonti similem, à qua ceu per terræ venas, per sensuum instrumenta manant potestiam, per oculos, aures, nares, & cætera. hi sunt in omni animante circa caput & faciē. itaq; tanquam à fonte à principali anima parte rigatur principalis pars corporis facies, visiuo spiritu redente in oculos, auditiuo in aures, olfactiuo in nares, gustatiuo in

in os, tactino in totam superficiem. Sunt & eruditionis fontes varij, apud quos proceri & cibo vtilis sermones germinat, tanquam palmarum arbores. Venerunt, inquit, in Aelim, vbierant duodecim fontes aquarum, & palmarum stirpes septuaginta: ibi ad aquas castra metati sunt. Aelim portae interpretantur, & introitum ad virtutem significant. Sicut enim initium aedium est ianua, sic ad virtutem primus aditus encyclopaedia. perfectus autem numerus duodenarius, quod testatur zodiacus in caelo circulus, illustratus tot sideribus: testatur etiam solis ambitus. nam intra duodecim menses circuitum suum peragit, & in totidem horas diurnas nocturnasque tempus diuidunt homines. Moses quoque non parum laudat hunc numerum, descripta sua natione in tribus duodecim, & institutis duodecim propositionis panibus, & totidem lapillis cum suis sculpturis, qui in pontificali veste talari circum rationale, quod vocant, intexerentur. Laudat & septenarium, multiplicatum per denarium, nunc septuaginta palmas ad fontes memoras, alias septuaginta solos seniores, quibus datus est spiritus Dei propheticus. totidem iuueni mactantur ad epulum solenne festi tabernaculorum, ut vocant, idque certo ordine, non simul, sed per septem dies, incipiendo a tredecim. sic enim quotidie subtrahendo unum usque ad diem septimum, septuagenarius numerus conficitur. Postquam autem ventum est ad virtutis portas artes liberales, conspicati fontes & apud eos stirpes palmarum, non apud arbores, sed apud aquas, castra metari narratur. Cur ita? Quoniam palmis & lemniscis ornantur qui perfectae virtutis praemia reportant: qui vero adhuc in rudimentis tripudiant, & eruditionem sitiunt, apud scientias animam rigantes collocantur, quales sunt fontes artium indifferetium. Videamus & fontem insipientiae, de quo legislator sic loquitur: Quisquis cubat cum muliere seorsum sedente, & fontem eius reuelat, ipsa quoque retegente fluxum sui sanguinis: ambo tollatur e medio. Mulierem sensum vocat, intellectum matrem eius praesupponens. seorsum sedet sensus, hoc est in longinquo loco quoties igitur mulier ista relicto marito legitimo absidet illicitibus se corruptentibusque rebus sensibilibus, & amatorie singulas complectitur: tunc si intellectus somno succubat, qui vigilare deberet, detexit seipsum fontem sensuum: hunc enim aio esse sensuum fontem: hoc est intellectum, immunitum, insidiis expositum seipsum reddidit. attamen nihilominus, etiam mulier reuelauit fluxum sui sanguinis. Omnis enim sensus pronus ut fluat, foras ad suum sensibile, a ratione co-

hibet

hibetur atque tegitur. Sed ista mulier deseritur solitaria, viduata recto ductore. perniciosum est enim sicut ciuitati carere mœnibus, sic animam destitui a custodijs. Sed quando caret custode? An quoties visum non continet, profundens se ad sensibilia, & per aures haurit voces quaslibet, nec odoratum cohibet aliasque potestas similes, sinens eas suo tempore impetu rapi ad quidvis agendum, patiedumque, denique quoties sermo non continetur, qui multa secreta nemine cohibente in tempeste prodidit, & liberius fluit splendorum fortunas tanquam in tranquillo nauigantes undis repentinis obruit. Hoc est illud magnum diluuium, quando aperta sunt catacacta caeli, metis videlicet: & reuerti sunt fontes abyssi, hoc est sensuum. non aliter enim inundatur anima, nisi superna tanquam celitus e mente proripientibus iniquitatibus, inferne vero tanquam a terra, scilicet sensu, inundantibus affectibus. Et hoc est cur Moses vetat turpitudinem patris matrisque rege, quippe qui bene norat quantum malum esset peccata mentis sensusque non cohiberi & celari, sed tanquam preclare gesta proferri in medium. Hi sunt fontes peccatorum: videamus fontem prudentiae. ad hunc patientia descendit Rebeca. & toto animae vase repleto, per viam cliuum ascendit, ut appositis iuxta rei naturam legislator loquitur. Euadit enim ad virtutis celsitudinem, quisquis a iactantia descendit arrogantia. Legitur enim: Cumque descendisset ad fontem, impleuit hydriam, & coepit ascendere. Hic fons est illa diuina sapientia, ex quo rigantur particulares scientiae, & quotquot animae contemplantur cupidae amore summi boni tenentur. huic fonti sacra scriptura imponit aptissima nomina. Iudicium eum & Sanctum appellans. Reuertentes, inquit, venerunt ad fontem iudicij, qui est Caddes. Caddes autem sanctus vocatur. tantum non clamat vociferaturque, sapientiam sanctam esse, puram a rebus terrenis, & rerum iudicem, decernentem omnes controversas. Nunc dicendum superest de illo summo fonte optimo, de quo caelestis pater per ora prophetarum cecinit: Me dereliquerunt fontem vitae, & foderunt sibi cisternas contritas, quae aquam continere non poterunt. Ergo Deus est ille fons antiquissimus: & merito. vniuersus enim hic mundus ab eo promanauit. Demiror autem & stupeo cum hunc vitae fontem esse audio. solus enim Deus animae & vitae, praesertim rationalis animae, & prudentis vitae autor est. nam materia res est mortua. Deus autem plus quam vita, fons viuendi, ut ipse ait, sempiternus. quem fugientes impij non gustato potu immortalitatis, demerentes foderunt


runt

runt sibi. nō Deo primū opera propria cælestibus proferēs & olympiis, pluris faciēs cura quæ sita quàm parata & vltro se offerentia. deinde fodiunt non vt Abraham & Isaac puteos, profundas scientias præbētes sermonē potabilem, sed cisternas quæ ex seipsis nihil boni ad recreādum habent, & indigent externis affluentis, quales ē doctrina parantur, dum præceptores semper in discipulorum auditum affatim ingerunt sua placita contēplationēsq; retinenda in mēte & recondenda in memoria. Verū istæ cisternæ cōtritæ sunt, hoc est omnes malè educati animi lacunæ fractæ persluentēsq; quæ nec aliunde sibi parare nec conseruare possunt influxū vtilem. Haetenus de fontibus dixisse sufficiat. Cæterū valde aptè scriptura inducit. Agarē inuentā apud fontem, nō haurientem tamen: quia proficiens anima nondum est idonea haurire merum potum sapientiæ: nō arcetur tamē quò minus in propinquo moretur. est autē omnis publica via per doctrinā strata munitaq;. Ideo dicitur eam inuentam in via Sur. Inā Sur interpretatur munitio vel directio. Alloquēs igitur animam redargutor ait: Vnde venis, & quò vadis? quod non tam dubitando percontandōq; quàm exprobandō & pudorem incutiendo dicitur. nō est enim fas vt aliquid in rebus nostris ignoret angelus: quod vel hinc colligitur, quia etiā secreta natiuitatis pernoit dicens: Ecce prægnans es, & paries filium, & vocabis nomen eius Ismaël.] nam nosse scetum esse masculum supra humanam facultatem est, sicut & vitæ institutum eius qui nondum natus est, quòd ferus homo erit non mitis ac ciuilis. Ergo illud Vnde venis, dicitur ad obiurgationem animæ fugientis meliorē potiorēmq; sententiā, cui si re magis seruiret quàm nomine, magnam inde reportatura esset gloriā. Quò vadis incerta sectādo, certis cōfessisq; bonis relictis? meretur igitur laudē, libēter admonitionē accipiēs: quod vel inde apparet, quòd nec dominā incusat, sibi ipsi fugæ culpā tribuens, nec ad secundū interrogatū respondet, quò vadat. incertū enim hoc erat. de incertis autē tutius suspēditur sentētia. Gaudēs igitur redargutor obedientia mulieris ait: Reuertere ad herā tuā. prodest enim discipulæ doctricis magistrū, & imperfectæ seruitus apud prudētiam. Reuersa autē humiliare sub manu eius humilitate honestissima, abiiciens præsentē brutā superbiam. sic enim feliciter parturiēs eniteris prole masculā nomine Ismaël castigata diuinis monitis. interpretatur enim Ismaël auditus Dei. est autem auditus à visu secūdus. visum verò legitimus filius & prim

primogenitus Israēl sortitur. sonat enim quod vidēs Deū. nam audire etiā falsa pro veris possumus: visus nequaquā fallax est. quo res certæ cognoscuntur. Mores autē nascituri describit, dū dicit ferū fore, id est rusticè sapientem, nondum ascitum in Dei ciuitatē. hæc autem virtus est, apta nata māsuefaciendis moribus. iidem feri mores indicātur his verbis: Manus eius cōtra omnes, & manus omniū contra eum. Hoc est enim sophistæ propositum, præ se ferentis curiositatē in disputādo nimiam & gaudentis cōtentiosis sermonibus. adeò & ipse ferit omnes disciplinarū sectatores, tum singulis priuatim resistēs, tum in cōmune omnibus: & vicissim ab omnibus percutitur suas focturas defēctibus, hoc est placita quæ pariūt eorū anime. Tertia quoq; nota adicitur hæc: Cōtra faciē omnium fratrum suorum habitabit.] tantū nō manifestè ostendēs aduersam dimicationē perpetuā, Itaq; anima quæ sophistā gerit in vtero, respōdet redarguētī se:

Tu es Deus qui inspexit me.] Ac si dicat tu es autor meorum cōsiliorum & partium: & meritò liberaliū enim & verè ingenuarū animarū liber & liberator est opifex, serui verò seruariū, angeli autē Dei famuli pro diis habētur ab his qui in seruitute detinētur & laboribus. Propterea huic puteo nomē indicit. Puteus corā quo vidi.] Sed fieri nō potest o anima proficiēs, & liberalium disciplinarū profunda penetrās, vt in eruditione tanquā in speculo videas autorē scientiæ. Cōmodus autē huic puteo locus est Caddes inter & Barad. interpretatur autē Barad In cōmunibus, Caddes verò sancta. nā qui proficit, est in sacrorū profanorumq; confinio, iā mala fugiens, sed nondum idoneus vt ad bona perfecta admittatur, habeatque cum eis contubernium.

PHILONIS IVDÆI, Deo quis rerum diuinarum hæres sit.



N PROXIME præcedente libro de mercedibus pro virili differuimus: nūc autē propositū est quærere, quis rerū diuinarū hæres sit. Postquā enim ille sapiens audiuit redditū sibi hoc oraculū: Merces tua multa nimis: percōtatur: Quid mihi dabis o here? Ego sine liberis decedā. filius autem meus

meus iste susceptus ex ancilla, heres meus erit. Damascus Eliezer. ac rursum: Quia non dedisti semen mihi, verna iste meus heres erit.] Et quis non attonitus fuisset maiestate proferentis hoc oraculum, ut nec os posset diducere, si non præ metu, certè præ gaudio? adimit enim vocem ut vehemens dolor, ita nimia lætitia. quam obrem & Moses fatetur se parum vocalem & lingua tardum ex quo cœpit habere cum Deo colloquia: quod testimonium prophetae verum est. tunc enim verisimile est vocis instrumentum fieri turdus. rationem autem iam articulata ferri liberione impetu, sententiarum magis quam verborum ornamenta confectantem expedita quadam & sublimi eloquentia. Sunt autem admirandæ virtutes, vel fiducia vel sermonis libertas aduersus præstantiores, quando res eam postulat: ut illa comica sententia vera potius quam ludicra videatur: Si seruus semper consuecat silentio. Fiet nequã dediscens loqui liberè. Sed quando solet hac libertate uti seruus contra dñm? nonne quando nullius malefici sibi est conscius, certus nihil sibi dictum factumve nisi in utilitatem sui domini? Quando igitur decet Dei quoque famulum libertate linguæ uti contra suum rerumque omnium principem atque dñm, nisi quando à peccatis purus, & charitatis erga dominum sibi conscius, magis gaudet se esse Dei famulum quam si absque contentione adeptus esset imperium terra marique in omnes homines. Caterum officia obsequiaque; Abraham plena charitatis erga dominum commendat extrema clausula oraculi filio eius redditi, Dabo tibi & semini tuo terram hanc uniuersam: & in eo semine benedicetur omnes gentes terræ: propterea quod obediuit Abraham pater tuus voci meæ, & custodiuit mandata mea, præcepta mea, leges meas & iudicia. Est autem serui laus maxima nihil ex iussis dominicis continere, sed impigre indutiæque; vel supra vires conari cuncta exequi ex illius animi sententia. Sunt igitur qui audire debent potius quam loqui: ad quos dicitur. Tace & audi: præceptum pulcherrimum. Nam inscitia res est mala temerariaque, cuius primum remedium est, auditoris silentium: secundum attentio ad ea quæ auditu digna sunt. Caue autem putes aliquid nihili docere hæc verba, Tace & audi: maius quiddam est quod monent. non solum enim linguæ silentium postulat & auditum aurium, sed utrumque ab anima exigit. nam multi aures non mentem afferunt in auditorium, ipsis foris interim vagantur, & multa de multis apud se ipsos agitant, ad cognatos alienosve, aut etiam ad ipsos pertinencia, quæ præstaret ad tempus missa facere: quæ omnia dum

dum cogitationi obstrepunt, fieri non potest ut exaudiatur qui loquitur. nam eius vox non ad homines fertur, sed ad inanimatas statuas, quæ aures habent cum auditu careant. quod si mens quæta ab omnibus externis internisque motibus dignetur attentam se præbere, & iuxta Mosis præceptum auscultare per silentium, poterit audire quæ dicuntur: alias verò non poterit. indoctos igitur decet silentium: ad scientiam autem aspirantibus, & dominum amantibus, est necessaria confidens facundia. legitur enim in Exodo: Dominus pugnabit pro nobis, vos autem silebitis. ac mortale oraculum subiungitur: Et dixit dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? quasi deberent silere qui nihil auditu dignum afferunt: loqui verò qui præ amore sapientiæ confidunt in domino: nec solum loqui placide, sed etiam proclamare: non ore linguaque, à quibus istum aerem aiunt in orbem moueri, atque ita ad auditum pertingere: sed illo musico sonoroque instrumento, quod mortalis audit nemo, soli ingenito illi immortalique exaudibile, istorum verò qui in sensibus volutatur nemini. Certè cum totum mentis instrumentum per diapason & didiapason symphonias infonatur, auditor quasi interrogatur, cum reuera non interrogetur. nam Deo nota sunt omnia. Quid ad me clamas mala deprecas, aut pro bonis acceptis agens gratias: aut utrumque agens eadem opera? adeo hic parum vocalis & lingua tardus ac penè mutus, alibi non loqui solum inuenitur, sed & clamans introducit, rursum alibi loquens indefinenter & eodem fluxu sermonem continuans. Moyses, inquit, loquebatur, & Deus ei voce sua respondebat, non docens eum per certas orationis periodos, sed semper & continenter ei respondens. Vbi autem responsio, ibi utrumque & interrogatio. Rogat autem quisque quod ignorat, cupiens id discere, nam disceribus nihil tam proprium ac utile, quam querere, rogare, scitari, non videri sibi vel scire aliquid, vel percepisse solide. Ergo sapientes Deo præceptore magistroque utuntur, imperfecti verò sapiente illo, ad quem dicunt: Loquere tu nobis: non loquatur ad nos Deus, ne forte moriamur. Tanta autem in loquendo libertate utitur hic vir bonus, ut non solum clamat, sed reclamet quoque, fretus vera fiducia & affectu non fucato. Nam verba hæc: Si remittis ei peccatum hoc, remitte: sin minus, dele me è libro tuo quem scripsisti. & illa: Nunc ego in utero concepi totum hunc populum, aut peperit eum, quia dicis mihi: sume eum in sinum tuum, & gesta tanquam nutrix infantulum? & illa: Vnde mihi carnes ut dem uniuerso huic populo: qui opplorat mihi? nunquid

oues & boues mactabuntur, aut omnes pisces maris comportabuntur & sufficient: & illa: Domine cur afflixisti hunc populū? & Cur misisti me? & Ex quo profectus sum ut loquerer ad Pharaonem in tuo nomine, afflixit populū. & Non liberaſti tuum populū: hæc inquam & similia nemo vel regi cuiuis auderet dicere. cæterum cum Deo loqui tam liberè, summæ fuit nõ audaciæ sed fiducia: quia sapientes omnes amici Dei sunt, præsertim quod ad sacras leges promulgandas attinet. libertas autem loquendi cognata est amicitia: alioqui cum quò loquemur liberè, si cū amico nõ licet? Rectè igitur in sacris literis Moses amicus Dei celebratur, ut quoties audacius loquit, amicitia potius id tribuatur quã arrogantiæ. nõ arrogantis est temeritas, amici verò fiducia. Sed cõsidera item quòd fiducia tēperatur cum reuerentiâ. nam hæc verba, Quid mihi dabis? fiducia præ se ferunt: illud autē õ here, reuerentiã. Cæterum cum duabus appellationibus prout res postulat, reuõ autor appellari soleat, aliquando Deus, aliquando dominus, nunc harum neutra, sed herus assumitur, idq; peropportunè & religiosè admodum: quamuis hæc vocetur synonyma herus, & dominus. sed quãuis utrumq; nomen in vnum eundemq; cõpetit, distinguit tamen hæc cogitatio, quia dominus κύριος & παρὰ τὸν κύριον hoc est, ab autoritate dicitur, qua ratū sit aliquid, sicut cõtra ἀκυρον vocatur irritū. herus αὐτὸν δεσπότης παρὰ τὸν δεσμόν, id est, vinculū. Vnde ut opinor δεσπότης, id est, timor. itaq; & δεσπότης dominus erit & quidē timendus non solum propter autoritatē, verū etiam propter merendam omnipotentia, vel fortasse quia colligat continetq; omnia constringens indissolubiliter, alioqui natura dissolubilia. Quare cū dicit, Here, quid mihi dabis? perinde est ac si dicat: Non ignoro tuam ingentem potentia, scio & potestatem tuam terribilem. timens tremensq; te appello, & rursus fiducia subleuor. Tuum enim oraculū iubet ne timeã: tu mihi lingua eruditam dedisti, ut sciam quando loquendū sit, tu os meū consutum soluisti, aperuisti, & articulatum fecisti: dicenda quoq; suggeris, confirmans illud tuum oraculum: Ego aperiam os tuū, & docebo te quid loqui debeas. Quis enim sum ego ut loqui me doceas, ut mercedem pollicearis perfectiorem quouis dono & gratia? nõne è patria sum profugus? nõne cognatos deserui? nõne careo paternis adibus? nõne omnes me relegatū, profugum, desertum, & inhonoratū nominant? Verum tu mihi here es patria, tu cognatio, tu paterna domus, tu honor, fiducia,

opu

opulencia clara & perpetua. Cur igitur non audeam proloqui quæ cogito? cur nõ percontor de his quæ cupio discere? attamen quamuis præ me ferre confidentia videar, nihilominus metū & stuporē fateor: nec tamen pugnare in me affectus cõtrarios, timorem atq; audaciam, sicut fortasse aliquis suspicabitur, sed contēperari aptissimè. itaq; insatiabiliter fruor tam bene temperato poculo, quod facit ut nec liberius loquar quã pro reuerentia, nec, reuerentia libertatem mihi adimat. Didici enim me ipsum metiri, quã sim nihili, & nimia tuã beneficentiam suspicere. & quoties puluerē cineremq;, aut si quid his est proiectius, me ipsum sentio, tūc appellare te audeo, humiliatus & in terra prostratus, sic mutatus ut vix subsistere videar. Talē affectum animæ impressit in meã memoriã visitator Abraham.

Appropinquans, inquit, Abraham dixit: Nunc incepti alloqui dominum, ego autem terra sum & cinis.] Tunc enim tēpus est ut creatura suum factorē appellet, quando agnoscit quã ipsa sit nihili. Illud autē, Quid mihi dabis? non tam dubitatis est verbum, quã gratias agētis per acceptorū beneficiorum magnitudine: Quid mihi dabis? Num est quod sperem præterea? Copiosæ sunt, õ munificētissime, tuæ gratiæ, nullis circumscriptæ terminis, nec modū nec finem habent, fontium mōre inexhaustæ & subscatentes perpetuè. Sed considerandus est non solum torrens exundans tuæ beneficentiæ, verum etiam arua nostra quæ illo rigantur. nõ si nimis perfundantur, stagna & paludes erūt pro campis frugiferis. an-non & mihi certa mēsurā opus est? ideo percontor Quid mihi daturus es? qui iam dedisti plurima, & penè omnia quorum natura humana capax est. quod enim adhuc cupio scire, hoc est, quisuã possit esse dignus hæres tuorū operū. Ego defungar sine liberis, acceptis bonis ad breue tempus paucosque dies duraturis, & ad finem properantibus, quamuis optē longeuitatē nec senio nec morti obnoxia, ut possit iactis seminibus radices firmas extendere, & stipitē vsq; ad cælum attolere. necesse est enim ut humana virtus in terra gradiens ad cælū erigatur, ut ibi gustato immortalitatis nectare, sempiternā salutem habeat. nam scio quòd sterilem animam odisti, ipse rerum omnium genitor. eximiam enim gratia largitus es perspicaci generi, ne vnquã sterileſcat & prole careat: cui quoniam & ego contributus sum, iure heredem desidero. Cū enim videã id inextinguibile, turpe puto finire ut nature meæ bonum intereat. Supplex igitur imploro, ut femina scintillaq;

d d ij

tillaq;

tillæq; foueantur, è quibus virtutis lux salutaris accēdi queat, quæ tanquã lampas per manus tradita, mundo æquæua fiat. Indidisti & meditatiis viris desiderium filiorum qui progignuntur ex anima, quibus potiti exclamarunt præ gaudio: En pueri quorum misertus est Deus seruorum tuorum: quorum peregrinatio nutrix & alitrix est, quorum intactæ animæ teneræ generosæq; sunt, in omnes virtutis formas diuinas & pulcherrimas fingi faciles. Sed doce me & illud, an filius Masec vernaculæ meæ, tuarum gratiarum heres sit idoneus. nam ego hæcenus neq; speratum accepi filium, neq; de hoc quem accepi spem habeo. Quam autem sit hæc Masec, & quis eius filius, non obiter considerandum est. Masec interpretatur ex osculo. differt autem ab amore osculum. nam ille est animarum coniunctarum per mutuam beneuolentiam: hoc autem nudam saluationem habet superficietenus in occurso fortuito. sicut enim in ἀνακύπτειν non est κύπτειν, in καὶ ἀπὶ νεῖμ πίνειν, in μαρσίππω ἴππῳ, sic nec in καὶ ἀφιλεῖν φιλεῖν, i. amor in osculo. nam multi etiam inimicis coacti aliqua necessitate hæc officij speciẽ exhibent. quæ sit autem illa ex osculo, non ex sincera charitate, nobis commendata, dicam nihil dissimulas: Vita qua cum sensibus conuiuimus, tota secura, quam nemo non amat, quam hominum vulgus heram existimat, elegantiores famulam, non externam aut emptitiam, sed vernaculam & tribulem quodammodo: qui etiam didicerunt osculari eam non amare, cum illi alteri valde ament eam & desiderent. Laban autem ille virtutis osor ne osculari quidem potest attributas meditatori potestas, sed ut assuetus simulationi fictisq; moribus, tanquam agrè ferens, cum reuera non doleat, ait: Non iudicasti me dignum ut oscularer pueros meos & filias. Iuste ac merito. Simulationem enim implacabiliter odisse didicimus. Dilige virtutes, & animo complectere, & non requires osculum, futurum specimen amicitiae. non est enim eis amplius portio vel hæreditas in domo tua. nonne pro alienis à te reputatae sunt? nonne vendidisti eas, & deuorasti earum pretium? ut ne in posterum quidem eas possis redimere ac postliminio reuersas recipere. quid igitur osculari vult inimicus perpetuus virtutum omnium? At non sic Aaron osculatur Mosen, sed ex animo ut germanum charissimum. Amater, inquit, salutauit eum, & complexi sunt se inuicem. Sunt autem vitæ tria genera: vna apud Deum, altera apud creaturam, tertia media, mixta ex utraque. quæ apud Deum est, non descendit ad nos, nec venit in istas necessitates corporis: quæ apud creaturam, nec ascendit, nec curauit ascendere, degens in

cauer

cauernis intimis, & vita minimè vitali gaudens. at quæ mixta est, sepe ad meliorem tracta ordinè numine corripitur, interdum retracta ad deteriore retro se recipit. quod si ad hanc tanquam in bilancem melior vita accedat, adeo prægrauabit, ut in diuersa lance minimè ponderis appareat. Moses autem ei quæ apud Deum est vitæ palmam decernens sine puluere, reliquas inter se comparat per duarum mulierum similitudinem, quarum alteram dilectam, alteram exosam, vocat aptissimis nominibus. Quis enim est qui non capiatur oculorum, aurium, gustus, odoratus tactusque deliciis ac voluptatibus? Quis non abhorret à contrariis, frugalitate, continentia, austeritate castigatam; vita, lusus ac risus experte, plena curis & laboribus, contemplandi cupida, infensa ignorantia, continente pecuniâ, gloriam, delicias, aspirante ad temperantiam, bonam existimationem, & videtes non cæcas diuitias? Est quidem primogenitura ut antiquior ita honoratior: Moses tamen etiam posterius natos hoc honore dignatur, his duplum tribuens, alteris auferens dimidium. Si habuerit, inquit, homo duas uxores, dilectam & exosam, & ambæ pepererint, cum distribuet suam substantiam, non poterit primogenituram dare filio dilectæ scilicet voluptatis: iuuenis enim hic censetur, etsi tempore antiquior. sed dabit filio seniori nato est fastidita prudentia, qui à pueritia dignus fuit, cui duæ portiones debentur. Huius figuræ sensum morale quia iam antè diximus, reuertamur ad proximè sequentia, præmonito lectore, quod exosæ Deus vuluam aperuisse dicitur, ortum dans bonis studiis & honestis operibus, cum ea quæ dilecta putatur, mox ab initio sit sterilis. Videns, inquit, dominus quod Lia fastiditur, aperuit vuluam eius: Rachel autem erat sterilis. Sed quoties anima prægnans quales decet fetus parturit, tunc altera sensibilibus genitrix sterilescens desinit parere, grata non propter amorè, sed propter oscula. Huius sensualis vitæ quæ Masec nominatur, vnusquisque nostrum est filius, honorans demiransq; nutrice altricemq; humani generis: quam terrenus intellectus Adam nomine, vbi factam vidit, quamuis mortem suam, vitam illam nominauit. Vocauit, inquit, Adam nomen vxoris suæ vitæ. quod ipsa sit mater omnium venientium, reuera mortuorum iuxta vitam animæ. At quotquot verè viuunt, matrem habent sapientiam, sensus autem vitæ seruitio, in hoc a natura factum existimantes, ut minister sit ad parandam scientiam. nomen autem nati ex ea vita cuius nota est osculum. Damascus traditur, quod sacci sanguis interpretatur, aptè admodum: quia per sacculum

d d iij signifi

significatur corpus, per sanguinē vita quæ est in sanguine, nam quoniam anima dupliciter dicitur, & in vniuersum & pars eius præcipua, quæ propriè dici potest anima: sicut oculus & totus globus est, & ea pars quæ propriè cernimus: existimauit legislator duplicē essentiā animæ: totius quidē, sanguinē: præcipuæ verò partis, diuinū spiritū, proinde apertè dicit: Anima omnis carnis, sanguis est, egregiè carniū turbæ influxū sanguinis attribuit vt propriū, mētis verò essentiā nulli creaturæ coaptauit, sed introduxit eā supernè inspiratā à Deo. Inspirauit, inquit, creator omnium in facie eius spiritū vitæ, & factus est homo in animā viuentē, quæ etiā ad imaginē sui factoris expressa narratur. Itaque duplex est genus hominū, alterū quod viuit iuxta rationē inspiratā diuinitus, alterū quod sanguine viuens seruit carnis voluptatibus. hoc terræ figmentū est, illud ad imaginē Dei expressa effigies. ea terra sanguine macerata, ex qua ficti sumus, nō mediocriter eget diuino auxilio. ideo dicit: Ille Damascus Eliezer: interpretatur autē Eliezer, Deus adiutor meus. quoniam hæc moles sanguinea per se dissolubilis & mortua, consistit & fouetur prouidentia Dei sua manu sustentatis & proregentis: alioqui nec per vñ quidem diem genus nostrū durare poterat. Non vides quòd & Moyses secundus filius eodem est nomine? Nomen, inquit secūdi Eliezer. ac mox causam adiicit. nā Deus meus auxiliator meus, & eripuit me, à manu Pharaonis. Cæterum sanguinæ sensualisq; vitæ amicis præficitur ille pietatis dissipator & hostis Pharaonis nomine, cuius regnū iniustum & crudele non licet effugere, nisi Eliezer nascatur in anima, & auxiliū à solo seruatore nos sperare iubeat. Rectè autem in stemmate Damasci nō patrē, sed matrē Mafec memorat: vt ostendat quod anima sanguinea, qua bruta viuūt, ad mulierū maternū genus propriè pertinet, expers masculini generis. At nō sic virtus Sarra: solā enim virilem stirpem sibi vsurpat, ex solo Deo nata qui pater est omnium, ipsa matre carēs principium. Verè, inquit, soror mea est, eodē patre, nō item matre progenita. Hæc de quibus præmoneremus, habuimus. erat enim in prima parte argumēti quædam obscuritas penè anigmatica. Quid autē hic stultiosus quærat, explicandum est diligentius, An possit aliquis huius sanguinæ vitæ cupidus, & sensib⁹ deditus, incorporarū diuinarūq; rerū hæres fieri. His dignus habetur solus ille qui supernè inspiratus est, cælestis diuinæq; portionis particeps intellectus purissimus, contemnens non modò corpus, sed

sed & alterā partem animæ, quæ cum sit bruta sanguine fermē tatur, furores feruētes & cōcupiscentias ardentis excitās. ergo sic interrogat. Quoniam mihi non dedisti semen illud à seipso doctum & intelligibile, num verna meus hæres mihi erit, sanguinæ vitæ filius? Vix id elocutus erat, cū Deus respōdit. Mox, inquit, vox Dei facta est ad eum dicēs: Non hic hæres tuus erit, nec quisquā sensui conspicuus. nam incorporeæ naturæ intelligibilium rerum hæreses sunt. Et obseruādum quòd nec dixit Deus, nec locutus est, sed vox Dei facta est ad eum, tanquā intus in corde pulsans. Quis ergo hæres erit? non ille intellectus qui sponte detinetur in corporis carcere, sed qui solutus vinculis liberatusq; prodiit extra parietes, & vt ita loquar, seipsum dereliquit. Qui, inquit, egredietur ex te, hic hæres tuus erit. Ergo si cupis o anima, hæres diuinorum bonorū fieri, nō tantum terrā corpus, & cognationem sensuum, & domum paternam, rationē desere, sed & teipsam fuge rapta extra teipsam sicut lymphati & fanatici, baccabunda & numine agitari te non dissimulans. nam extra se raptæ, afflatæq; diuino furore, & impulsæ cælesti cupidine, attractæq; à veritate impedimenta dimouente & viā muniente, hæc est hereditas. Sed quomodo migras ab illis prioribus, ingenuè dic nobis, o mens, quæ audire doctis insonare soles intelligibilia dicens: Equidem migraui è corpore, quando carnem sensumq; contempsi, atque etiam omnia sensibilia: si ad veritatem conferantur spectra & phantasmata, damnato sensuum iudicio corrupto & insincero plenòq; falsis opinionibus: damnatis etiam his quæ iudicantur, vt paratis ad inescandum fallendumq;, & veritatem, quantum in se est, tollēdam è rerum natura. quin & ratione migraui quando multum irrationalitatis in ea cognoui, vtcunque tumente & extollente se. causa est enim quiddam non mediocre: per vmbra corpora, per verba res, quod fieri non potest, mihi ostendere. itaque labebatur per lubrica, & cogebatur multa circūloqui, quæ propriis verbis eloqui disertè nō poterat. quapropter cū viderem eam affectam vt infantem puerum, decreui satius esse migrare ab his omnibus, & ad Deum referre singulorum potentias, qui & corpus compingit ac corporat, & sentiendi vim indit sensibus, & rationi orationem suppeditat. Proinde agendum sicut dereliquisti cætera, excede ac emigra etiam ex teipsa. at quomodo? caue ne intellectum, cogitationem, perspicacitatem tibi ipsi thesaurizes, sed offerens hæc ei dedica, qui exactè intelligendi & in-

fallibiliter percipiendi causa est. hæc autem donaria recipit alterum è sacratis templi, scilicet sanctius, Suat enim opinor duo, alterum intelligibile, alterum sensibile. sensibilibium naturarum mundus hic, intelligibilium verò ille intelligibilis est receptaculum. Quòd autè is qui iam dicta egressus cupit sectator Dei fieri, prædiuitis naturæ laudatam hereditatè assequitur, testis est scriptura dicēs: Eduxit eum foras & dixit, suspice in cælum, quoniam hic est diuinorum bonorum thesaurus. Aperiat tibi, inquit, dominus thesaurum suorum bonorum, cælum videlicet, ex hoc certè cõsummatas læticias largitor ille cõrinuè depluit. Suspice, vt arguas cæcum vulgus hominũ, quòd cum sibi videatur cernere, orbatum est luminibus: nisi fortè nō est orbũ dum mala bonis antefert, iustis iniusta, perturbationes tranquillitati animi, immortalibus mortalia: repulsisq; monitoribus ac castigantibus cū suis præceptis atq; monitis, adultores admittit & sermones inuitates ad voluptatè, otium, ignoratiam, atq; delicias. Ergo solus bonus videt, quam obrem & prophetas priusci nominabant videntes, qui autem foras prodit, nō solum videns, sed & Deum videns appellatus est Israël. sic enim hæc vox interpretatur. At isti etiam si quando aperiunt oculos, terram intuentur terrenorum cupidi, & innutriti materiæ, nam ille attolens oculos ad ætherem suspicit, vnde manna verbum diuinũ, cælestis immortalisq; cibus animæ spectandi ac discendi cupidæ. istis verò animus est in cepis & alliis pupillas cruciatibus, & turbantibus, ita vt cõnieant, atq; in porris & falfamentorum foetoribus, cibus Aegypti, peculiariaribus. Venerunt, inquit, nobis in mentem pisces quibus in Aegypto vescebamur gratis, cucumeres, pepones, porrũ, cepe, allium. nũc anima nostra exaruit, nihil præter manna videt nostri oculi. Facit autè ad mores & illud, Eduxit eum foras, quod quidam indocti ridere solent, rogitates & quis intrò educitur, aut ediuersò foras intrat? Etiañ ò ridiculi & nimis faciles. nescitis enim vestigare mores animæ, sed solos corporum locales motus in his verbis queritis. ideo mirum vobis videtur si quis intrat foras, aut intrò exit, nobis verò Mosis familiaribus nulla est hic absurditas. An non diceretis, perfectũ summum sacerdotem, quãdo in adytis operatur sacris patriis, intus esse ac foris? intus conspicuo corpore, foris anima vaga obambulantèq; rursus alium vel alienũ à Leuitico genere, amicum Deo charũq; extra sacraria stantem, intus in penitissimis agere, qui peregrinationè putat totã vitam corporis

poris: & quoties potest solam animæ vitam viuere, credit se degere in patria. nam extra amicitiam est omnis insipiens, etiam si ne momentũ quidem discedat à cõtubernio: intus verò omnis sapiens, etiam si non solum regionibus, verum etiam immensis terræ tractibus disunctus sit. Moses autem hunc amicum adeo Deo propinquũ ait, vt nihil ab anima differat, dicit enim: Amicus æqualis animæ tuæ. Iuxta eiusdem æstimationè, nec sacerdos erit homo, tantisper dũ est in sanctis sanctorum, donec exeat, non corporaliter, sed animæ motibus. Mens enim quando pure Deo sacrificat, non est humana, sed diuina. cum autè ad aliquid humanum auertitur, descendens de cælo, vel potius delapsa in terram, egreditur etiam si corpus intus maneat. Rectissime igitur dictum est, Eduxit eum foras, è carcere corporis, è cauernis sensuum, è fallacibus rationis sophismatibus: & insuper ex se ipso, atq; opinione qua putabat, se nulli obnoxium liberè ac supra facultate percipere atq; intelligere. Producto autem foras dixit: Suspice in cælum, & numera stellas, si potest iniri eorum numerus. Sic erit semen tuũ. Egregiè dictũ, sic erit semẽ tuum, non par stellarum numero. nō enim solam multitudinem, sed & alia multa ad perfectã felicitatè conducentia vult indicare, Sic erit, inquit, sicut quod vides in æthere, sic cæleste, sic vmbra carens, plenum splendore purissimo (nam nec in cælo nox locum habet, nec in virtute tenebræ) dispositum ornatissime, immoto manens ordine, semper sui simile. Vult enim cæli effigiẽ, aut quod plus est, cælum terrestre dici sapientis animã, vt quæ in æthere habet lucida sidera, statos motus, cõcinnas choreas, diuinos circuitus, virtutum splendorès fulgidissimos & stellis simillimos, quòd si sensibilibium stellarum numerum inuenire est impossibile, multo magis intelligibilium. Nam quãto præstantius est quod iudicat quàm quòd iudicatur: siquidem meus sensu est potior, hic verò illa hebetior: tãtum & inter ea quæ iudicantur interest. itaq; immenso intelligibilia sensibiliũ numerum superat. nã oculi animæ proprii minima quædã portio est oculus corporeus, ille soli est similis, hic cædelabro quòd modò accensum mox extinguitur. ideo necessariò subiungitur: Credidit Abraham Deo: ad laudẽ eius qui credidit. Dicat fortasse aliquis, hoc cæne laude dignũ iudicas? Quis Deo loquenti pollicentiq; fidẽ nō adhiberet, etiã si esset impius & omnium mortalium iniustissimus? Huic respõdebimus: Caue caue ò præclare vir, ne temerè aut illũ sapientẽ fraudes suis laudib; aut indignis per-

festissimā virtutē fidē tribuas, aut nostrā super hac re incuses sententiā. Nam si penitus scrutari, nō solum in superficie, volueris, cōperies quā difficile sit credere soli Deo absq; vllō testinō, propter cognationē quam habemus cū rebus mortalibus, quæ nobis persuadēt vt credamus fidamūsq; gloriae, principatui, amicis, sanitati roboriq; corporis, & ceteris plurimis. has persuasiones eluere, & diffidere creaturæ per se infidissima, ac soli Deo fidere, q̄ solus verē fidus est, res est animi magni celestisq; nō inescati vllis reb⁹ nostratib⁹. Illud quoq; bene addit, imputatā ei fidē ad iustitiā.]Nihil em̄ tam iustū, quā fide sincera Deo credere. Id quantūvis istū & naturæ consentaneū, mirū videtur proter vulg⁹ incredulū, quos arguēs sacra scriptura dicit, in solo Deo firmū esse certūmq; præsidū, quantūlibet hoc mirent homines verorū bonorū expertes, alioqui reuera nō mirabile. est autē op⁹ iustitiæ propriū: Et dixit, inquit, ad eū. Ego sum Deus qui eduxi te de terra Chaldaeorū, vt darē tibi terrā hāc in hæreditatē.]Hoc nō solū noua pollicetur, sed & veterem promissionē cōfirmat. Siquidē dudū donatū bonū, exitus erat ē meteorologia Chaldaica, quæ docebat credere, nondū nō opus Dei, sed Deū ipsum esse, & bona malāq; imputare stellarū certis ordinariisq; cursibus, vnde bonorū malorūmq; causæ pendeant, hanc tam prodigiosam opinionē homines ad credendū faciles hauserāt ex æquabili motu orbū celestium: nam Chaldim interpretatur æquabilitas. Nouū autē bonū quod promittitur est acquisitio sapiētiae eius quæ nō sensu discitur, sed mēte sincerissima percipitur, & cōfirmat migrationē optimā: anima se cōferēte ab astronomia ad physiologiā, & ad certā cognitionē à cōiectura: atq; vt propriē loquar, à genitis ad Ingenitū, à mūdo ad ei⁹ patrē cōditorēmq; Chaldaicā enim sectā celo fuisse deditā: hūc autē postquā inde migravit, Deo qui celo veſtatur & id gubernat, credidisse, narrāt sacra eloquia, præclara sanē hæreditas, fortasse maior quā pro captu hæredis, sed digna largiētis magnitudine. Sed nō sufficit bona spes & miræ felicitatis expectatio sapiētiae cupido per oraculum oblata: nisi & modum audiat, quo ad eā felicitatē peruētur⁹ sit, quod molestū sit illi hæc ignorare, vt infatigabiliter sitiētī scientiā. Ideo percontatur: Domine Deus, quomodo cognoscā quod eā hæreditate possidebo? Dicat fortasse aliquis: non cōuenire hoc ei qui crediderat. nā hæsitatio nem dubitantis esse, eū verò qui credit, nihil amplius querere. Dicendū igitur eū hæsitare & credere, sed non de eadē re. absit

hoc

hoc à fideli anima. credidit se hæreditario iure possessurū sapiētiam, nihil aliud quarit, quā quomodo sibi obuētura sit ea felicitas, nā obuētura certò scit frater Dei promissione. Itaq; delictatus hominis prono ad discendū desiderio præceptor, incipit à primis elementis eum erudire, primū docēs quod est summè necessariū: Sume mihi.] Breue verbum, sed magna vis eius. non pauca enim indicat. Ante omnia, propriū, inquit, nullū habes bonum, sed si quid habere putaris, aliunde habes: Vnde colligitur, quod accipimus à Deo quicquid habemus, nō à post eū nata creatura, quæ ipsa manus ad eum tēdit vt accipiat. Secundò inquit, quicquid sumis sume non tibi ipsi, sed quasi mutuū aut depositum redde ei qui deposuit, & quidē cum auctario, veterem gratiam noua pensans gratia, & decenter aliquid repēdens bene merito. nam multi sacris depositis malè vti, præ auaritia nimia verterunt ea tanquam sua in proprium cōmodum. tu verò vir bone da operam pro viribus, vt non solum integra illasq; serues quæ accepisti, sed omni cura efficias, vt qui deposuit non habeat quod queratur de tua custodia. deposuit autem hæc, animam, rationem, sensum, nimirum factor animalium: quæ deposita figuratē iuuenca, aries, capra nominatur in sacris literis. hæc autem quidam sui nimis amantes vsurparunt sibi, alij reposituerunt vt tempestiuè redderent: & fraudatores quidem sunt innumeri, quis enim est nostrum qui animam rationem sensum in bonis suis non censeat, sibi acceptum feres quod sentit loquitur intelligit: eorum autem qui bona fide custodiunt depositū exiguus est numerus. hi tria iam dicta Deo dedicāt, rationem, sensum, animā. Sumpserunt enim non sibi, sed illi hæc omnia: itaq; meritò fateantur ab eo venire vires horum singulis, menti cogitationes, rationi sermones, imaginationes sensibus. ceterū qui hæc ascribunt sibi ipsis, meritò sibi parant hæc miseria: insidiosam animam fermentatam brutis affectionibus, & vitiis plurimis oblitā, nunc gula atq; libidini tanquā in lupanari prostitutam, nūc à plurimis iniquitatibus tanquā in carcere constrictā cum maleficis, non hominibus, sed studiis, quæ omnibus tribunalibus facessunt negotium, rationē verò inaniloquam, exactam ad impugnationem veritatis, sibi dedecus afferentē, damnum autē audiētibus. prætererea sensum infatigabilē, semper ingurgitantē res sensibiles, sed nunquā expleri valentē, contumacem aduersus monitores, & conspuentē quicquid ad emēlationem audit vidētq;. Qui autē hæc sumpserunt non sibi, sed Deo, dedicarunt

dedicarunt ei singula, vt sacra seruantes suo domino: mentem quidem, ne quid aliud quàm de Deo virtutibusq; cogitaret: ratione verò, vt ore frenato, laudibus hymnisq; veneraretur partem rerum omnium, ostentàs in hoc tantùm negotio suam eloquentiam: sensum autem, vt imaginando totum hunc mūdum sensibilem, cælum terramq; & naturas quæ sunt in medio. animantes ac stirpes atq; vires harū & efficaciam, motusq; alios & habitu, sedulo & sine fuce nuntiet animæ. menti enim Deus dedit, vt intelligibilem mundum per seipsam, visibilem autē per sensum cognosceret. Quòd si quis possit omnibus his partibus Deo magis quàm sibi quærere, per sensum introspeciendo sensibilia, inueniendæ veritatis studio, per animam autem in rebus intelligibilibus quæ verè sunt philosophando, deniq; per vocis instrumentum laudando hunc mundū & eius opificē, viuet vitam beatissimā. Hæc puto significari per verbum illud, Sume mihi. Cæterum quoniam misericordi Deo visum est suæ virtutis excellentiam cælitus in terram demittere, vt genus nostrū potioris sortis fieret particeps, figuratè tabernaculum cum suis sacris apparuit, sapiētiae simulacrum & imaginem. nam in medio nostræ impuritatis collocatum tabernaculum ait scriptura vt esset quo purificaremur, elutis & absterfis sordibus ac maculis, quibus referta est hæc vita vestra misera. Videamus igitur quid præcipiatur de apparado tabernaculo. Locutus est, inquit, dominus ad Moysen dicens: Dic filiis Israël, Sumite mihi primitias, à quocūq; vltro dante sumetis eas. Hic quoq; præcipitur vt nō sibi sed Deo sumat. examinando dantis animū magis quàm donum, & conseruado quæ datur illa sa atq; integra. quod autē primitias postulat, id ad erudiendos nos pertinet. nam reuera corporum, ac rerum primitiæ Deo debentur. id si scire vis, considera stirpes, animates, artes, scientias. prima stirpium semina sūntne agriculturæ an inuisibilis naturæ opera: quid hominum cæterorumq; animalium generatio, nōne parentum operam habet accessoriam, suprema autem antiquissima veraque eius causa natura est: artiū autem scientiarumq; nōne fons, radix, fundamētum, aut si quod aliud est nomē potioris principij, natura supponitur, cui contēplationes omnes superstruūtur: naturam verò si subtrahas, imperfecta erunt omnia. Et hoc est quod mihi quidā videt dixisse aptissimè: *ἀρχὴ δὲ τοῖς ἡμῖν οὐρανῶν.*

Dimidium facti qui bene cœpit habet.

Meritò igitur in sacris eloquiis primitiæ dedicantur Deo rerū princ

principi. Aliubi quoq; sic legitur: Locutus est dominus ad Moysen dicens: Consecra mihi omnem primum fœtum primogenitum aperiētem vuluā, in filiis Israël ab homine vsq; ad pecora. itaq; sic etiam cōfessum fit, quòd quæ antiquiora sunt & præcipua Deo debentur, præsertim primogenita. quoniā enim omne genus est incorruptibile, incorruptibili Deo iuste attribuitur, & quicquid in vniuersum vuluā aperit, ab homine hoc est ratione vsq; ad pecora, id est sensus corporis. nam qui aperit vuluam singulorum, mentis ad percipienda intelligibilia, rationis ad exercendum sermonem, sensuum ad obiecta tractāda, corporis ad proprios eius motus atq; habitus: est ille Dei sermo inuisibilis fator & artifex, qui cōuenienter ad patrē refertur. atqui sicut principia Dei sunt, sic & fines: teste Moysen, qui præcipit vt separetur finis, & deditur domino. attestantur & mundanæ res: quomodo? stirpis principium semen est, finis verò fructus: vtrunq; opus naturæ non agriculturæ. Rursum scientiæ principium natura est vt ostendimus, finis autem ne contingit quidem hominibus. nemo enim absolutus est in vlla sciētia, sed reuera perfectiones & fastigia vnius solius sunt. itaq; nos versamur in spacio medio finē inter & principiū, discendo, docendo, agros colēdo, cætera opera tractando quasi agamus aliquid, vt & generatio videatur aliquid agere. Manifestius tamē principia finēsq; Deo tribuuntur in mundi creatione, dicēte scriptura: In principio fecit: & rursum, Perfecit Deus cælum & terram. Nūc igitur ait: Sumite mihi: sibi debita vindicās, & præcipiens ne quæ dantur vitientur, sed ita vt oportet seruentur. Rursum aliubi qui re nulla indiget, & ideo nihil accipit, fatetur nihil accipere, vt pietatem accendat, & ad sanctitatem religionemq; prōptos faciat, quasi delectetur spontaneis obsequiis animæ & cultu legitimo. Ecce, inquit, accepi Leuitas pro omni primogenito aperiēte vuluā apud filios Israël, erūt eorū redēptio. Damus igitur & accipimus. sed accipim⁹ propriè, abusiue dare dicimur, ob causas quas diximus. aptè autem redēptionem Leuitas nominat. nihil enim equè mentem ad libertatem erigit, ac cōfugere ad Deum suppliciter. id autem sacrata Leuitica tribus profitetur. Quādo igitur satis de his disseruim⁹, reuertamur ad textus reliqua. Sume mihi, inquit, iuuençā indomitā, illeçam, tenerā, iuuenē, lasciuā, sed rectoris patientem animā. sume mihi arietē, rationem maturā, paratā certamini, idoneā soluendis & dissecādis nodis sophistarum ex aduerso disputantiū, idoneā & ad tuendū ornan

dūmq; eum cui cōtigit. sume mihi & sensum inducentē in hūc mundum sensibilem, capram, tria hęc omnia, iuxta numerum perfectum composita, principium, finem, mediū habentia, præterea turturem & columbam, diuinam & humanā sapientiam ambas quidem volucres & in altum tolli exercitatas, differentes tamē à se inuicē, quatenus differt genus à specie, aut exemplar ab imagine. amat enim diuina sapiētia solitudinem, propter solū Deum cuius ipsa est possessio, & turtur figuratē vocatur. altera verò māsueta: cicur, & gregatim volitās ciuitates hominum libenter incolit, gaudens consuetudine mortalium, & ideo repræsentata per columbæ similitudinē. Has virtutes opinor Moses subindicans, obsterrices Hebræarum Sepphoram & Phum nominat: quarū altera auicula, altera rubor interpretatur. siquidē diuinæ scientiæ propriū est sublimia petere: humanæ verò, modestiam & pudorem indere, quem erubescētia maxime indicat. Et sumpsit, inquit, ei hęc omnia. hęc laus est proxi mi hominis, sacrū dispositū animæ, sensus, rationis, diuinæ sapientia, humanæ scientiæ, sine dolo bona fide seruātis, nō sibi sed ei qui deposuit. Deinde addit: & diuisit ea per mediū: nec dicit quis diuiserit, cogitationi tuæ relinques intelligēdum Deum, secantem corporum ac rerum cunctarū cohærētes & vnitas vt videretur naturas, verbo suo nihil nō secante, quod vt acutissimū nō desinit diuidere omnia sensibilia, donec perueniat ad ea quę vocantur indiuidua. Idem verbū incisorium etiam rationi conspicua in plurimas portiones incircumscriptas diuidit, & bracteas auri secat in capillamēta, vt Moses ait, longitudinē sine latitudine, incorporeis lineis similit. Hęc igitur tria singula diuisit per mediū, animā in brutam partē & rationālē, orationem in verum & falsum, sensum in imaginationē certā & incertam: atq; ita dimidiata inter se opposuit, rationali brutū, vero falsū, certo incertū, indiuisa sinens volucra. nā incorporeæ diuinæq; scientiæ in contrarietates pugnantes nō possunt diuidi. Et quia dicendum est de diuisione in æquales portiones & de oppositis, nec silētio rē præteruehemur, nec prolixius immorabimur, sed quāto poterimus vtemur cōpendio, cōtenti huc propriē pertinentibus. nā sicut animā nostrā & mēbra per mediū diuisit opifex, sic & huius vniuersitatis essentiā mox in mūdi huius initio. Primum bifariā eam diuisit in graue & leue, quod crassum est discernens à tenui. horū vtrumq; denuò diuisit, tenue in ignem & aërem, crassum in aquā terrāmq;, sensibilis mundi elementa

sensibilia

sensibilia pro fundamento ei futura. ac rursus tū graue tū leue diuisit in alias species, leue in frigidū & calidū, frigidū appellans aërem, ignē verò quod est natura calidum: item graue in humidum & aridum: humidum vocauit aquam, terrā aridum, hęc singula rursus aliter secta sunt. terra in continētes & insulas: aqua in mare & fluuios, ceterosque latices potabiles. aër in æstiuas brumalesq; mutationes. ignis in hūc quo vrimur quotidie, corruptiuū & insatiabilem, & in aliū salutarē priori contrarium, ex quo cælū confectū est. Ita secta sunt vniuersalia, nec minus particularia, nēpe in animata & inanima. In inanimatis quædam semper manent eadē, quæ habitu continentur ceu vinculo: quædam mouentur, non migratione sed incremento, quæ natura inenarrabili modo viuificat. ex his alia sunt siluestria, quæ immites fructus cibum ferunt bestiis: alia frugifera, quæ ad curam agricolarū pertinent. horum fructus profunt homini, omnium animalium mitissimo. Nec hic cōsistit diuisio animatorū ab inanimis, rursus hęc singula subdiuiduntur. nā alterū horū diuiditur in brutorū & rationaliū species: quæ & ipsa denuò diuiduntur: bruta in fera & māsueta, rationalia in mortalia & immortalia. mortales itē secantur bifariā, distincti virorū & mulierum vocabulo. aliās quoq; animal in marē secatur & sceminā. nec desunt & aliæ sectiones necessariae, quibus separantur volucres à terrestribus, & ab vtriusq; aquatilia. Tam acutū est verbū illud res omnes dissecās, primū forma qualitatēq; carētē essentiā, & ab hęc discreta mūdi elemēta quatuor, mox plātas & animates ex his cōpactas, Quoniam autē non tantū ait, diuisit, sed per mediū diuisit, necessum est vt pauca de portionibus dimidiatis addamus, sic enim æquales partes indicantur. Mortalis quidē nemo posset quicquā in partes pares diuidere, sed necesse est vt alterutra maior minorve sit, saltē paulò quod sensum fugiat, solitum grandiora quæq; expēdere, minutias verò non valentem percipere. inæqualitas autem æqualitatem excludit, id quod veris rationibus deprehenditur. probabile igitur est solū Deū exactē iustum esse, & solum posse per mediū diuidere vel res vel corpora, vt alterutra portio ne mica quidem alteram superet, sed pares sint per omnia. Hęc dicta sufficerēt, si vna esset æqualitatis species: cū autē plures sint, nō grauabimur quæ res postulat adiungere. dicitur enim æqualitas vno modo in numeris, quæ duo duobus, tria tribus æquiparantur, & cetera similiter altero modo in quātitate, quæ ad longitudinis, latitudinis, altitud

altitudinis, dimensiones pertinet. palmus enim palmo, cubitus cubito par est magnitudine. Sunt in quibus æstimatur valoris æqualitas, ut in mensuris ac ponderibus. est & ea species necessaria quam analogiam seu proportionem nominant, iuxta quam pauca multis, parua magnis cęsentur æqualia, cuius in ciuitatibus vsus est interdum, quando ciues iubentur conferre equaliter, non numero, sed pro rata, ut est census eius temporis, quando centum drachmas conferens, tantundem iudicatur contulisse quantum qui talentum repręsentauit. His pręsuppositis vide quomodo qui per mediũ diuisit, equaliter diuisit iuxta has omnes equalitatis species, in ipsius mudi opificio, pari numero graua diuidens a leuibus, duo a duobus, terram & aquam pondus habentia, a sua parte natura leuibus igne & aere. eadem paritas est in singulis, aridissimo humidissimoque, terra & aqua. eodem modo tenebris lux opponitur, dies nocti, æstas hyemi, veri autumna, & id genus alia. Item magnitudine pares sunt in cęlo quidem æquidistantes circuli, tam æquinoctiales vernus autumnalisque, quam solstitiales æstiuus brumalisque; in terra verò zonę quas vocant, duę inter se æquales quę circa polos sunt frigida, & ob hoc inhabitabiles: duę item inter has & exustam medię, quas propter temperiem aut inhabitabiles, alteram ad austrum vergentem, alteram ad septentriones. Longitudine verò paria sunt temporum spacia, nox maxima diei maximę, breuissima breuissimę. medię medię. de cetero dierum æqualitates ac noctium deprehenduntur æquinoctiis, post vernum usque ad solstitium die crescente, nocte decrescete, donec dies longissima fiat, nox breuissima. post solstitium verò sol reuertens per eadem viam, nec celerius, nec tardius sed eodem modo per eadem spacia, pari ordine ad autumnale æquinoctium incedit, æquatque nocte diei, noctem augere incipit, diem minuens ad brumam usque. tum verò nocte aucta in maximam longitudinem, die contracta maximè per eadem rursus spacia reflectens ad vernum reddit æquinoctium. ita spacia temporum quauis inæqualia videantur, parem habent longitudinem, non tamen iisdem anni horis, sed diuerso tempore. Idem consideratur & in membris animalium, pręsertim hominum. pes enim pedi, manus manui, & cetera ferè omnia dextra sinistris sunt paria. Iam quę valore æquantur sunt plurima tam arida quam liquida, de quibus pondere mensuramque decernitur. analogia verò equat omnia propemodum parua magnamque, in toto mudo quantus est. nam qui rerum naturam scrutantur diligentius, aiunt pro portione

paria

paria esse elementa quatuor. qua analogia mundus temperatus æquante partes singulas comparantemque, & factus est primum, & durat in perpetuum. certè ista quatuor, aridum, humidum, frigidum, calidum, contemperata pro portione, constat nihil aliud esse quam potentiarum quatuor temperamentum quoddam congruum & analogicum. Quod si libeat percurrere singula, in infinitum protendetur oratio. Animalia minima maximis paria pro portione licet animaduertere, hirundinem aquilam, mugilem ceto, formicam elephantum. nam corpus & anima, item dolores voluptatesque, appetitus & fastidia. & quicquid est in natura animalium, omnia ferè sunt similia, equate analogię regula. & hoc est quod quidam ausi sunt vniuerso mundo æquare hominem animal minimum, cum viderent vtrumque constare ex corpore & rationali anima, ut permutatis nominibus, hominem quidem mundum paruum, mundum verò magnum hominem dicerent. quę illi non temerè docent, sed quoniam ars Dei qua vniuersa condidit, nec intenditur nec remittitur, semper sui similis quantum ad excellentiam, opifera res singulas absolute numeris omnibus, & nihil pręmittente quod merito desideres. nam & parua & magna, ut dicit Moses, iudicauit, creans & formas singula nec propter vilitatem materię de arte quicquam subtrahens, nec addens aliquid propter eius pretium. quoniam laudari artifices, siue pretiosas materias siue viles accipiant, ipsi non parcam infumunt operam. nec defuerunt qui affectate ostentarunt artem in vilibus, contententes cum pretiosis operibus, arte suppletentes quod materię deerat. Dei autem estimatione materia nulla pretiosa est, ideo cunctis ex æquo arte adhibuit: vnde in literis sacris legitur, Vidit Deus omnia quęcunque fecerat, & ecce bona valde. quę autem laudantur ab illo, honore æquatur ipso iudice. Laudauit autem non materiam inanimam, redundantem, dissolubilem suapte natura & corruptibilem, rudem inæqualemque; sed artificiosa opera sua, prę se ferentia vna eandemque opificis facultatem ac scientiam æquabiliter elucetem per omnia. ideo seruata est vbi que analogię regula, ratione artis ac scientię. eius æqualitatis, si quis alius, Moses laudator fuit, primum laudans vbi que iustitiam. cuius proprium est equaliter diuidere, ut Gręcis ἀπὸ τῆς δίκης τὸ μὲν dicta videri possit, diuidens & res & corpora. Deinde vituperans iniustitiam, turpissimam inæqualitatis opificem. hæc inæqualitas geminum bellum peperit, externum & ciuile, sicut ediuersum pacem æqualitas. Sed nusquam aperius laudat iustitiam, damnat iniustitiam, quam his verbis: Non

ec faciet

facietis iniustitiam in iudicio, in mensuris, in libra, in pondere. Libra iusta, pondera iusta, modius iustus erit vobis. & in Deuteronomio: Non erit in pera tua pondus iniquum, verum & iustum erit: non pondus magnum & paruum, ut fias longævus super terram, quam dominus Deus dabit tibi in hereditate, quoniam abominatus est Deo quisquis facit iniustitiam. Ergo amator iustitiae Deus odit iniustitiam & abominatur ut seditionis & malorum principium. Sed ubi aequalitatem laudat legislator nutricem iustitiae? Mox in principio caeli conditi. Et diuisit, inquit, Deus lucem à tenebris, appellavitque lucem diem, & tenebras noctem. diem enim & noctem, lucem & tenebras in rebus ordinavit aequalitas. Eadem diuisit & hominem in virum ac mulierem, duas portiones inaequales quidem robore, sed quod natura spectavit, bene comparatas ut tertium quiddam gignerent sibi simile. Fecit, inquit, Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, marem & feminam fecit eos, iam non Eum, sed Eos adiecit pluraliter, inferens in genus species, diuisas (ut dixi) aequaliter. Frigus quidem & aestum, astatem & ver descripsit in horas annuas, diuisas eodem incisario. ceterum illi tres dies qui solem praecesserunt, eundem secutis numero pares sunt, senario diuiso aequaliter, ad notas seculorum & temporis. duo enim tres praecedentes dicuntur, sequentes verò temporis, quod imago aternitatis est, Item duas eius Qui est potestas primarias, beneficam qua mundum condidit, iuxta quam appellatur dominus: & punitivam qua rebus imperat, iuxta quam Deus agnominatur, ipse ait se medium stantem dirimere. Loquar tibi, inquit, supra propitiatorum inter duo Cherubim: ut ostenderet quod antiquissima eius Qui est potentia pares sint, benefica & vltrix, utentes eodem incisario, quid colunae decem legum generalium, quas nominat tabulas? duae sunt numero pares animae partibus. nam brutae pariter ac rationali debetur eruditio castigatioque: haec rursus à legislatore diuiditur. ipse quidem opus Dei fuerunt, exaratae literis diuinitus inculpis in eas. Quin etiam legibus ipsis, quod proprie ius est, diuisis in pares quinariorum, prior ius diuinum, posterior humanum continet. In diuino iure prima lex opponitur opinioni plures Deos credentium, docens nos mundum esse sub vnius imperio. secunda vetat ne quis sibi Deos alios faciat praeter creatorem, deceptus pictorum fictorumque insidiosis artibus, quas Moses eiecit è sua rep, damnatas exilio perpetuo ut solus verè Deus colatur. Tertia est de nomine domini, non eo quod creaturam

penetrat

penetrat (hoc enim est ineffabile) sed quod praedicatur de eius potestatis. prohibitum est enim id in vanum assumere. Quarta est de semper virgine sine matre nata hebdomade: ut creatura assueta eius otio, reminiscatur eius qui omnia facit inuisibiliter. Quinta de honore habendo parietibus. nam haec quoque sacrata est, quippe quae refertur non ad homines, sed ad autorem geniturae rerum omnium, cum quo pater & mater collati non gignunt, sed instrumenta gignendi sunt, hoc praecipuum situm est in confinio quinariorum pertinentis ad pietatem, & alterius cohibentis iniurias mutuas ac maleficia: quandoquidem mortales parietes finis sunt immortalium potentiarum, quae naturales genitrices rerum omnium, permiserunt huic infimo generi mortali ad imitationem earum feminare atque gignere. principium enim generationis est Deus: finis verò haec mortalis infima & vilissima species. alter autem quinariorum vetat adulterium, homicidium, furtum, falsum testimonium, concupiscentiam. haec sunt generales regulae peccatorum ferme omnium, ad quas referri possunt singulorum species. quotidiana quoque sacrificia vides diuisa aequaliter, alterum sacerdotibus pro seipsis offerentibus è similia, alterum pro tota natione in quo agni duo rite mactantur. horum quoque dixi dimidium manere offerri lex iubet, reliquum vespere, ut etiam pro nocturnis beneficiis agatur Deo gratiae. Vides & panes in sacra mensa propositos, ut in senos distributi equaliter, monumentum sint xij, tribuum, quarum dimidium ad virtutem Legis pertinet matrem sex phylarcharum, alterum dimidium Rachelis est & ceterarum. vides & in talari veste gemmas xij. pariter senas dextras ac sinistras, quibus insculpta fuerunt xij. patriarcharum nomina notata diuinis literis naturarum diuinarum monumenta. An-non & duos montes significantes duo genera, pro aequa portione discretos, alterum tribuit benedictibus, alterum execratis, phylarchas utrobique praeficiens? ut doceret eos quibus monitore opus est, benedictiones & maledictiones pares esse numero, atque etiam honore propemodum, si dicere fas est. similiter enim laudes bonorum profunt & malorum vituperia: quandoquidem rerum malarum fuga & bonarum optio similes iudicantur à prudentibus. Libet mirari etiam duorum hircorum qui pro peccatis offeruntur selectionem & distributionem incertae sortis commissam: cum enim sermo sit duplex, alter qui diuinas virtutes tractat, Deo consecratur: alter qui humanis inhaeret miseris, profugae creaturae dedicatur, quae oracula vocat emissarium, quia procul à sapientia repellitur. Ceterum quia sicut numi,

ec ij sic

sic res veris falsisq; notatur characterib⁹, nonne inuisibilis ille
 fector tibi videtur diuifisse has aequaliter, dū notatas & probas
 eruditionis amatori assignat, notis verò & signis carētes ineru
 dito? Obrigerūt, inquit, nō signata Labani, signata Iacobo. nā a
 nima cere (vt quidā priscus ait) more, si dura sit, formas respuit,
 nec sibi finit imprimi, & rudis pmanet. sin autē sit obsequēs aut
 saltē mediocriter facilis, profūde sigilla recipit, & amoto signa
 culo, fideliter seruat impressas species. Nec minus miranda est
 victimarū sanguinis aqua distributio, quem summus pontifex
 Moses ex naturæ præscripto diuifit. Sumpto, inquit, dimidio san
 guinis infudit eum in crateras: reliquum verò dimidium pro
 fudit apud altare: vt doceret esse duplex genus sacra: Deo sa
 piētiae, alterum diuinū, alterum verò humanum. & diuinū qui
 dem esse sincerum nulla mixtura vitiatum, quā ob rem Deo sin
 cero atq; impermixtē vnitati libatur, humanum verò mixtum
 temperatūmq; profūdi & dispergi in nostrum genus mixtum,
 temperatum & cōpositum, quod inducit membrorum morūq;
 temperamenta & concordia. Enimverò animæ pars sincera pu
 raq; mens est vigens ac viuida, supernē inspirata cælitus: quæ si
 quādo sana integrāq; seruatur, æquum est & dignū sacris ipsius
 studiis, vt reddatur Deo qui eā cōseruauit incolumē & illasam
 à malis omnib⁹. altera verò mixta pars est tota sensuū, cui suas
 crateras natura fabricauit: hæ craterę, visus quidem sunt oculi,
 aures verò auditus, itē nares odoratus, & sua cuiusq; receptacu
 la, in has sanctum illud verbum infundit sanguinē, vt bruta no
 stri pars animetur, & rationalis fiat quodāmodo, parādo admo
 nitionibus, & puram se seruando ab illecebris sensuum. quid di
 drachmum sacratum, nonne ad eundē modū intelligēdum est?
 vt eius dimidium, scilicet drachmā seponamus in redēptionē
 animæ, quam ille solus liber & liberator ē crudeli molestāq; af
 fectuum & iniquitatū dominatione vel rogatus vel nō rogatus
 potēter asserit: reliquū dimidiū illiberali & seruili relinquam⁹
 generi, ex quo fuit ille qui dicit: Sufficit mihi meus dominus,
 mens quæ in me principatū habet: & vxor mea, charus ille sen
 sus custos domesticorū affectuum: & pueri mei, mala quę ex his
 nascuntur. Nolo abire liber, Necessum est em̄ vt huic quoq; ge
 neri fors exfors & emissaria detur ē didrachmo, opposita drach
 ma quæ vnitati sacra fuit. Vnitas em̄ nec additionē nec sub
 tractionem potest recipere, imago Dei qui solus plenus est. Cę
 zera suapte natura sunt inania, quibus si quid inest solidi, verbo
 diui

diuino astringitur. Hoc enim ceu vinculo & glutine solidatur
 omnis essentia. Ipsum verò cōnectens cōtextensq; singula, sibi
 ipsi complementū est, nullo profus egens alio. Meritò igitur
 dicit Moses: Diues nō apponet, pauper nō detrahet de didrach
 mi dimidio, quod est (vt dixi) drachma & vnitas: cui omnis nu
 merus dicere potest illud poētici: A te principium, tibi desino.
 Nam vel infinities infinitus numerus in vnitatem desino, & fa
 cto ab hac initio crescit in innumerabilē multitudinē. ideo nō
 numerū, sed elementum & principiū numeri hanc dixerūt, qui
 bus curæ est cōsectari talia. Ad hæc cælestē illum cibum animę
 qui māna vocatur, omnib⁹ petētibus Dei sermo ex æquo distri
 buit, æqualitatem haudquaquā negligens. Testis est Moses, di
 cens: Nec plus colligenti superfuit, nec minus colligēti defuit:
 quādo miranda optādāq; analogiæ mensura vsi sunt: ex qua di
 dicerunt hunc cibū nō tam hominibus quā rationibus & mo
 ribus colligi. quantū enim cuiq; cōpetebat, tātum sibi prepara
 uit, vt nihil vel deesset vel superesset. Similem analogicā æqua
 litatem licet inuenire in pascha, vt vocāt. est autē pascha, quan
 do anima bruos affectus meditatatur dediscere, & rationalē ani
 mi tranquillitatem vltro aduocat. Præcipitur enim sic: Si pauci
 fuerint in domo, adeo vt nō possint agnū absumere. assumatur
 vicinus proximus pro animarū numero, vt supputatione facta
 cedat cuiq; sua portio, qua & dignus est & indiget. Cū autē agri
 nouellis colonis diuiduntur, maior portio pluribus, minor pau
 cioribus attribuitur, quod iniquum videatur parua multis, ma
 gnaverò paucis tribui magnitudinis eius nō capacibus. Aequa
 litatis autē quæ iuxta numerū iudicatur exemplum euidentissi
 mum est in vndecim principū sacris oblationibus, & earum in
 sacerdotes distributione. Vnicuiq;, inquit, ex filiis Aaron erit
 æqua portio. Est & in cōpositione aromātū ad suffitum pulcher
 rima æqualitas. præcipitur enim: Sume tibi odoramēta, stactē,
 onycem, & galbanū suaueolens, & thus perlucidū, omnia lectif
 sima & inter se paria: faciēntq; ex eo suffitum, vnguētum opus
 vnguētarij, puræ cōpositionis, opus sacratum, singulas portio
 nes ait pares oportere esse ad totius tēperamentū. opinor autē
 has quatuor species ex quibus suffitus cōponitur, figuram esse
 elemētorum ex quibus constat mundus hic vniuersus. nā per
 stacten aquā, per onycem terrā, per galbanū aērē, per thus per
 lucidum ignē significat. siquidem stactē à stillando dicta, est li
 quida, onyx terrestris & aridus, galbanū suaueolēs cognomina

tur ad significandum aëre. odor enim locū habet in aëre. thuri quoque perlucidi cognomē additur, ut ignē subindicet: ideo grauiā separauit à leuibus, altera per copulatiuam coniunctionem uniens, altera disiunctim proferēs, dicēdo, Sume tibi odoramēta, stacten, onycē. hæc, disiunctim significatiua grauiū, aquæ terræque; deinde incipiens denuò per copulā, & galbanū suaueolens & thus perlucidū, quæ iam leuē aërem & ignē significāt. Temperaturā autē ex his compositā antiquissimū perfectissimūque opus verē sanctū dicimus hunc mundum, qui per figurā suffitus admonetur, ut agat suo creatori Deo gratias: ut verbo quidē uigentaria cōpositio adoleatur: sed re uera totus mūdus per Deī sapientiā fabricatus manē ac uespere accēsus exhalet uaporem suaueolentissimū. hæc enim uita decet mundum: ut parenti suo factorique indefinēter agat gratias, tantū nō euaporans & in elementa resoluens seipsum, ut declaret se nihil sibi recōdere, sed totū seipsum offerre creatori ac dedicare. Illud quoque mirari subit sacrū uerbū, quod magna cōtentione ac celeritate intercurrit inter uiuos & mortuos. Mox enim, inquit Moses, cessauit attritio: non cessatura profectò, nec releuatura ab afflictione cōfractionēque nostrā animam, nisi amicus Dei diremisset sanctos, qui uerē uiuunt, à profanis, qui mortui sunt, si rem uerē consideres. Sæpe enim etiam sani, propter uiciniam ægrotorū, contagione periclitati sunt. id periculum hinc sublatū fuit interposito medio termino validissimo, qui arceret à parte meliore deterioris impetum. Sed magis etiā miror dum ē sacris eloquiis disco, quomodo nubes interiecit se mediam inter Aegyptiacas & Israëliticas copias. Nā hæc nubes ceu scuto protegens & conseruans Deo charū populū temperantiæ deditū. nō sinebat exagitari: arcendo impiam gentem seruientē affectibus. Mētibus enim uirtute præditis paulatim irrorat sapientiā securā à malis omnibus: in duras autem ac bonarum artium steriles, more niuis densissimæ pœnas ingerit, intentās eis inundationis perniciem miserabilem. ceterū illi angelorū principi sermoni antiquissimo hoc eximium donū concessit pater omnipotens, ut in consinio stans, facturam à factore discerneret. idem supplex imortalem appellat pro mortalibus deprecans, & à summo rege legatione ad subditos fugitur. Quod donum tam libenter accipit, ut iactet etiam, dicens: Et ego stererā medius inter uos & dominū. uidelicet nec ingenitus ut Deus, nec genitus ut uos, sed inter extrema medius, apud utrosque agens oblidem. apud
crea

creatorem, ut fides fiat nunquā eum deleturum aut deserturum uniuersum genus reuolutū in perturbationem ab ordine: apud creaturam uerò, ut ea certam spem habeat. nunquā Deo propitio curam operis sui defore. nam ego denuntio creaturæ pacem ab eo qui bella tollit Deo, pacis custode perpetuo. Postquā igitur de sectione in portiones æquas sacra scriptura nos docuit, ducit nos & ad oppositorum scientiam, dicens portiones eas oppositas inter se inuicem. nam reuera propemodum omnia quæ mundo continentur suapte natura sunt contraria. Incipiendo à primis, calidum contrariū frigidum, aridū humidum, leue graui, tenebræ lumini, nox diei. In cælo stellarū fixarum orbis fertur in contrarium erraticarum orbibus: in aëre contraria sunt nubilum & serenitas, uentus & tranquillitas, æstas & hyems, uer & autumnus. Nam illud floret, hic marcescit. In terra dulces aquæ amaræ sunt contrariæ, fertiles agri sterilibus. Videmus etiā in aliis contrarietatem, ut sunt corporea incorporea, animata inanima, rationalia irrationalia, mortalia immortalia, sensibilia iutelligibilia, perceptibilia imperceptibilia, rudimenta absoluta, principium finis, generatio corruptio, uita mors, sanitas infirmitas, album nigrum, dextrum sinistrum, iustitia iniustitia, prudentia imprudentia, fortitudo timiditas, temperantia intemperantia, uirtus uitium, & utriusque omnes species. item literatura literarum inscitia, musica amusia, eruditio ineruditio, solertia inertia: & quæ ad artes pertinent, elementa, muta & uocalia, acuti & graues soni, rectæ & circulares lineæ. In animalibus ac stirpibus, foecunda sterilia, multipara paucipara, ouipara uiuipara, mollia restacea, fera manuera, solitaria gregaria. Item, paupertas diuitiæ, claritas obscuritas, nobilitas ignobilitas, copia inopia, bellum pax, ius iniuria, grauitas ignauia, otium negotium, iuuentus senectus, potentia impotentia, robur debilitas. & quorsum attinet percensere singula, quorum infinita multitudo est: Itaque recte naturæ interpretes pigritiam & incuriam nostram miserans, unumquemque manifeste monet nunc quoque ut singula contra se inuicē ponamus non integra, sed dimidiata. unum enim constat ex ambobus contrariis, quo secto noscuntur cōtraria. An nō hoc est quod ferunt Græci suum illū magnum & celebratū Heraclitū iactasse. tāquam cōmentū proprium, & in eo colloquasse caput totius philosophiæ: atqui uetus Moysis inuentū est, in eodē cōtrarias portiones animaduertere, sicut nunc apparuit. hæc igitur & alias persequemur
ce iij mur

mur diligentius. Nunc illud quoq; videtur non prætereundum filètio, quòd dimidiatæ partes trium animalium diuisorū sex factæ sunt, vt septimus sit sermo ille incisor, dirimēs terniones & seipsum in medio statuens. Cui simile opinor, quod manifestè memoratur de sacro candelabro: sic enim fabricatū est, vt sex cauliculos habeat, ternos utrīq; ipsum existās in medio, terniones dispescit & dirimit. est enim tornatile opus diuinū, insigni arte factum ex auro purissimo. Nam illud vnum solum sincerum Ens, hebdomadam sine matre ex seipso solo genuit, nulla prorsus adhibita materia. cæterū inter laudes auri multas duæ referantur præcipuæ: vna quod non sentit rubiginis iniuriam, altera quòd in tenuissimas bracteas sine scissura diducitur. Meritò igitur maiorē naturā significat, atq; diffusa & protensa vsquequaq; tota per totū plena est, aptissimè cõtensex cætera. De hoc candelabro ipse artifex disserēs rursus dicit, quòd cauliculi utrīq; terni procedebant pari proceritate, habētes in summo lucernas nucibus similes in floris speciem lucernā sustinentis, exstante in summo candelabro flore septimo ex auro solido, & super impositis septem lucernis aureis: vt multis probabile fiat senionem in duobus terniones diuisum mediante sermone illo septimo, sicut & hodie. totum enim candelabrū cum sex præcipuis sui partibus cõpactum est è septem cauliculis, septē floribus, lucernis totidē. diuiduntur autē sex lucernæ interueniēte media septima, similiter & flores & cauliculi eminēte septimo in medio. Cauliculi autem illi compares è medio septimo stipite proueniunt. Verūm de his quia multa dici possunt, differatur in tēpus aliud: vnum in præsentī dixisse sat erit, q̄ septē erraticorum siderum cursus simulacrum sit hoc sacrum candelabrum cum septē lucernis superpositis. Quomodo, rogabit aliquis. Respōdeo, quia sicut lucernæ. sic & planetarum quisq; præluet. Cū enim plus splēdoris habeāt, lucidissimos ac terram vsq; mittūt radios, sed præcipuè sol eorum mediū. mediū autē voco, non solum quia iuxta multorum opinionem in medio situs est: sed quia meritò utrīq; stipatur tali satellitio pro dignitate sua & magnitudine atque vtilitate quā terrenis rebus omnibus exhibet. cæterū homines qui nō possunt insolidum percipere horum siderum ordinem (quid enim illi certò intelligunt in rebus cælestibus?) coniecturas suas sequūtur. nec male conicere mihi vidētur, qui soli medium locum tribuūt tres super eum, totidem infra locando, superiores Phæonta, Phæ-

chonta

thonta, Pyroenta, deinde Solem: post ipsum verò Stibonta, Luciferum & Lunam vicinam aëri. itaque volens artifex imaginem cælestis sphaeræ septilustris apud nos effingere, iussit pulcherrimū hoc candelabrum affabrè fieri, idem quā cum anima similitudinem habeat iam antea dictum est. Anima tripartita est, singulæ partes eius (vt ostendimus) secantur bifariam. ita factis sex portionibus, septimus iure annumeratur ille incisor omnium sermo sacer & diuinus. nec illud silentio prætereundū, quòd cū tria sint in sacra supellectile, candelabrum, mensa, altare: hoc quidem ad eam quæ pro acceptis elementis fit, gratiarū actionem refertur, vt antè demonstratum est: quando & ipsum portiones accipit ex his quatuor: terræ ligna, aquæ aromata quæ liquefacta primò in humorē vertuntur, vaporē aëris, deniq; flammam quæ ex igne acceditur, quin & illa cõpositio thuris, galbani, onycis, stactes, elementa figurat. At mensa ad gratiarum actionē pro rebus mortalibus parata est. panes eī & libamina super eā ponuntur, quæ nutrimenta necessitas humana postulat. Cæterū candelabrum ad eam quæ fit pro cælestibus omnibus, nequa mundi pars expers gratiarū actionis videatur, sed omnium partium gratitudo euidenter appareat, elementorū & eorū quæ ex his cõsunt, nec solū terrestriū, verūm etiā, cælestiū. Hic considerandū occurrit, cur mensæ atq; altaris mensuris proditis, de candelabro nihil tale scribitur. an ob illam causam, q̄ elementa & quicquid mortale cõstat ex his, quarum rerum figuræ sunt mensa & altare, dimensa sunt cælo terminata. semper enim contentum à cõtinente meretur. Cælum autē cuius figura est candelabrū, infinirā habet magnitudinem. cõtinetur enim, sed non à vacuo, sicut Moses docet, nec ab vlllo corpore vel pari magnitudine prædito, nec ab infinito, iuxta prodigiosas fabulas quas in mentione turris attigimus. Est autē eius terminus Deus, idem rector & gubernator, itaq; sicut Ens ipsum est incõprehensibile. sic quòd ab eo terminatur, mēsuris nobis ignotis circūscribitur. Et fortasse quia rotūdus est in orbis absoluti speciē, caret lōgitudine & latitudine. De his rebus ita vt decet locutus, addit: Aues autē nō diuisit: aues vocās volucres & natura sublimes sermones, alterū archatypum nobis superiorē: alterū eius imaginem, qui inter nos versatur. i. hū Moses vocat imaginē Dei, hūc autē nostrū, sigillū expressum illa imagine ceu signaculo. Fecit inquit, Deus hominē, nō imaginē, sed ad imaginē. ita vniuscuiusq; nostrū mēs, quæ propriè verēq; homo est, tertia creato-

ee v ris

ris est effigies, intercedente exēplari huius, illius verò imagine ipsa mens suapte natura est indiuisibilis. nā brutā animæ partem in sex alias portiones subdivisit opifex, visum, gustum, auditum, odoratum, tactum & vocē pronūciatiuam, rationalē partem, quæ mens nominatur, indiuisam reliquit ad totius cæli similitudinē. nam & illic aiunt extremum orbē indiuisum manere: interiorē verò in sex diuisum, planetarū (vt vocār) septem circulos efficere. quod enim est in homine anima, hoc (vt opinor) cælum in mūdo. Ergo duæ rationales & intelligibiles naturæ, altera in homine, altera in vniuerso, integræ manēt & indiuisæ. ideo dicitur. Aues autē nō diuisæ, siquidē columbæ nostra mens, vt mansueto & nobiscū degētī animali, assimilat: huius autē exēplari turtur. nā Dei sermo amat deserta solitarius, non miscens se turbis rerū corruptibiliū, assuetus petere sublimia, & vnius delectari cōsuetudine. Sunt igitur hæc duæ naturæ indiuisibiles, & nobis insita ratio, & illa diuina altera: & cū sint indiuisibiles, plurima fecit alia. nam & Dei verbum res naturæ diuisit omnes atq; distribuit: & nostra mens quicquid rerū ac corporū cōcepit intellectu, in infinitas infinitas partes diuidendo finē nō facit. id accidit propter eam quā cum vniuersorū creatore patrēq; habet similitudinē. nam cæleste numē purū sincerum indiuisibile cū sit ipsum, autor est omnium mixturarum partitionum temperaturarū quotquot in toto mūdo sunt. ideo nō debemus mirari, si eius similes mentes, nostra & illa nobis superior, cū sint indiuisibiles & insecabiles, tamē diuidere & discernere valent singula. Postquā autem dixit de indiffectis & indiuisis auibus, pergit narrare. Et descēderūt aues in corpora diuisa bifariam.] vbi quāuis vtatur homonymia, tamē rerum diuersitatē manifestē aperit duntaxat lectori nō indocili, præter naturā enim fit vt aues descendāt, quæ ad sublimē volatum pennas acceperunt. quēadmodum enim terrestribus nullus locus magis quā terra cōuenit, præsertim reptilibus, quæ ne super quidē reptant, sed fouearū quærunt penetralia, fugiēdo superna ob cognationē quā habēt cū inferis: eodē modo volucibus aër est propriū habitaculū, leuib⁹ propter pēnas ipse quoq; natura leuis. cū igitur aëriuaga relicto æthere suo descēdūt ad terrā, non possunt iuxta naturā viuere. ediuersō Moses quæcūq; reptilia possunt se saltu attollere, probat nō mediocriter, quandoquidem sic præcipit. Quæcūq; de volucibus ambulant super quatuor pedes, & habent crura longiora, vt saliant super

terram

terram, hæc comedetis. sunt autē hæc figuræ animarum, quæ reptilium more affixæ terreno corpori purificātur vt mox se possint attollere, cælum terra permutantes, & corruptione immortalitatem. omnium igitur miserimæ iudicandæ sunt illæ, quæ in aère ætherēq; purissimo enutritæ, nō possunt perferre saturitatē diuinorum bonorum, sed ad terrā mortalium malorum regionem demigrāt. incidunt enim cogitationes plurimæ de rebus plurimis, quædā vltro accersitæ, quædā obrepētes per ignorantiam, quæ nihil differunt ab istis volucibus descendētibus. cogitationes autem quæcūq; superna petunt, meliorē sortiuntur ordinem virtute comite indicante viam in cælum: quæ autem deorsum feruntur, deteriore occupant, detractæ & degrauatæ vitiis. horum locorū cōtrarietas nō nihil apparet in Græcis eorum nominibus virtus enim ἀρετή nō solum παρά τὴν ἀίρεισιν ab electione nominatur, verū etiā παρά τὸ ἀίρεισθαι, attollitur enim & in sublime fertur cælestia semper appetens. vitium autem κακία ἀπὸ τῆς κατώ κενωρῆναι, quæ deorsum vergat & de ditos sibi deprimat. nam cogitationes noxiæ descendentes in animam vel accitæ vel irrupentes, tum ipsæ descendunt, tum mentem degrauant vultūtem se turpiter cum corporibus, rebus sensibilibus imperfectis & parū integris, nō viuis sed mortuis non solum enim corpora, verū & dimidiatas eorū portiones appetunt. quæ autem sic diuiduntur, coaptari & in vnum redire non possunt, dissectis spiritualibus neruis & natiuis nexibus. ex quo discimus sententiā verissimam, quod omnis virtus animas amat, omne autē vitium corpora: & quod quicquid alteri gratum, alteri exosum est, sicut nunc quoq; nam animæ bella nobis subindicans aues inducit cupientes corporibus infidere, & immerfis rostris satiari carnibus: quarum incursus cohibere volens vir bonus assidere dicitur, quasi curator & præses. cū enim & domi laboretur seditionibus, & foris inuadāt hostiles acies, intra se versat varia consilia, si quo modo suadendo queat efficere, vt externum bellum cesseret vnā cum intestinis tumultibus. opus enim est & illam ceu nubem hostiliter infestantem repellere, & domesticorum pristinam redintegrare necessitudinem. Sūt enim pertinacissimi hostes animæ affectus stulti & intemperantes, iniusti & timidi, & id genus aliæ concupiscentiæ nimia nobis innasci solitæ, petulantes & ceruice iugum iactantes, & exorbitantes à recto itinere. socialium autem copiarum consuetudines tales sunt, quales lites sophistarum de contentent

rentiosis dogmatibus. si enim ad vnum finē tendunt, scilicet cō-
templationem rerum naturalium, haberi possunt pro sociis. sin
autē in particularibus quæstionibus dissentiūt, ciuilem tumul-
tum excitāt, sicut mundum factū asserentibus malē cōuenit cū
id pernegātibus. simile disidiū est dum alij dicunt eum interi-
turum, alij verō cōcedunt quidē esse natura corruptibilē, negāt
tamē vnquā corrupendum, eō quod valido nexu cōtineatur,
nimirū creatoris volūate. sic qui nihil esse opinātur, sed omnia
fieri, dissentiunt ab id negātibus. item qui aiunt omniū rerum
mensurā hominem, à damnantibus sensuū atq; mētis iudicio.
& in vniuersum qui dicunt cūcta incomprehēbilia, ab his qui
aiunt percipi plurima. siquidē sol, luna, calum, terra, aēr, aqua,
& quæ his cōtinentur omnia, scepticis negotiū & contentionū
materiam exhibēt, essentias, qualitates, mutationes, versiones,
generationes, corruptionesq; eorū in disquisitionē vocantibus.
quin & de motu magnitudinēq; rerū caelestium nō obiter disse-
runt, variantes & discrepātes opinionibus, donec aliquis obste-
tricandi & iudicandi scientia præditus vir in confessum eorum
adhibitus singulorum partus animæ inspiciat, & alios vt indi-
gnos educatione proiciat, alios vt pbatos cōseruet habiturus
curā eorum. Hæ autē philosophorum controuersia: natae sunt
dum veritatē cōiecturis adsequi nequeūt, rei difficultate gignē-
te disidia. Cūq; sol occideret excessus irruit super Abrahamā, &
horror magnus ac tenebrosus inuasit eū.] Excessus alius est
infans facies delirū, præ senio, bile atra, aut ob aliam causam
similē. alius fit ob nec optatū pauorem magnū ac repentinū:
alius in trāquillitate qñ mens oriatur. sed lōgē optimus quādo
illa furore diuino corripitur, qualis est prophetici generis. Pri-
mæ speciei mentio fit in maledictionibus scriptis in Deutero.
Deliratio, inquit, cæcitas, & excessus mentis corripiet impios,
vt nihil differant à cæcis meridie palpantibus tanquā in densis
tenebris. Alterius item non vno loco. Corruptus, inquit, Isaac
stupore magno dixit quis igitur venationē mihi obtulit & gu-
stauit de omnibus, quæ oblata fuerūt priusquā venires, & bene-
dixi eū, eritq; benedictus. item de Iacob non credente nunciati-
bus Iosephum viuere Aegypto vniuersæ præpositum. Excessit,
inquit, mente, non credebat enim eis. & in Exodo, de concione:
Mons, inquit, Sina fumabat totus, quia descenderat in eū Deus
in igne: & ascēdebat fumus vt vapor fornacis, & obstupuit tot⁹
populus vehementer. item in Leuitico de consecratione sacer-
dotum

dotum octauo die, quādo descendit ignis de celo & depastus est
quæ altari fuerāt imposita vnā cū coronamentis totas victimas.
nam hic quoq; scriptum est: Et vidit vniuersus populus & ob-
stupuit ceciditq; pronus in faciem, nam talis excessus pauorē
ac stuporem inducit. Sed non est mirum de Esau, quod peritus
venandi præda ipse fit & supplātarur, quippe qui artem hāc in
damnum suum, non ad vtilitatem accepit, nō magna cura vsus
in venando vt caperet aliquid: nec de Iacob, quod captata præ-
da potitur, ingenio magis adiutus quā peritia, & eam, id est
affectionem, offert examinatori, vt an proba sit iudicet: ideo de
omnibus gustat. quicquid enim ad meditationem pertinet ve-
scendum proponitur, inquisitio, disceptatio, auscultatio, lectio,
precatio, continentia, indifferētiam rerum discretio. degustat
autem omnia, nō comedit. oportet enim & meditatiōi aliquid
cibi relinqui operæ præmium. Priusquā venires, aptē pro rei
natura. Nam si affectus intrarit in animam, nō fruemur tempe-
rantia: simulq; arguitur malus vt cunctator & piger, tardus ad
disciplinam, nō ad intēperantiam. At Moses longē aliter iubet
absumi pperē paschales epulas ad solē migrationis memo-
riam. & Iudas inquit: Nisi procrastinassetis, iā reuersū descen-
dissemus in Aegyptum, imō iam domū rediuissemus iterū. Et
hoc est quod Iacob miratur, si mens adhuc in corpore cōstituta
viuit virtuti, & imperat corpori, nō eius imperata facit. Possent
& alia exempla proferri ad confirmādā rei veritatem, sed nō
hoc nunc agitur. ideo redeundū est à diuerticulo. Tertiam ver-
bi huius significationē videre licet in creatione mulieris. Im-
misit Deus ecstasim in Adā & sopiuit eū. vbi excessus pro quie-
te mentis ac tranquillitate accipitur. Somnus enim mentis est
vigilia sensuum: nam & vigilia mētis est sensuū otium. Quarte
verō ecstasis exēplū est quod nunc versamus in manibus: Et cū
occidisset sol, ecstasis incubuit in abrahā correptū numine affa-
tūmq; diuino spiritu.] quibus verbis ostēditur eum prophetā
etiam fuisse, quod aliubi disertē sacris literis exprimitur, cū
quidem naturalem virtutē Sarram sibi vsurparet, quasi nō so-
lius sapientis propriam, sed cuiusvis simulatoris prudētia. Red-
de, inquit, homini suam vxorē, quia propheta est. & orabit pro
te vt viuus permaneat. Quin & omnib⁹ probis viris sacra scri-
ptura prophetiam tribuit. nā propheta nihil ex se proloquitur,
sed omnia submonēte alio, malum autem virū non est fas esse
interpretē numinis: ergo nemo malus propriē correptus furo-
re

re diuino dicitur, sed in solū sapientem hoc cōpetit:quādoquidem is solus est instrumentū Dei resonans, ab eo contactum & pulsatum inuisibiliter. proinde quotquot inter iustos cēsantur, inducuntur prophetae pleni caelesti numine. Noe iustus nōne propheta etiam? alioquin quomodo poterāt benedictiones eius maledictionesq; vim suā obtinere apud posteros? Quid Isaac? quid Iacob? & hos multis argumētis, præcipuē vaticiniis quæ cecinerūt de suis posteris, prophetas fuisse credimus. Nam illud, Congregamini vt annunciē vobis quæ vērura sint vobis in diebus nouissimis: diuināis erat oraculū: siquidē futurorū cognitio nō est hominis propria. Quid Moyses, nōne vbiq; propheta celebratur? Scribitur enim: Si fuerit vobis propheta domini, per visionē ei me manifestabo: Moysi autē ore ad os loquor palā nō per anigmata. & rursus: Nullus propheta qualis Moyses exortus est, quē alloquutus est dominus facie ad faciē. & meritō, nēpe afflatū suo numine, quod enim in nobis est ratio, hoc in mūdo sol: quia lucent ambo, alter mundo præbens lucem sensibilem, altera nos illustrans radiis intelligibilibus siquidē donec mens nōstra lucet velut meridianum splendorē diffundens per totam animam, intra nosipfos manemus. cæterum illa vergente ad occasum, meritō ecstasis & diuinus furor incidit. exoriēte enim diuino lumine humanum occidit: ac rursus occidēte illo hoc exoritur: id quod solet accidere prophetico generi. emigrat enim ē nobis mens, immigrante diuino spiritu: quo recedente illa rursus reuertitur. non est enim fas vt mortalis cum immortalī habitet. ideo rationis occasus & offusæ tenebræ excessum & diuinum furorem inducūt. Deinde pergit scriptura: Et dictum est ad Abrahā. Sic enim propheta etiā cum loquitur, videtur reuera quiescere. Alius autē eius vocalibus instrumentis ore linguāq; vtitur ad indicanda quæcunq; vult: quæ pulsans arte musica inuisibiliter, sonorā concinnāq; symphoniam efficit. Audiamus igitur quid prænunciet oraculū. Ante omnia quod amatorī virtutis non concedit Deus, vt tanquam in terra propria habitet in corpore, sed inquilinum agat in eo tāquam alienigena. Certō scias, inquit, quod semen tuum inquilinum erit in terra aliena.] Omnis autē mali viri cognatus locus corpus est, in quo habitare maualt quā inquilinum agere. hoc vnum documentum est. alterū verō, quod seruitutē & grauem afflictionem, atq; vt ipse vocat humiliationem inferāt animæ terrena ista habitacula. sunt enim externæ & verē alienæ à mēte

affectiones

affectiones corporis, ē carne nata: in qua radicanur. fit autem quadringentorū annorum seruitus iuxta quatuor affectionum potentias. nam incipiente voluptate fastus inflatur ac erigitur, elarus inani leuitate: sed crescente concupiscētia nascitur absentium rerum desiderium, pendentē ab incerta spe relinquēs animam. Sitit enim semper, nec vnquam potest bibere, Tantalium luens supplicium. Quoties autem dolor præualet, contrahit se anima more arborum marcescentium & frondes amittētium, decrescēte vigore huius & pinguitudine. At pauore tyrannidē adepto, iam nemo audet manere, omnes de fuga cogitant, & in hac sola salutē collocant. Nā concupiscētia vim habēs attractoriam, vel fugientē amatorē cogit, vt se sequatur. Contrā timor à se alienans repellit homines & lōgissimē remouet. Quorum affectuum dominatio grauem seruitutē affert subditis, donec Deus præses & iudex afflictū ex affligentis potestate eripiat, restitutum libertati pristinae, alteri verō mercedē peccati persoluat. sequitur enim: Gentem autem cui seruiet ego iudicaturus sum: & post hæc egredientur cum magna substantia.] Necessum est enim vt mortalis homo prematur ab affectuum genere, & quicquid natū est expectet mala fatalia, sed Dei volūtas cognatas nobis calamitates subleuat. Itaq; si nos mox à principio nostrū fecerimus officiū, & nobis ipsis seruiuerimus, Deus quoque nobis pro sua clementia non deerit, remissionem atq; libertatem animabus ad se suppliciter confugientibus pollicitus, non tantū exitum ē carcere custodiis septo & vinculorum solutionem offerens, sed & viaticum insuper, quæ vocatur substantia. Hoc quid sit dicam apertius. Quando intellectus ē cælo delapsus illigatur corporis necessitatibus, vel absq; illecebris, vt androgynus & effceminatus propria mala cōplectitur, quod si persistit in natura sua mascula paratus ad conflictationē, potest adscribi studiosis artium liberalium, & adeprus ex harum commercio temperantiā fortitudinēq; robustas virtutes, remigrare in patriam vnā cum suis sciētis, quas scriptura vocat substantiam. Addit deinceps: Tu autem abibis ad patres tuos cum pace nutritus in senectute bona.] Ergo nos imperfecti & bellum & seruitutem sustinemus, agiē inuenientes liberationem ē periculis impendentibus. At illud perfectum genus perpetua libertate fruitur, in pace innutritum cōstantissima: inest autem dogma his verbis, bonum virum non mori: sed abire, vt ostendat inextinguibile & immortale genus perpurgatæ

animæ,

animæ, quæ hinc in cælum proficiscatur, absque dissolutione ac corruptione, quæ mors videtur inducere. Abibis, inquit, ad patres tuos.] Quosnam patres dicat cõsiderandum existimo. Nã de illis qui vixerunt in terra Chaldæorũ, in quorũ familia habebat Abraham, intelligi non potest, quando oraculo iussus est à cognatis secedere. Dixerat enim dominus ad eũ: Exi è terra tua & è cognatione tua, & è domo patris tui, ad terram quam ostendã tibi, & faciã te in gentẽ magnã. hunc diuino monitu profectum peregrẽ, non est credibile reddi domesticis: quod ne fieri quidẽ poterat, vt futurus princeps noui generis contribueretur veteri. nequaquã enim ei Deus daturus erat nouã gentem & nouum genus, nisi prius in totũ separato à veteri. hic est enim verus princeps gẽtis & generis, ex quo ceu è radice pullulauit illa cõttemplatiua rerum naturæ planta nominata Israël. siquidẽ præceptum est, vt à facie nouorũ auferantur vetera. Quis enim est vsus antiquitatis & morũ obsoletorum, quando repente nec opinantibus confertim noua bona imbris more impluunt. Patres igitur nõ illos relictos dicit, defossos in monumẽtis Chaldaicis, sed vt quidã aiunt, solem, lunã, stellãsq; ceteras. nam hæc terrena cuncta ex illis gigni putãtur. Alij hoc dictũ interpretãtur de ideis archetypis intelligibilibus & inuisibilibus, ad quarum exemplar hæc sensibilia quæ videmus facta sũt: & harum sapienti destinari contuberniũ. Rursum alij suspicantur patres dictos illas principales potentias quatuor, ex quibus mundus constat terram, aquam, ærem, ignẽmq; in hæc enim res singulas aiũt dissolui necessariò. sicut enim nomina, verba, & omnes orationis partes cõficiuntur ex elementis grammaticis, ac rursum dissoluuntur in eadem: sic vnusquisq; nostrum cõtēperatus ex his quatuor, & à singulis mutuatus quasdam portiunculas, ad certum tẽpus reddit debitũ, nimirũ aridas terræ, humidam aquæ, calidas igni, frigidam aëri. & hæc quidem corporea. Cæterũ intelligibile illud atq; cæleste genus animæ ad ætherem purissimũ, tanquam ad patrem perueniet. sit enim hæc, vt prisci docẽt, quinta quædã essentia motu orbiculari prædita, cæteris quatuor melior, ex qua & cælũ & sidera facta fuisse videntur, & quantum colligere possumus, humana quoq; anima eius est particula. Illud porrò, in pace nutritus, non temere additur: sed quia maxima pars hominũ nutritur in bello & bellicis calamitatibus. est autem bellum alterum externum, quod infert obscuritas, ignobilitas, & quicquid est simile. alterũ civile, quo

partim

partim corpus impetitur à morbis, læsionibus, mutilationibus alijsq; pestibus innumeris. partim anima oppugnatur ab affectibus, ægritudinibus, stultitia, iniustitia, similibusq; tyrãnorũ insultibus grauissimis & inuictis viribus. itaq; in pace nutrit, cui serena tranquillãq; vita cõtigit, verè felix ac beata. at quãdo hæc cõttingit? qñ in rebus externis bene se habent facultates & existimatio, corpus robore ac prospera valetudine fruitur, anima verò virtutibus. opus est em̄ his singulis suo satellitio, corpori pro satellitibus sũt gloria, diuitia, potentia: animæ autẽ, sanitas atq; integritas corporis: at menti, cõtēplatiue sciẽtię. Nam de civili pace hæc nõ intelligi, liquet è sacre scripturę lectione. Maxima em̄ grauiãq; bella & suscepit & debellauit Abraham. Quin & derelicta patria, nec vlla ceita sedes cõcessa, homini vltro citroq; vagãti per deserta & inuia, graue bellũ fuisset, ni sustentatus esset fide oraculi. Erat enim ei ferẽdæ calamitates nõ mediocres, fames exilium, & bellũ his molestius. Qualem igitur pacem habuit? Nã vt opinor, peregrinatio, sedes incertæ, cum potẽtibus regibus cõtēntio, famis onus, nõ simplicẽ afferebãt belli speciem. Verũm si rem penitus introspicias, hæc ipsa sunt sinceræ pacis indicia. nam ex affectibus emigratio, & perturbationũ inopia, & deletæ iniquitatũ infestæ copię, & à Chaldaicis opinionibus ad pias ac religiosas trãsitus, hoc est à sensibilibus creaturis ad autorem earũ intelligibilem, trãquillam firmãmq; pacem cõciliant. In tali pace degenti bona senectus promittitur, nõ longauitas, sed vita cũ prudentia. nã felices dies multis annis meliores sunt, sicut breuis lux melior q̄ æternę tenebræ. Salubriter enim dixit, vir propheta, malle se vnã diem cũ virtute viuere, quàm mille annos in vmbra mortis, per vmbra vitam malam subindicã. idem nũc quoq; re magis quàm verbis Moses docet. nam hunc cui bonã senectutem pollicetur, breuioris æui facit q̄ vllũ ex eius maioribus, philosophicẽ nos erudiens, quanã sit verè bona senectus, ne hoc promissum intelligamus de senectute quæ apparet in corpore, plena probrosis scditatibus: sed de prudẽtia cõtēntiãq; animi dictũ accipiẽdo honestatẽ prædicemus de senectute, à qua seniores denominamus honoris gratia. Disce igit hoc dogma nostri legislatoris, soli, bono viro bonam senectutẽ & longauitatẽ cõtēngere. malum autẽ breuissimo tẽpore mortẽ meditari, vel potius virtutiam esse mortuum. Sequuntur hæc verba: Quarta generatione reuertẽtur huc.] vt non solũ sciat tẽpus post quod posteri deducendi

ff cendi

cendi erāt in coloniā, verum etiā discat perfectā virtutis absolutiōnem. hęc autē quarta (vt ita loquar) generatione absoluitur, id quomodo fiat cōsideremus. Infans, per septenniū à natiuitate proximū in ætate puerili puram naturā sortitur, leui tabulæ similem nullis bonis malisve signatæ formulis, quicquid enim imprimitur, propter molliciē deletur aut cōfunditur. Secunda ætas quę puerilē excipit, cum vitiis incipit habere cōmercium, quæ solet vel secū adducere, vel aliunde libēter accipere. cōplures enim habet magistros nequitia, nutrices, pedagogos, patres, mores & leges receptas in singulis ciuitatibus, à quibus discunt mirari quæ ridere debuerāt, etiā absq; his sponte procliuēs ad crimina, adeo feraces vitiorū vt his scateant. Prona est, inquit, mens hominis ad malitiā, iam inde ab ætate tenera. hęc est illa maledicta quæ figuratē generatio, propriē verò ætas dicitur, quo tēpore tum corpus quod pro fundamēto est, tum animus turgescit, iaccēsus affectibus se proferētibus, segetes & cāpos & obuia cuncta exurētibus. Hanc morbidā seu generationem seu ætatē tertia sequitur, quæ philosophiā ei ceu medicinam adhibeat, curaturam morbos salubribus sermonibus, per quos exhauriatur vitiorū nimietas, & suppleto quod ad virtutem deerat, voluptas ablegetur quā longissimē. Post hanc curationem iam quarta generatione anima solidū robur prudentiæ colligit, & constantiam in omnibus virtutibus. Et hoc est quod dicitur, Quarta generatione reuertētur huc. nā circa hūc quartū numerum à peccatis auersus animus declaratur hæres sapiētia, primus numerus, nec bonorū nec malorum capax, est nondū formata animæ, in secūdo vbertim vitia proueniūt, tertiō sanitatē recipimus deferuētibus affectibus: quartō in ea cōfirmamur, & solidū robur acquirim⁹, quādo à malis auersi bona tractare aggredimur, quod antea nō licuit. Quid autē remoretur ipse indicat dicens: Nondū enim cōsummatę sunt iniquitates Amorrhæorū.] Hinc quidā infirmiores occasionem arripiunt, vt suspicētur Mosen fatū ac necessitatē causas rei ū inducere. Sciendū est autē, consequentiā seriēmq; causarum inter se implexarū non ignotā fuisse homini philosopho diuinis assuetō colloquiis, attamen euentus eum his nō attribuere. Videbat enim aliquid antiquius quod hoc vniuerso vesteretur tanquā auriga vel gubernator. hic enim cōmunis nauis, videlicet mūdi, clauo assidet, in qua omnes nauigāt, & volucrē cali currū agit pro imperio: Quid igit super his rebus dicendū est? Amorrhæi

rhæi loquētes interpretantur. Maximū autē bonū homini à natura datum sermonē plurimi vitiauerūt acceptū, ingrātē perfidæq; hoc vti contra largitricē. Hi sunt adulatorēs, praestigiatores, inuētores sophismatū persuasibiliū, impostores fallaciāū peritissimi, de mēdacio vitādo haud solliciti, & insuper affectatores obscuritatis. est autem obscuritas caligo profunda in sermone, res cōmodissima furibus. Quapropter Moses summum pontificē claritate ornat & veritate, volens perspicuam simul & veracem esse viri boni orationem. At vulgus hominum obscuram atq; mendacē mauult sectari, in quorū grege censeretur contemptissimus quisq;, vltro se decipiendū offerens. Ergo donec consummentur Amorrhæorū peccata, hoc est sermones sophistici, qui nō faciliē cōuincuntur, sed valēt nos rationibus persuasibilibus ductare, nō possumus eos auersari talibus inescati illecebris, & manere apud eos cogimur. Quod si omnes mēdaces persuasiones bona fide coarguātur, & ad hostimentū peccata cōpleantur, cōtinuato cursu fugiemus, & orā soluentes nauigabimus à regione mendaciorū ac sophismatū ad veritatis stationes portūsque tutissimos. Atq; ita satis demonstratum puto, esse impossibile auersari, odisse, deserere mendacia probabilia rationibus verisimilibus, nisi detegatur ad plenū eorū iniquitas: quæ tum demū apparebit, si diligēter cum veritate conferatur. Sequitur deinceps: Post occasum autē solis emicuit flāma.] quibus verbis significatur, virtutē esse rem serotinā, atq; etiam vt quidā aiunt, sub vitæ finem cōstabiliri: hanc flāmæ dicit similit, nam sicut flāma vrit subiectā materiā, illustrans vicinū aërem ad eundem modum virtus exurit vitia, totā mentem replens lumine. Sed donec sermones nō examinati collatione & indiscreti valent persuasionibus, quos Amorrhæos vocant sacræ literæ, lucidissimum purissimūmq; splendorem videre nō possumus: verū more fornacis igne carētis, & vt ipse vates ait fumātis, affecti sumus, sciētiæ scintillis vaporati, nōdum tamē idonei vt igne probemur cōfirmemurq;. Gratias ingētes agamus ei qui tales nobis scintillas indidit, ne mens tanquā cadaver frigeat, sed tepida fomento virtutis caleat, donec in ignem sacrum mutemur sicut Nadab & Abiud. Fumus autem ante ignem exoritur, & appropinquātibus ciet lachrymas. Vtrunq; nobis etiam solet accidere. ad virtutis nuntios accedēdo perfectionem speramus, quæ ni cōtingat nō temperamus à lachrymis. siquidem amator desiderio tabescens ad fores amorum suorū properat,

mœstus donec eis potiatur. Confertur autē nunc cū fornace ani-
ma discendi cupidi & sperātis absolutā scientiam, quia in hoc
vtroq; vase cibus coquitur, alter ē frumento corruptibili, alter
ē virtutibus incorruptibilibus. Cæterū faces ardentes sunt Dei
facem gerētis iudicia clara & splēdida, quę solent per medium
dimidiatorū, cōtrarietatum inquā, ex quibus totus mundus cō-
stat, incedere. Legitur enim sic: Et faces ardentes trāseuntes in-
ter dissecta animalia.] Ut scias q̄ diuinæ potentia: transeuntes
per mediū rerum & corporū, nihil tamen corrumpant, manent
enim illæsa partes dimidia, pulchrē autē per has potentias di-
uiduntur naturæ singulæ. Et harū rerū scientia: quis iustior he-
res declaratur, quā vir sapiens? In illa die, inquit, pepigit do-
minus fœdus cū Abrahamo: dicēs. Semini tuo dabo terrā hanc.
Quam terrā, nisi de qua supra dictū est, ad quā hæc referuntur,
cuius fructus est certa firmāq; perceptio Dei sapientia: per quā
sapientiam ille cuncta cōseruat, suis incisoriis bona à malis il-
læsa separās, vt genera incorrupta maneāt. post hæc addit: A flu-
mine Aegypti ad magnū flumē Euphratem.] docens q̄ perfe-
cti principia quidē habent à corpore & sensu & instrumentali-
bus partibus, sine quibus nō viuitur, vtilibus ad instituendam
vitam quam in corpore degimus: desinunt autē in Dei sapien-
tiam, magnum reuera fluuiū, gaudio lætitiāq; redundantē, &
bonis cæteris. non est enim cur putes circumscribi hanc terram
Euphrate flumine alteroq; illo Aegyptio. nūquā virtus ad cor-
poreos affectus demittitur. magis conuenit dicere: ab Aegy-
ptio flumine ad magnum illum Euphratem, nam à mortali-
bus transitus sunt ad immortalia.

PHILONIS IVDÆI, Vita viri ciuilis, siue de Ioseph.



Tres sunt species per quas ad optimū finem
tēdimus, eruditio, natura, meditatio: tres item
sapientū antiquissimos à Mose accepimus ab
his cognominatos, quorū vitas quoniā scripsi,
tum eam quæ per doctrinā, tum eam quæ sua-
pte natura cōtingit, eam etiam quę meditatio
ae paratur: quartā deinceps scripturus sum ciuilē, à qua vnus ē
phylarch

phylarchis cōmendatur, qui à tenera ætate in eā inciderat. Cœ-
pit em̄ in hoc genere versari annos natus circiter xvij. præfect⁹
curadis gregib⁹, quæ disciplina cum ciuili cōuenit. Et hoc est,
opinor, cur poëtę reges vocāt pastores populi. Nā qui summus
est in arte pecuaria, facilē bonus rex euadet, pulcherrimo gre-
gi hominū præpositus, approbata industria in minore negotio.
Siquidē quemadmodū futuro imperatori necessaria sunt exer-
citia venatoria: sic admouendis ad curā reipublicæ, propriē pa-
storalis ars congruit, velut præludium quoddā magistratuum.
Proinde cū pater in eo generosum animū cōsideraret, & ma-
iorem quā pro priuata fortuna, mirabatur fouebatq; diligēs
eū præ cæteris filiis, eo magis quod proles erat serotina, qui nō
exiguus est ad beneuolentiā stimulus: & quia delectabatur ho-
nestate pueri, accendebat eius ingenium accuratiore tractatio-
ne, ne premeretur diutius. sed quāprimū elucesceret. Sed inui-
dia magnarum felicitatū aduersaria perpetua, tūc quoq; domū
fortunatā aggressa perturbauit, cōcitatā cōtra vnum pluribus
fratribus, qui tanto odio eū prosequerentur, quanta pater bene-
uolentiā, regentes tamen id & dispensantes in tēpus aliud, vnde
magis augebatur in dies. nā affectus qui premuntur ne per ver-
ba expirent, grauiores redduntur. At ille innocēter simplex nō
intelligens domesticas fratrum inimicitias, viso somnio nō irri-
to, vt amicis id aperuit. Vidi, inquit, messi me præpositum, & o-
mnes nō in cāpo ad colligendas fruges præsto fuisse cū falcib⁹.
ibi repentiē meū manipulū erectum cōstitisse, vestros verò tan-
quā ex cōposito accurrisse ad eum venerabundos, & reuerenter
adorasse. Tum illi prudētia pollentes: & significatū per cōiectu-
ras verisimiles vestigare idonei: Putāsne, inquiunt, regē te fore
nostrū & dominum: id em̄ e mentita visione subindicas. atq; ita
odium magis ac magis accēdebatur, auctū quotidianis occasio-
nibus. ille tamen nihil suspicās: cū post paucos dies vidisset alte-
rū magis stupēdum somniū: & hoc narrauit fratrib⁹. Visus erat
videre ad se venientē solem & lunā & stellas vndecim: quod pa-
ter miratus in mēte recōdidit de euentu præfagij sollicitus. Gra-
uiter autē obiurgabat filiū, timēs ne quid ille peccaret. Potēst-
ne, inquit, fieri vt ego materq; & fratres adoremus te: nā per so-
lem patrē, per lunā matrem, per vndecim stellas fratres signifi-
care videris, quod caue ne vnquā in mentē tibi, mi puer, veniat.
trade potius obliuioni visiones istas nefarias. Nā sperare & ex-
pectare principatū inter domesticos, res abomināda est, me iu-
ff iij dice:

dicenec aliter iudicare puto ceteros, quibus æqualitatis & cognationis iura nota sunt. Veritus autē ne fortē presentibus omnibus aliquid seditionis inter fratres oriretur ex ingrata somniorū memoria, illos ablegat ad pascua, hūc domi seruat ad tēpus, gnarus q̄ affectuū animæ ac morborū tempus dicatur medicus, & luctui tollendo, & furori sedādo, & timori percurando efficax. cuncta em̄ reddit leuiora, etiā quæ non facile sanantur. Vbi verò cogitauit iā euauisse similitates domesticas, misit filiū, tum vt fratres salutaret, tū vt renuntiaret satim salui sint vel ipsi vel eorū pecora. Hoc iter initiū fuit magnorū & bonorū & malorū, vtrorūq̄; præter expectationē. p̄fectus est ille ad visendos fratres, ita vt pater iusserat. Qui procul cōspicati venientē, mutuo se appellabāt verbis nihil sanum ominātibus, quādo ne nominare quidē eum dignabātur, sed somnatorē appellabant attonitum visionū prodigiis. Tantū autē irarum cōceperant, vt in cædem eius si nō omnes certē plures cōspirauerint, volentes eum in baratrū aliquod proiicere, ne deprehenderetur facinus. Sunt autē in iis locis multæ cisternæ profundæ admodū, itaque minimū absterunt à fratricidio, quod solus fratrum maximus ægrē dissuasit, iubens abstinerent ab inexpiabili scelere, tantū in vnam quampiā cisternam eum proiicerēt, de salute adolescentis cogitās, vt post aliorum discessum ipse patri restitueret incolumem. Quo impetrato venientem cōplexus est, cæteri hostiliter comprehensum spoliant, spoliatum demittūt per funem in profundam foueā: vestē eius cruentam hæc di sanguine transmittunt ad patrē, cum prætextu quasi absumptus esset à bestiis. eadem die negotiatores quidā iter faciebāt ex Arabia in Aegyptum cum sarcinis: his fratrem extractum vēdunt, autore fratre quarto à primogenito. Hic enim (vt opinor) metuēs, ne ab iratis frater per dolum interimeretur, eum vēdi quāam mori maluit. leuius malū seruitutem existimās. At natu maximus qui absterat interim, postquā introspectit cisternā, nec vidit quem paulō antē ibi reliquerat, vociferabāt & furibūdus discursabat scissis præ dolore vestibus, capillos sibi vellēs, & quid accidisset rogatans. Viuit ne puer an extinctus est? Si nō superest, saltē cadauer ostēdite, vt deplorādo calamitatem leuiorē faciā. Solatiū erit videre vel mortuū. Cur mortuū quoq; odio prosequimur? certē sublatis nemo inuidet. Quod si viuit, quō abiit? apud quos seruat: nam me suspectū nō opinor, vt etiā de mea fide dubitari debeat. illis verò falsis venditum, & pretiū proferētibus: Bella,

inquit,

inquit, negotiatio. partiamur lucrum, & prædonū quos malitia vincimus, referamus præmium. Egregia verò crudelitatis palma, quæ nobis meritō placeat. Illi in alienos conspirāt, nos in domesticos & charissimos. Admissum est probrū maximū, insigne dedecus. Maiorū nostrorū p̄bitatis monumēta nusquā terrarum non extāt, relinquamus & nos inhumanitatis perfidiāq; maculas ineluibiles apud posteros. Volat enim vbiq; fama nuntia magnorū facinorum, nō sine admiratione laudabiliū, & noxiorū vituperio. Quomodo cōmunis pater hunc casum accipiet, cui cætera beato felicissimōque vitæ affertis tædium. illius ne miseri seruitutē, an nostrā deflebit fruitiā? nostram vicē magis dolebit sat scio: quā leuius malum est pati, q̄ inferre iniuriam. Nā alterum subleuatur duobus magnis remediis, spe atq; miseratione. Alteri autē obnoxius, dānatur publico mortalium indicio. Sed quid ego hæc clamito? præstat filere, ne mihi quoq; aliquid obuēniat, quod non libet dicere. Exasperati em̄ estis implacabiliter, & palā spiratis iracundiā. Cæterum vbi ad patrē perlatū est, non quod verū erat, vēditum esse filiū, sed cōmētum illud de absumpto à bestiis, ict̄ aures nuntio, simūlq; oculos spectaculo (allata enim fuerat tunica lacera cruentaq; foedum in modū) dolore turbtus, obmutuit per longū temporis spatiū, ne caput quidem valens attollere oppressum tāta calamitate. Tandem repente effusus in lachrymas, velut è fonte prorūpentes, plangebāt pectus & faciē, scissis vestibus lamētans: Nō tam mortē tuam, fili mi, doleo, q̄ sepulchri iacturā. Nam si tibi sepulchrum contigisset in terra p̄pria, nec mihi deesset solatiū. Officiosē asseditsem egrotanti ante mortē, impēditsem morienti extrema oscula; clausissem oculos, immortuum perfudissem lachrymis, extulissem magnificē, nihil omissem è iustis funebribus. Atq; etiā si peregrē defunctus esses, dixissem ad meipsum, per solutū est naturæ debitum, noli tristari. Viui habēt suas patrias, mortuorū omnis terra sepulchrū est, breuis cui sunt omnes homines. Nā qui maxime lōgæuus fuit, quātillum tēporis vixit si ad æternitātē id cōferas? vel si omnino moriturus eras p̄ vim & insidias, leuius fuisset extigui manibus hominū, qui mortuū saltē miserati obruissent terra, & cadauer tumulassent. aut, vt crudelissimi fuerint, quid amplius potuissent q̄ insepultū p̄icere? quē mox viator aliq; præteriens, memor naturæ cōis, humasset tactus misericordia. Nūc vt fert, immites & carniuora bestias pauisti &

ff iij satur

saturasti meis visceribus. Hactenus multos labores inopinatos exatlaui, in his miseriis abūdē sum exercitus, errādo peregrinando, mercede seruiendo, dura ferēdo imperia, vsq; ad vitę periculū exagitatus à quibus minimē oportuit. multa vidi, multa audiui, multa passus graua, quibus ad patientiā eruditus perdu rari. Sed nihil præsenti casu intolerabilius, qui totū animi mei robur subuertit atq; deiecit. Quis enim luct⁹ potest esse maior aut miserabilior? vestis pueri ad patrē perlata est: ex ipso nō mēbrum, nō frustum, nō vel minimæ reliquæ: totū deuorarūt bestia, nihil superest quod sepulchro inferatur, ac ne vestē quidē recepi, nisi vt ad eius aspectū recrudescat doloris memoria, ne vnquam tāta calamitatis obliuio possit obrepere. Sic ille sortē suā deplorabat. Negotiatores autē vendunt puerū in Aegypto eunucho cuidā regio qui culinæ præerat. Cæterū post denarratam historiā videndū quid sub eius cortice lateat. Nam plerq; & propemodū omnes in lege scriptæ suā habent allegoriā. Hic vitæ modus de quo agitur, apud Hebræos Ioseph vocatur, apud Græcos Domini appositio, aptissimo nomine ac rei præsenti cōuenientissimo. est enim rerum naturæ auctariū ciuiliis administratio qua vtuntur populi. Nā mundus hic est magna ciuitas, vnā reipublicæ formā, & vnum ius habens. Cōtinentur autē edicto naturæ iussa de agēdis, & vetita de nō agēdis. Ad id ius alij alias leges ac institutiones adiiciunt. in causa est separatio, nō solūm Græcorū à barbaris, sed & barbarorū à se inuicem, & Græcorū à suę nationis hominib⁹. Nec sunt audiē di qui temerē culpā referendo in difficultates tēporum, infelicem prouētum fructuū, agrorum sterilitatē, loci situm in maritimis aut mediterraneis, in cōtinente aut insulis, & id genus alia, veritatē dissi mulant. Est autē vera causa auaritia & mutua perfidia, dum nō cōtenti iure naturali, quę in cōmune conducere videntur cōsentientibus cœtib⁹, ea leges nomināt. itaq; meritō addita menta naturalis iuris cēsantur instituta particularium ciuitatum. Nā leges oppidatim receptæ, sunt appēdices rationis rectæ à natura nobis insitæ, sicut & ciuiliis vir auctariū est iuxta naturā viuētium. Nec alienū est à proposito, quod tunica varia vestitus dicitur. Nā rerum ciuiliū administratio res est multimoda & varia, multas mutationes recipiens, personarum, rerum, causarū, sequestrorū proprietates, locorū item diuersitates & tēporum. Sicut gubernator pro ratione vētorū mutat nauigationis subidia, non vno modo nauē dirigit: & medicus nō vno ad omnes morb

morbos vtitur remedio, ac ne in vno quidē morbo si is variet, sed obseruās intētionē, remissiones, repletiones, vacationes, causarū mutationes, multa ad salutē variat, nūc hoc, nunc illud experiens: sic opinor & reipublicæ moderator debet esse multiformis & multiplex, alius in pace, alius in bello. aliter se paucis aliter multis opponēs aduersariis, cōtra paucos cōstanter agēs, multos verò flectēs persuasionibus. idē vbi periculū publicum postulat ipse rē agēt: ministeria verò quæ labore tantū indigēt cederet aliis. Rectē autē dicitur, vēdi hunc hominē. Nam qui aurā populi captans cōcionaturus locum superiorē ascendit, sicut venalicij, seruus sit ex ingenuo, propter honores quos viderur accipere, addicens se innumeris dñis. Idem à feris circumuentus inducitur, quod huic insidietur immanis bestia vana gloria, corripere ac deuorare tales solita. at emptores eū reuendūt: quoniā nō vnus est dominus tractantium rempub. sed vulgus, aliis post alios dñis succedentibus. Qui autē terriō venduntur, nequā mancipiorum more mutāt dominos, nō ferendo priores propter fastidium vt rerū nostrarum cupidi. De his hactenus. Cæterū adolescens in Aegyptū abductus, & eunucho vt diximus in seruitutē traditus, cum intra paucos dies generositatis & honestatis dedisset specimen, cōseruis est præpositus curator totius familiæ. iā enim herus multis argumētis collegerat, eū nō sine diuina prouidētia singula tum dicere tū facere. Ergo in speciē ab emptore suo domui præfectus est: re vera autē à natura cōciliante illi magnæ gentis ac regionis principatū. oportebat em̄ futurū administratorem reipub. præexerceri in rebus œconomicis, nā & domus est quedā parua ciuitas, & œconomia cōpendiaria respub. sicut etiā ciuitas magna domus est, & politia cōmunis quedā œconomia. Vnde facile discimus eundē esse aptum & dispensationi domesticæ & administrationi publicæ, quāuis hæc multitudine magnitudinēq; differāt, sicut in pictura quoq; ac sictura vsu venit. nā bonus statuarius aut pictor, siue colosseas magnitudines faciat, siue pauca paruaq; opera, eandē artē ostentabit. Cæterū postquā egregiam laudē in dispensatione cōsecutus est, insidias herilis vxoris pertulit infano amore correptę. Capta em̄ adolescētis pulchritudine, & affectu indomito rabida, de stupro eū tērauit repugnantē validē, ac ne audire quidē tale quicquā sustinētem propter innatā sibi & cōtinua meditatione cōfirmatā honestatē atq; temperantiā. Sed vbi crescente in dies flāma cupidinis atq; incesta cōcupiscētia cōtinuē

te atādo semper repulsam passa est mulier, tandē libidinis impatiēs & ad vini versa in adolescētis palliū manus iniecit, magna cōtentione trahēdo illū in thalamū, robur addēte affectione, quæ solet cōfirmare vel debiles. At ille præsenti importunitatē fortiter submouēs, in has liberas & suo genere dignas voces erupit. quid molesta es? Bonis morib⁹ & legib⁹ utimur nos Hebræorū posterī. Aliæ gētes puberibus quatuordecimū annū ætatis egressis permittūt vsum scortorū & fœminarū corpore quæstum facientiū: apud nostrates nulla est meretrix, capitali supplicio proposito talē quæstū exercentibus. Ante legitimam copulam alios cōgressus cum muliere nescimus. casti castis virginibus coniungimur, nō voluptatis, sed liberorū quærendorū gratia. Qui ad hanc diē purus māsi, nō incipiam ab adulterio leges cōtemnere flagitio pessimo, qui etiāsi aliās perperā educatus essem, & obsecutus ætatis affectibus, aut vestrā mutatus lasciuēdi licentiā, tamen nō deberē alieno insidiari matrimonio, quod crimē cui mortaliū nō cade vindicandū videtur? nam de cæteris dissentire soliti, in hāc solā conspirant sententiā, ita ut omnes vbiq; rem capitalē pronunciet, & deprehēsos iniudicatos læso dedant necādos. tu verò quasi res per se parū damnata sit eam tertio scelere cumulas, cogēs me nō tantū ad adulterium, sed & ad thori herilis iniuriam. nisi fortē ideo in vestras ædes veni, ut relictis seruilibus ministeriis inebrier & debaccher in spes domini, coniugiū, familiā, cognationē eius adulterans. atqui nō solū officium ei ut hero, sed & honorē ut benefactori debeo. omnia sua cōmisit meæ fidei nihil excipiēs, nisi te vxorē suā. hanc cene gratiā ut ei referā autor es? Bonā scilicet gratiā dignāmq; illius meritis. herus me ex captiuo & extero sua benignitate libertū & ciuē reddidit tractatū liberaliter: ego verò seruus domino iniuriā, ne captiuo quidē & extero tolerabilem, inferā & qua fronte potero post admissum tantū scelus illū aspicerē? cōscientia carnifex intestina non sinet me oculos in eum erigere, ut nemo prodat alius: sed non deerunt qui prodant. præsto sunt latētes exploratores plurimi, quibus silere nō licet: taceo q̄ etiāsi nemo factū vel sentiat vel enūtiat, ipse meus ero proditor, colore, aspectu, voce, ut modo dixi. detegens cōscientiā. fac nullū delatorē fore, assidentē Deo iustitiā res cunctas inspicentē nec timebimus nec reuerēbimur? Huiusmodi multa ille canebat furdīs auribus, obtundēte omnes sensus improba concupiscētia. id ut animaduertit puer aufugit, relicto

in heræ manibus pallio quod apprehēderat. hinc illa occasione comminiscēda calumniæ rapuit, de vindicta cogitans. reuerso enim è foro marito honestatē & pudicitia incesta simulans, indignabunda dixit: Adduxisti in nostras ædes istū seruū Hebræū puerum, ad eō corruptū iam tua indulgētia, qui pudenda facilitate inexplorato cōmisisti totā familiā, ut adulta audacia ne me quidem iniuriā abstineat. nam cōseruæ nō satis sunt libidini eius nunquā explebili. Nunc me matronā tentare haud veritus, vim adiecit cōtumeliæ. En tibi manifestū insani conatus iudicium. nam cum exclamarem præ indignatione opē domesticorum inuocās, territus hāc vestem reliquit fugiens ne comprehēderetur. Ea vestis prolata fidem adstruxit muliebri calumniæ. herus verū crimen ratus trudit hominē in carcerē, ipse peccans nō simpliciter: primò quia nō facta defendendi se potestate dānuuit in fontem tanquā obnoxium sceleri grauissimo: deinde quia nō animaduertit vestem quā ab adolescente relicta mulier proferebat, esse iudiciū violentiæ, sed muliebris, ipsius verò adolescētis patientiæ. nā si vim tentasset inferre domini, retinisset eius amiculū: nunc reluctās suo pallio spoliatus est. verū huius inscitæ venia fortassē dāda est ei qui degēs in culina inter lanienas & fumos ac cineres, nō poterat vacare causæ cognoscendæ ita ut postulabat ratio, immerfus rebus corporis. Iam tres notas viri ciuilis expressi, pastoralē artem œconomicāmq; & tolerādi scientiā, de quibus dictū est, sed tēperantia nō minus cōfert ad tractandā Remp. hęc enim cū in omni vita salutaris est, tum maximē in negotiis publicis, ut abūdē liquet rē cōsiderare volētibus. quis enim ignorat, gēribus, regionib⁹, magis terrarū tractibus terra mariq; calamitates inflictas ab incontinentia? quandoquidē plurima & maxima bella ob amores, adulteria, muliebrēsq; illecebras conflata sunt, quæ potiorē Græci barbaricq; generis partē absumpserunt, & iuuentutem exhauserunt è tot ciuitatibus. Quòd si ex intemperātia tum seditiones ciuiliū, tum bella & calamitates cumulatē proueniunt, satis apparet è sobrietate tranquillitatē pacēmq; nasci, & possessionem felicitatis integram. Nunc indicandum quid sub his figuris tegatur. Qui hūc de quo differimus emit, eunuchus merito dicitur. Nam emptor hominis ciuilis vulgus re vera eunuchus est, & videtur quidē habere genitalia, sed vi geniriua destituitur: quemadmodum qui suffusos habēt oculos, orbatī sunt eorum efficaciam, non valentes cernere. Quænam igitur similitudo

rudo intercedit inter vulgum & eunuchos? q̄ utriq; steriles sapientia: virtutē tamen approbāt. Cū enim cōfluit promiscua multitudo hominū, loquuntur vt oportet, sed sapiūt contrariū, posthabēdo insinceris legitima, quia studēt existimationi tuēda, verā honestatem negligūt. Hinc quod mireris sequitur, vt eunuchus vxorem habeat. Nam vulgus deditus cōcupiscentia:, sicut vir mulieri, in cuius gratiam dicit facitq; omnia, in cōsiliū clam & propalā hanc adhibēs in rebus minimis æquē ac maximis, rationi verò nusquā obtēperans. Rectē sanē p̄fectus etiā coquorū vocatur. Nam sicut coquus nihil aliud curat, quā inutiles ac superuacaneas ventris voluptates: eodē modo populus dedit se totum oblectamentis auriū, per quæ mēris intētio relaxatur, & nescio quo pacto eneruatur anima. Quid autē inter medicos & coquos intersit, quis nō videt? illi quicquid ad sanitatem cōducit, etiam si ægroto inagrātū videatur, solū magno apparent studio. Hi cōtrā, suauia curant, vtilia negligunt. Ergo medicis similes sunt in ciuitate leges & magistratus legitimi, senatores iudicēsq;, prouidentes communi saluti ac securitati, quibus adulator nō facilē palpatur: cupedinariis autē iuniorū turba est similis. Nam securi de cōmodis, p̄sentem tantū voluptatē venātur. Et sicut impudica mulier, si cōcupiscentia virū ciuilem adamat, sic alloquens: Heus tu, prodi ad vulgum cum quo habitas, obliuiscere morū tuorum, studiorū, dictorum, factorū, in quibus educatus es: mihi obsequere, me cole, age quicquid mihi placet. Nam tetricū, pertinacem, veritatis amicum, rigidum, perpetuō grauem, nunquā flexibilem, solum cōmodum spectantem, securum quid auditoribus placeat, nō fero: sicut nec quorundā calumnias, quæ multæ deferūtur ad vulgum meum maritū, tuum dominū. Hactenus enim abusus libertate videris, immemor te seruire tyrannico domino. Quod si scires, liberos suum negotium, seruos alienū agere, iam doctus esses omissa tua peruicacia me cōcupiscentiā vxorē illius respicere, & omnia meo arbitrato facere, vt & illi charus sis. At verē ciuilis vir nō ignorat quidē penes populū esse potestātē tanquā dominum, se tamen nō seruū profiteretur, sed liberū, & qui suo morem gerat animo. reclamabit igitur: populi fauorē captare, nec didici, nec vnquā volui, sed magistratum mihi cōmissum bona fide gerere, vt bonū p̄curatorē decet aut patrē beneuolū, absq; dolo & mihi semper inuisa simulatione. hāc meā voluntatem approbabo, nihil subtrahens aut cælans furis in morē, sed conscientiam

scientiam tanquā in sole ac luce aperiens. nā lux est veritas. nec me terreat vllū intentatū periculū, ne mors quidē. mori malo quā m̄ simulare. cur enim simulē? Si populus est dominus, ego certē sum ingenuus, patricius, qui cum primis in ciuitatē optimam maximā, hunc inquā mundū adscribi cupio. Cū enim nec muneribus, nec precibus, nec ambitioni, nec arrogātia, nec simulationi, nec luxui, nec timiditati, nec iniustitia, nec vlli affectui vitiōve seruiā, cuius p̄terea timerē dominū? an fortasse hominum? at hi potestātē in corpus meum, nō in me habent. equidē me à potiore mei parte censeo, iuxta quā decreui viuere, parum sollicitus de mortali corpore: quod in cōche morem adhærens mihi, etiā si cōteratur à quopiā, nō ægrē ferā me molestis affectibus eximi, & effugere necessitatē grauissimā. Itaq; si iudicandū erit, iudicabo, nec diuiti propter opes gratificans, nec pauperi propter misericordiam: sed omisso respectu personarū incorruptē pronūciabo, quod iustū apparebit. In senatu etiā autor ero sententiarū reipublicæ conducibiliū, vel si parū iucundæ auditu fuerint, pro cōcione quoq; si dicendū erit, adulationes relinquā allis, cōtentus verbis vtilibus, increpans, admonens, castigans, nō arrogantē insanāmq;, sed sobriā libertatē proferēs. Quod si quis tales castigationes nō amat, reprehendat parētes, tutores, p̄ceptores, & omnes curatores, quia suos liberos, pupillos, discipulos obiurgare nō desinūt, interdū etiā verberāt, nec tamē sauire, sed amāter castigare dicuntur. Indignū enim esset, si cū mea fidei cōmissa sit administratio reipublicæ, in p̄uidēdis cōmoditatibus cederē cuius medicinæ professori. Nā illæ in agroto nullā splēdoris fortunæ rationē habens, nec quod claro genere natus, aut opulētus, deniq; rex aut tyrānus sit, vnū hoc spectat, quomodo seruare queat hominē: & si fortē sectione vitionēve opus videt, secat vtrq; principem suū ac dominū seruus ipse atq; subditus: ego qui nō vnū virum curandū suscepi sed integram ciuitatē laborantē morbis grauioribus, cōtractis ex innatis cōcupiscentiis, quid agere debeo? nū prodita vtilitate publica, illius aut illius aures mulcere adulatione illiberali, & ne seruo quidē decora? Emori p̄stat, quā loqui ad gratiā, dissimulata veritate, & vtilitate neglecta. Vsurpandum est hic illud dictum poëtae tragici:

Accedat ignis, accedat & gladius.

Combure carnem hanc, concrema, repleto te

Meo cruore: nam prius vel sidera

Terram

Terram subibunt, terra vel scandet polum,
Quam mollis à me extorqueatur vox tibi.

Hac tam masculam mentem alienam ab omnibus affectibus voluptate, timore, dolore, concupiscentia, non fert in viro civili dominus populus, sed hominem amicum atque beneuolum pro inimico arripit, nec tam illum, quam seipsum afficit poena grauissima, videlicet incirita, quippe qui non didicit id quod in omni vita utilissimum est, imperata facere, unde imperandi quoque scientia discitur: videamus sequentia, quando de presentis loco satis diximus. Adolescentes ab amatrice apud herum insimulatus criminis quod in ipsam competebat, inauditus in carcere ducitur: ubi tanta virtutis edidit specimina, ut etiam facinorosis illis esset miraculo ad suae calamitatis solatiu credentibus sibi corrigisse hunc hominem, nota est autem custodum crudelitas, quae ingenio feroces magis efferantur assuetudine, indies crescente sequitur, dum nihil boni videtur nec dicunt aut faciunt, sed saeva violentiaque omnia, nam sicut bene compacta corpora exercitatione confirmantur & acquirunt robustam inuictamque habitudinem: sic ferox & immittis natura occupata sui similibus studiis duplo fit durior, inaccessa misericordiae, qui vnus affectus bonus ac humanus est, & quemadmodum qui cum bonis viris habet familiaritatem, ex iucundissimo eorum conuictu in melius proficiunt moribus: sic etiam qui cum malis versantur, affricant sibi eorum vitia, facile enim consuetudo abit in naturae similitudinem, degunt autem carcerum custodes inter plagarios, fures, parietum perfossores, facinorosos, violentos, stupratores, homicidas, adulteros, sacrilegos, a quorum singulis non nihil nequitiae contrahunt, ut ex huiusmodi collatione miscellaneaque temperatura conficiatur vna scelesti malorum colluies. attamen talis homo honestate adolescentis mitigatus, non solum securitatem & otium ei praestitit, sed etiam vinculis omnibus eum praescit, ita ut penes ipsum species nomenque custodis esset, rem autem & officium adolescenti cederet, quod non parum carcere inclusis proderat. iamque locus non tam erat carcer, quam disciplinae meditatorium. Omissis enim tormentis, quibus antea noctu atque interdum cruciari solebant variis malis obruti, admonebantur sermonibus & praeceptis philosophicis, sed maxime ipsius doctoris exemplis utilissimis. Postquam enim suam vitam continentia, ceterisque virtutibus plenam, velut tabulam bene pictam in medio proposuit, conuertit etiam eos qui videbantur insanabiles, affectos inueteratis morbis animi, ita ut iam darent vitam praeteritam, exprimere has voces resipiscentia: Vbi tantum

rum bonum tandiu latuit, a quo pridem aberrauimus. Ecce iam affulgente hoc, tanquam in speculo nostra dedecora videntes, erubescimus. In hoc rerum statu duo eunuchi regis introducti sunt, alter pincernis praefectus, alter pistoribus, accusati damnatique, quod non recte fungerentur suis ministeriis. Hos quoque ille in suam curam accepit, orans Deum ut sibi daret facultatem corrigendi commissos suae fidei. Aliquanto post, cum obiret vinculos, animaduertit hos duos eunuchos cogitabundos mcestiores solito, unde coniectans eis accidisse aliquid, mceroris causam scitabatur. Quibus res ostendentibus ortam ex somniis anxietatem, quod non adesset interpret: Bono animo este, inquit, & narrate. intelligentur Deo volente. Vult autem ille ut res obscurae aperiatur veritatem desiderantibus. Tum prior pincerna. Visus sum, inquit, videre magnam vitem, habentem tres palmites onustos maturis vuis, quasi autumnis tempore. deinde inuitante harum pulchritudine, videbar decerpere, & exprimere in regium poculum, moxque regi offerre mustum meracum. Ioseph post modicum silentium, Felicitatem, inquit, hac visio tibi nuntiat, & restitutionem in pristinum officium. Nam tres palmites tres dies significant, quibus elapsis reminiscetur tui rex, accitotque hinc, dabit veniam: & ut in dignitate confirmeris, offeres domino poculum. Sic illi laetum fuit suum somnium. tum pistorum praepositus interpretationem miratus, quasi & ipse faustum vidisset somnium, quod valde ominosum erat, deceptus bona spe alterius, narrare incipit. Ego quoque somniaui me tria canistra baiulare in capite plena operibus pistoriis: ex his summum continebat ea, quibus rex delectatur ut delicatioribus & elaboratis curiosus: ea videbantur aues in meum caput deuolutes diripere, & deuorare auidem, donec in totum absumpta sunt. Ad haec iuuenis. Vtinam tale somnium non vidisses, aut non enuntiafles: aut si narrandum erat, saltem id fecisses procul a meis auribus ne exaudirem quod non libet. piget enim me esse infelicitatis nuntium, quia compatior miseri, memor communis sortis hominum. Sed quoniam somniorum coniectoris veritas est necessaria, tanquam vatibus & oraculorum interpretibus, nihil celabo, quandoquidem mendacium ubique fugiendum, in sacris consultationibus etiam religio vetat admittere. Tria canistra dies tres significant, quibus elapsis rex in cruce te tolli iubebit, truncatum prius capite: atque ita volucres pascentur tuis carnibus, donec totum absumant. Sic pistor recessit territus, tempus praefinitum expectans, & futura mala iam tum cogitatione praecipiens.

Post

Post triduum natalis regis illuxit, festiuitatē publicā afferens, praesertim aulicis. cumq; epulū praeretur optimatibus, ut fieri solet in hilaritate domestica, rex eunuchos requirens iussit produci e carcere: moxq; confirmavit euētū somniorū praesagiū, iubens alterū in cruce suspēdi absciso capite, alterū in pristina dignitatē restitui. At pincernarū princeps oblitus est eius qui futura praedicēdo praesentē eius calamitatē subleuarat, vel quia nemo ingratus beneficiorū meminit, vel quia Deo visum est, iuuenem nō humana, sed diuina ope ad felicitatē prouehi. Nam post bienniū regi futurus eius regionis status, bonus malūque praemōstratus est diuinitus duobus somniis, quo certior res fieret. Vidit enim septē vaccas emergere in ripam e flumine, pingues valde obesāsq; visu pulcherrimas, & pasci secundū fluuiū. Post eas toridē macilētas, & vix ossibus haerentes, visu turpissimas ascendere, pasciq; cū prioribus. Dein repente meliores deuorati a deterioribus, manēte in saturitatis eadem macie, imō aucta etiā. Tum experrectus, ac mox in somnū relapsus alia visione terretur: qua visus est videre septē spicas triticeas ex vno culmo enatas pari magnitudine, plenas & proceritate pulcherrima. Deinde septē alias exiles ac laquidas enatas in proximo, quae mox impetu facto absumpserunt culmū illū cū suis spicis nitidissimis. Post hanc secundā visionē noctis reliquū insomnis exegit, curis stimulantibus, & animū sollicitū sauciantibus: sub aurorā sophistis accitis, denarrat obuersatas sibi dormiētī species. Cūq; nemo posset verū earū significatū coniecturis allequi, accedens eum pincernarū princeps, inquit, Here, spero me inuenturum qualē cupis hominem. Misisti dudū ob quāsdā noxas me & pistorib⁹ praefectū in carcerē, in quo erat seruus principis coquorū, Hebraeus, genere, ei narrauim⁹ ambo, quae videramus somnia. Ille rem cōiecturis certissimis attrigit, adeo ut euentus in utroq; nostrū eius interpretationi responderit: alter dedit supplicium, mihi tu propitius donasti veniā. Rex his auditis iubet properē acciri iuuenē: ministri attonsum post longā carceris illuuiē, & detractis sordidis pannis elegāter vestitum, ceterisq; nitoribus exolitū, ad regem introducunt: qui primo aspectu iudicans hominē ingenuū & bene natū (elucet enim in ipsa facie notā, non omnibus tamen conspicua, sed solis perspicaces mentis oculos habentibus) Praesagit, inquit, mihi animus, nō semper in obscuro fore quod tegitur somniorū ambagibus, praese fert enim hic iuuenis sapientiam: qui veritatem,

tanquam

tanquā lumen tenebris inferens, aperiet, & sua sciētia nostratiū sophistarum inscitiam abiget. His dictis ordine denarravit utruq; somniū. Tum Ioseph maiestate loquētis nihil territus, tanquā rex subditū, non subditus regē, liberē sed reuerēter allocutus est, dicens: Quae facturus est Deus in hac regione ostēdit tibi. Duae visiones (crede mihi) vnū somnium sunt, geminatum nō temerē, sed ut res fiat credibilior: nā & septē vaccae pingues & septem spicae plenae, septē vbertatis annos significāt: sicut totidem famis annos illae septē macilentae vaccae turpissime, & septem spicae cassae ac maridae. Veniet igitur prius septennium fertilissimū, tota regione quotānis bene rigata stagnante per arua flumine, & cāpis solito maiores prouētus afferentibus. sequetur deinde longē diuersum septēniū, grauē inopiam allaturum & rerū victui necessariū penuriā, nec flumine sed diffundente, nec terra limo eius pinguescēte, ut accolae obliti superioris vbertatis nihil ex eius prouētū reliquum faciant. Haec sunt quae somnia praemonēt: sed mihi numē quiddā suggerit, quod in tantis malis salutē afferre queat, Urbium regionūq; granissimus morbus famēs est, cuius vires oportet frangere, ne nimīū auctus incolas delet. at quomodo succurrendū est huic periculo: e septem annorū fertilitate quod su pererit satietati hominū hoc est quinta pars, reponatur oppidatim vicatimq;, non transportando fruges aliō lōgius sed vbi demeruntur asseruando in vsum eius loci hominū. eas fruges cenleo cū suis manipulis cōdendas, nec trituras, nec purgatas, quatuor de causis. quarum vna est, ne citius vitiētur nudatae suo tegmine. altera ut per singulos annos renouetur pristinae copiae memoria, rusticis triturantibus & fruges euētilantibus. tertia ne iniri possit frumētī numerus dum incertū est quantū spicae manipuliq; cōtineant, ne animus colonos deficiat reputātes quatū absumptū sit, sed securitate nō minus q̄ cibo se sustineāt. spes enim alit cū primis, graue penuriae malū subleuās. quarta causa est, ut & iumentis condatur pabulū. quibus aristae paleaeq; purgamēta frugū proderunt. ea cura cōmittenda est viro prudētī, cordato, probatoq; qui possit sine inuidia reprehensionēq; hoc cōsiliū exequi tāta dexteritate, ut nihil populo de fame futura suboleat. durum est enim iā ante agris animis spē in futurū adimere. quod si quis causam scitabitur, respondendū est, oportere sicut in pace paratur quae belli tēpore futura sunt vsui, sic in copia prospicere inopia. incertū autē esse quādo bellum vel famēs imminet, quid-

gg

ve fur

ve futurū tempus ferat: parandū igitur maturē subsidiū, ne desit cū tēpus postulauerit. Rex audita somniorū interpretatione aptissima, veritati cōgrua. Simūlq; cōsilio, vt apparebat in futurum vtilissimo, familiaribus propriis accitis submissa voce dixit: Num inueniemus talem hominē afflatū diuinitus? Cūmq; videret eis probari hanc sententiā, versus ad iuuenē stantē ait: Propē est quem quari iubes, nō longe quarendus est homo cordatus ac prudens qui exequatur tua monira: tu is es. nec enim sine numine hæc locutus videris. I. præfecturā mei palatij suscipe, simūlq; totius Aegypti procurationē. nec est cur quisquam meam facilitatē accuset, se digniorē iudicans. nā excellētes naturæ non habēt opus ad experimentū longo tēpore, sed incunctanter se rebus ingerūt: & præsens status moras nō patitur, imminēte necessitate cui prospiciendū est. His dictis eum proregem instituit, vel regē potius, relicto sibi solo imperij nomine, potestātē illi cedens & agens quicquid pertinebat ad honorē iuuenis. dat ei regiū anulū signatoriū, vestē augustā, torquē aureā, currum secundū à regio, atq; ita iubet per urbē circūuehi, præcedente præcone & indicatē noui magistratus electionē. nomē quoq; nouū indit ei, quod interpretē significat lingua vernacula: & nuptum dat filiā clarissimi apud Aegyptios viri, qui solis habebat sacerdotiū. id actū est circiter annū eius trigessimū. hi sunt euentus piorum. nam etiam si proclinantur, tamen non corruunt, sed erecti stant firmiter, ne supplantari queant. Quis enim expectasset intra vnā diem ē seruo dominū, ē vincito præstantissimum omnium, ē carcerarij vicario proregē fieri, & regiam inhabitare pro carcere, extrema ignominia versa in honorem maximū. facta sunt tamen hæc, & fient sæpius, quando Deo placuerit: modō subsidat aliqua probitatis scintilla in animo, quam necesse est per occasionem excādescere. Quoniā autem propositum est post rei narrationē figuram etiam explicare, dicemus & de hac quantū opus est, quamuis fortasse ridebit hoc aliquis temerarius. Ego tamen non dissimulanter dico, ciuilem virum vtiq; somniorum esse interpretem, nō quales isti nugatores garruli mercenarij; sophistæ quæstum faciētes ex nocturnis somniorum ludibrijs: sed qui magnum illud somnium commune publicūmq; vigilantium non dormientium exactē intelligat. id somniū, ne quid mentiar, est vita hominū. nam sicut in somniorū visionibus videntes nō videmus, audientes non audimus, gustātes aut tangentes nec gustamus nec tangimus,

gimns, loquentes non loquimur, deambulātes non deambulamus, sed cū videamur vti motibus & habitibus nullo prorsus vtimur, mente inaniter sine vllis veris obiectis pingente sibi simulacra rerum non existentium tanquā existentium: eodem modo etiā vigilantium imaginationes somniis sunt simillimæ. veniunt, abeūt, occurrūt, refugiunt, prius quā cōprehendantur, auolant. Disquirat quisq; apud se, & domi testimoniū inueniet vt ipse taceam; præsertim si quis est ætate prouectior, is fuit aliquādo infans, mox puer, deinde pubens, dein adolecscēs, postea iuuenis, postea vir, postremo senex, sed non simul omnia. nōne infans puero cedit, puer pubenti, pubens adolescenti, adolecscens iuueni, iuuenis viro, vir seni, senectus morti? & fortasse singulæ ætates decedendo præmoriuntur, natura nos paulatim docente nō timere mortē extremā omnium, quando priores facile tulimus, infantia, pueritia, pubertatis, adolescentia, iuuentutis, virilitatis, quæ omnes ætates ante senectutē euauerunt. Quid aliæ res corporis nōne somnia sunt? nōne pulchritudo momentanea penē prius marcescit quā floreat? sanitas incerta infirmitatibus obnoxia? robur morbis expugnabile per occasiones plurimas? sensū integritas humoribus vitiosis facile corrūpitur? Iam quanta sit in rebus externis obscuritas quis nescit: ingētes opes sæpe vna dies abstulit. multi honoratissimi antea, versis rerū vicibus in contēpum venerūt cū ignominia. imperia regū maxima breui tēporis momēto subuersa sunt. fidē meis verbis astruit Dionysius in Corintho, quondā tyrannus Siciliæ, mox pulsus & Corinthum profugus, literator factus, ē tanto principe. attestatur & Cræsus rex Lydia, ditissimus regum qui sperās se deleturū Persarum potentiam, non modō proprium regnū amisit, sed & ipse viuis in potestātē hostium redactus. minimū abfuit quin exureretur. Testant de huiusmodi somniis nō singuli tantū, sed ciuitates, gentes, regiones, Græcia, Barbaria, insularū continētisq; incolæ, Europa, Asia, oriēs, occidēs. nihil enim vsquā permanet sui simile. Aegyptus quondam in multas gētes habuit imperiū, nunc ipsa seruit. Macedones aliquādiu tam potētes fuerunt, vt iura toto orbi redderent: nunc imperatas à dominis pecunias tributi nomine quotannis quæstoribus numerāt. Vbi est illa Ptolemæorum familia. cuius splendor per singulos successores ad extremos terræ marisque terminos emicuit? vbi sunt gētes ciuitatēsq; sui iuris & liberæ? rursus vbi subditorū seruitutes? nōne Persæ Parthis impera-

uerunt? nunc subduntur eis uersa rerū humanarū alea. Quidam fingunt sibi prolixas felicitates, at ha sunt magnorū malorum initia. itaq; dū ad magnorū cōmodorū possessionē properāt, graues miseras inueniunt: & eduerso malū expectādo, in bona fortuita incurrūt. athletæ robore freti ac bona corporis habitudine, dum certā sibi pollicētur victoriā, vel exclusi sunt e certamine, vel victi ab aduersariis. alij ne secūdā quidem palmam sperātes, primā coronā reportauerūt pramiū. quidam æstate soluentes tēpore opportunissimo, fecerunt naufragium, alij hibernis tēpestatibus penē obruti, portū attrigenerunt incolumes. Quidam negotiatores certa lucra sibi proponūt, securi de periculis: alij de damno solliciti, magnū fecerūt operē pretium. tam anceps est fortuna, rebus humanis tanquā in statera pēdentibus, & inæquali pōdere nunc huc nunc illuc vergētibus: tanta offendūtur caligine. Proinde tanquā altū dormientes erram⁹, nō valentes quicquā ratiocinatione vel penetrare vel certo cōprehēdere, quādo cuncta vmbri spectrisq; sunt similia, & sicut cūm pōpæ traducūtur prima quæq; conspectū prætereunt, item in torrētibus fallente visum celeritate vndæ præterfluunt: sic vitæ negota currentia præterlabentiāque vidētur manere. cūm ne momentū quidem maneant, nūquam nō subterfluentia. Interea qui vigilant, quantū ad incertā perceptionē attinet, nihil à dormiētibus differūt seipso fallendo, dum se putāt rerum naturas certo perspicere, quāuis inturbatibus scientiam sensibus per spectaculorū, saporū vaporūmq; illecebras, quibus inescatus animus nō finitur recte inoffensq; per viam publicam progredi. itaq; cōfusis cellis cū humilibus, magnis cum paruis exoritur inæqualitas inducens caliginē atq; vertiginem. Cūm igitur tāta perturbatione obscuritatēq; vita referta sit, oportet interuenire virū ciuilem, & tāquā ductum somnicorū interpretem, diurna somnia visionēsq; hominū qui vigilare sibi videntur, diiudicare cōiecturis verissimilibus, persuasionib⁹ rationi cōsentaneis persuadentē singula: hoc honestū, illud turpe: hoc bonū, malum illud: hoc iustū, iniustū illud, & cætera similiter: hoc prudēter factū, illud fortiter: hoc piē, hoc sanctē, hoc vtiliter: & eduerso hoc factū inutiliter, hoc imprudēter, hoc timide, hoc impiē, hoc profanē, hoc noxiē, hoc ambitiosē. Item, hoc alienum est, ne cōcupiscas, hoc iuū, vtere non abutere. Affluunt opes: impartire. nam diuitiarū pulchritudo est nō in crumenis sed in egenorū auxilio. Pauca possides? caue inuideas diuitib⁹.

Pauper

Pauperem inuidū nemo miserabitur. Honoratus es? caue insolentiam. Humilis cōditionis es? noli despōdere animū. Succedunt tibi omnia ex sentētia? mutationē time. Offendis sapius? bene sperato. nam res humane mutatur in cōtrarium. quando quidem sol, luna, cælum vniuersum, manifestē apertēq; noscūt, quæ perpetuò manēt: eadem, veris definita regulis, ordinatis, aptis, optimē cōgruentibus. At res terrene totæ perturbatæ sunt incongruæ, incompōsitæq; vt propriē dicere liceat, has mersas profundis tenebris illas similes lumini fulgentissimo, vel potius lumen ipsum sincerissimū atq; purissimum. Si quis igitur velit res introspicere, inueniet cælū esse diem sempiternū vmbre ac noctis expertē, quippe illustratū inextinguibilibus purissimisq; splendōribus. Et quātō apud nos sunt potiores vigilantes dormientibus, tāto in mundi vniuersitate cælestia terrestribus, vt quæ insopita vigilāt, propter certas irrequietasq; vires, nunquā frustratas suis effectibus. At terrestria etiā paulisper excitentur, rursus degrauata in somnum recidunt, deficiēte visu animæ: vt errare necesse sit atq; offensare. nā his rebus falsæ opinionones caliginē inferunt, vt vitari nō possint somnia inania. nec quicquā firmiter prehendere liceat. Figuratū est & quod in secundū à regio currū ascendere dicitur, ob causam hāc. qui rempubl. tractat, secundus à rege habetur, cūm nec priuatus sit nec rex, situs in amborū cōfinio, priuato ciue potior, regia potestate inferior, subiectus tanquā regi populo. cui per omnia vult gratificari bona fide ac sedulo. Fertur autem sublimis ceu sella curuli, tum à negotiis tum à multitudine in altum elatus, præsertim cūm parua magnāq; succedūt ex sententia, nemine resstante aut opponēte se, sed vt in nauigatione prospera Deo gubernante omnia salutariter. Anulus à rege datus insigne est fidei magistratum inter & populum regem intercedētis. Cæterum torques aurea, non ad gloriā solum, sed & ad pœnam pertinere videtur. quamdiu enim res ciuiles ei bene procedūt, placet sibi honoratus à ciuibus. cūm autem aduersitas accidit, non volenti, quod damnandū esset, sed fortuito, quod meretur veniā, nihilominus iniecta in torquem manu trahitur, tantū nou increpate suo domino: Hanc torquem donauit tibi, ornamentū in prosperitate, vinculum in aduersitate. Audiui tamen & aliā huius loci expositionē figuratā talē. Regē Aegypti esse nostrū intellectū, principē regionum corporearū particulariū. qui tanquā rex potestate vtatur in adamoto corpore. tribus enim potissimū occu-

gg iij patur

patur negotiis, circa cibos, potus, cupedias: ideo tres habet procuratores, pistorum, pincernarum, coquorumque; principes: quorum alius cibos, alius potus, alius condimenta preparat, omnes autem eunuchi sunt, quia voluptaris amator sterilis est rerum valde necessariorum, sobrietatis, pudoris, continentiae, iustitiae, virtutum omnium. Nullae enim res adeo pugnant inter se, ut virtus & voluptas, propter quam multi negligunt quae sola curanda erant, dantes se concupiscentiis, & sequentes quacunq; illae inuitant. Princeps coquorum nec in carcerem ducitur, nec mulctatur, quia condimenta non sunt admodum necessaria, non tam deliciae, quam voluptatis irritamenta leuia. Reliqui duo misero ventri apparatus faciunt, pistorum pincernarumque; praefecturam gerentes, quandoquidem haec duo maxime cibus potusque; vitam fulciunt: quae ubique sunt in pretio, laudantur eorum procuratores, & si quando cessant in officio, poenam indignationemque; incurrunt. Puniuntur autem non eodem modo, quandoquidem etiam in harum rerum usu est differentia: cibus necessario sumitur, vinum minus utile censetur, nam sine mero viuunt homines contenti fontanis laticibus sitim restringere. Quia obrem princeps pincernarum recipitur in gratiam pristinam, quippe qui peccauit in minoris momenti negotio: cocorum vero princeps non impetrat veniam, usque; ad ultimum supplicium procedente ira, haud secus ac in culpa grauissima, nam ciborum defectum mors sequitur. Quapropter qui hac in re peccauit, lege talionis suspensus necatur, & quod aliis intulit, ipse patitur: quippe qui esurientes & ab ipso pendentes diuturna fame cruciauit. De his quoque; haecenus. At regius vicarius assumpta Aegypti procuratore obibat eius regionis praefecturas & oppida, omnibus nouum magistratum officiose ac hilari- ter excipientibus, quos tum beneficiis, tum comitate sibi deuinciebat, elucete in ipso vultu hominis eximia quadam gratia. Postquam autem euentu somniis respondente aduenit illud prius septennium fertilissimum, quintam partem frugum quotannis exigens per subpraefectos & ministros publicos, ratum comportauit manipulorum numerum, quantum nemo antea collectum meminerat. Nec enim iniri potuit eorum numerus, quamuis plurimi occupati essent in eo negotio, quibus mos est curiose dinumerare talia. Elapso autem vbertatis septennio fames incepit, quae usque crescens & procedens non continuit se Aegypti terminis, sed diffusa per omnes deinceps ciuitates regionesque; quam longum lateque; patet orbis habitabilis, peruenit ad extremos orientis occidentem

cidentisque; populos, fertur nunquam antea sic laboratum malo communi vniuersis gentibus, quale medicorum filij serpiginem nominant: quod omnes partes corporis inuadens ignis more depascitur, quam obrem quaeque; gens per honoratissimos legatos frumentum in Aegyptum petebat, iam enim fama prouidentiam iuuenis praefecti ubique; vulgauerat, qui comestus copiosos seruasset ad futuram penuriam, ille primum aperiri iubet omnia horrea, ut aspectu ipso & spe recrearet animos priusquam succurreretur corporis necessitatibus, deinde institutis annonae curatoribus vendebat frumentum semper; in futurum prospiciens, cuius temporis maiorem quam praesentis rationem habebat. Interea praeter etiam illius, deficientibus paulatim rebus ad victum necessariis, ignorans felicitatem iuuenis, mittit frumentatum decem filios, retento domi natu minimo, qui proregis veterinus frater erat. Illi in Aegyptum profecti fratrem tanquam alienum aduentum, & maiestate stupefacti adorant prisco more hominem, confirmantes euentu somnia, qui venditores suos conspicatus mox omnes agnouit, ipse agnitus a nemine, Deo nondum volente veritatem aperire ob causas quasdam necessarias, quas tum dissimulari fuit satius: is enim aut vultum eius mutauit in augustioris speciem magistratu summo dignam, aut mentes obtuentium hebetauit quod minus cernerent. Ille non ut iuuenis ad ratum principatum euectus, & regi longe potentissimo dignitate proximus, elatus aetate ac potestate de vindictae occasione cogitauit, sed imperauit suis affectibus praemans atque; recedens eos in animo, magno consilio personam infensum assumens, toruo aspectu vocaque; obiurgatoria miseros territis: Heus vos, inquit, nihil pacatum haberis in animo, aliquis ex regis hostibus exploratores vos submisit, cui sceleratam operam polliciti, putastis vos posse fallere: sed non latet me intentatum a se depulsuri, negant se huic culpae affines, qui nec ab hostibus veniant, nec ipsi affecti sint hostiliter, nec induci queant ad tale ministerium, esse enim se natura pacis cupidos, & a tenera aetate legibus parere didicisse sub patre viro sancto religiosaque; qui xij. genuerit filios: sex quibus unum domi mansisse propter aetatem nondum peregrinationi maturam, decem coram ad stare, reliquum sublatum est medio. Haec de seipso loquens audies tanquam de mortuo, quid animi habere potuit? Quamuis enim ne nunc quidem affectum suum protulit, tamen intus vrebatur in pectore, nihilominus pari oris grauitate: Si, inquit, verum dicitis vos explo-
g g iij rator

ratores nō esse, vt certior siā manete hic paulisper, & fratrem minimum vocate per literas. q̄ si patris necessitas vos manere nō sinit. ne grauius ferat diuturnā vestrā absentiam, abite omnes obside hic relicto vno, donec reuertamini cū natu minimo. si secus feceritis, capitale fuerit. Hæc truculētē, vt videbatur, interminatus destitit. illi moesti dābant suā in fratrem sæuitiam dicentes: Nunc veterē iniuriā præsentī calamitate luimus, pœnas à nobis exigente iustitia rerū humanarū prōdæ, quæ scelus ad tempus dissimulatū inclemēter arguit, vt dignū est. quis enim pœna dignos neget? qui fratris innocentis preces immaniter contempimus, quem miserari debuissimus, nocturnas visiones narrātem quasi familiaribus. at nos efferati & crudelissimi nefariū (quod negari nō potest) scelus perpetrāuimus: propter qd̄ & hæc patimur, & tristiora expectamus: qui cū simus penē omnium hominū nobilissimi paternis, auitis, cæterorumq; maiorum virtutibus, cognationem dehonestāuimus admissō probro maximo. Tum grandior natu, qui iam inde à principio cōspirationi sese opposuerat: Actorū, inquit, inutilis est pœnitētia rogabā, supplicabā, ostendēs quā impius esset conatus vester, dehortans ne iræ indulgeretis, cū mihi assentiri debuissetis, maluistis sequi vestrū insanū consiliū. ergo fructū dignū peruicacia tam impia carpiamus, & mercedē accipimus debitā. Inquisitio sit in paratas insidias iuueni, nec homo inquit, sed Deus, aut diuinū ius aut prouidētia. Hæc submissē colloquētes fratres audiebat ille veditus, qui per interpretē cum eis egerat: iamq; impar affectui prorūpentibus lachrymis, ne deprehēderetur auersus est: & postquā delachrymauit, dolore paulū leuato absterſaq; facie reuersus ad eos iubet vinciri fratrem à gradissimo proximū, idq; inspectatibus cæteris omnibus, quasi sibi ex aduerso oppositū. nā inter cōplures secūdo penultimus opponitur, sicut prim⁹ vltimo. Et fortasse maxima pars culpæ in eo fuerat, quasi autore cōspirationis nefariæ, qui cohortē fratrum animauerit, & ad odiū incitauerit. nā si fratri bene clemētēq; consulenti, quo vno minor, cæteris erat gradior, suū adiunxisset suffragium, vix admissum fuisset facinus, præualēte per cōsensum honore ætatis & ordine, præsertim in tanti momēti negotio. nunc maluit à meliore parte ad deteriolem deficere, & in immitē durāmq; sententiam discedere, tanta cōtentione, vt eius ductu hortatūq; sine mora perpetrātū sit impiū facinus. hoc est, cur soli ex omnibus iniecta puto vincula. cæteri iam parabāt se ad reditū: pro

regis

regis iussu impletis per frumētarios omnibus saccis fratrum tamquam hospitū, & reposito pretio in eorū orificiis, nemini tamē super hac re præmonito, insuper auctarij vice additū est quantum redeuntibus in itinere posset sufficere, vt quod cōmerant deportarent integrū absq; vllō detrimento & dispēdio. Ingressi verò iter cum iusto vincti fratris desiderio, nec minus de parte solliciti, ægrè laturo numerosam prole decrescere singulis profectioibus, ac ne credituro quidē de vinculis, sed prætexi morti hoc cōmentum suspicaturō, vt solēt de cætero suspicaces esse qui semel impegerunt, sub vesperā deponūt iumentorum sarcinas, ipsi curas adēdō non deponūt vt præmātur grauius. sic enim vsu venit, vt interquiescēte corpore mens improuisos casus per otium pensitans angatur magnis molestiis. tū aperto vno quopiā sacco reperta est in eius ore crumena plena pecuniis: quibus numeratis inuentū est solidū frumētī pretiū, duntaxat quantū saccus capiebat. qui inuenerat, rē fratribus indicat, stupēs miraculo. hi nō gratiā, sed insidias rati & animo destituebātur & cōsilio: cūmq; vellēt omnes saccos excutere: metu persecutionis inde profecti, penē cōtinuato cursu aliquot dierū iter absoluerūt magno cōpendio. Tum verò alius post aliū ruētes in patris cōplexus, deosculabātur senem præbentē se, quāuis iam prælagietem inexpectatū nescio quid. sensit enim deesse vnū salutatorē, cuius mox tarditatē accusauit, subinde prospectās in viā, & requirens integrū filiorū numerum. sed cū nemo superueniret amplius, videntes eum metu sollicitū sic alloquūtur: In casibus inopinatis, mi pater, leuior est cognitio quā dubitatio. nam recognita potest inueniri ad salutē aditus, hēsitatio nihil expedit. audi nunc valde molestū nuntium, sed auditu necessarium. Frater quem nobiscum misisti ad frumētum emendum, non reuersus viuit tamen: bene habet quod salus eius in tuto est. derinetur autē in Aegypto viuens apud præsidem: qui siue aliorum calumniis, siue suspicioni suæ credulus, pro exploratoribus nos habuit. cūmq; in defensionem nostrā afferemus quod in mentem veniebat ex tempore, narrantes de te reliquisq; fratribus, vno defuncto, altero apud te manente, quē dicebamus propter ætatem teneriorē domi substituisse: atq; ita omnia de tota cognatione nostra proderemus nil dissimulando quo magis suspitio eximeretur homini, nihil profecimus, illo negāte se crediturū nobis, nisi viso fratre nostro natu minimo. eam ob causam seendo genitus retentus est pro obside, dimittēdus quā primū

gg v alter

alter exhibitus fuerit. id imperatū fuit longè molestissimum, sed durior etiā est necessitas præsentis tēporis, cui parere oportet propter victualia, quæ nūc fame pressi sola Aegyptus suppeditat. Tum senex gemitū ducēs ex imo pectore: Quē ergo primum, inquit, deplorabo? penultimū me, non extremū sed primum in calamitatum ordine? an secūdo genitum, qui miseria primo proximus nō prius mortem sensit quā vincula? an natu minimum, cui abomināda profectio suscipiēda est si modò proficiscetur, fratrum infortunio factus nihilo cautior. interim ipse mēbratim pereo, nam parentū partes sunt liberi. modò numerosa felicēq; prole stipatus ad orbitatē recido. tum maxim⁹ natu, En tibi pro vno filio duos obsoles, quos solos genui: in hos ut libet sæuito, ni fratrem meæ fidei cōmittendum incolumen restituo, cuius in Aegyptum profectio duo maxima nobis afferet cōmoda, vnum quod credetur nec hostes nec exploratores nos esse: alterum quod recipiemus fratrem è vinculis. Mcestus pater hærebat, è duobus eadē matre genitis orbus altero, de alteri⁹ profectioe sollicitus, metuens ne impar anxietati ante reditū eius moreretur, memor præteritorū casuū, tum adhibitus est quod inter fratres excellebat animo, autoritate, faciētia, quartus ætatis ordine. is cōmunem sententiā parēti aperuit. ea fuit, quādo quidē deficiebāt necessaria, absumptis quæ priore frumētatione parauerāt, vnā omnes proficisci, non sine fratre natu minimo, nā præfectus regionis disertè interdixerat eis reditu, ni & illū adducerent. id vir sapiēs reputās, tolerabilius esse vnus incertū periculum quā certā tot fratrum perniciē, quæ propter domū fame pressam vitari nō poterat, respōdit: Cedendū est necessitati ut video. Fortasse natura viā munit ad melius aliquid, quod nōdum præuidere mēte sumus idonei. Ite, & minimum quoq; quādo ita videtur assumite. Verū aliter eundū est quā antea. tunc pecunia tantū opus erat ignotis ad emendū frumentū eūtib⁹, & nullā passis iniuriā. nunc adiungēda sunt munera tribus de causis, ad parendā præfecti annonæ gratiā, cui vos innotuisse dicitis: ad fratrem citius redimēdū è vinculis: ad tollēdam quātū fieri potest explorationis suspiciōē. proinde ex omnib⁹ quæ nostra regio fert ceu primitias ferte homini, & duplex pretiū, annumerato quod retulistis proximè. fortassis enim per alicuius ignorantia id accidit. ego faustis precationib⁹ abeūtes psequar cōmendās salutē vestrā seruatori Deo, ut & apud illi⁹ regionis indigenas hospitib⁹ cōciliet gratiā, & vos restituat incolumes

columes in patriā. vnā cum fideicomisso quod parenti debetis, tum alterū priorem relictū in vinculis, tum huncce quem nunc abducitis adolescētulū per ætatē imperitū rerū omnium. Ita cum et cōtenderunt in Aegyptū: Post aliquot dies præfectus regionis cū reuersos vidisset gauisus est supra modū: moxq; iuber dīspensatorē suū parare opiparū epulū, & viros ad salis mensarq; communionē adducere. Introducti adhuc causæ ignari timebant, suspiciōe furti calumniā ob nō reditū frumenti pretium, quod in sacco inuenerāt, & apud dispensatorē excusabāt factū quod nemo accusabat, ut cōscientiæ satisfacerēt, simulq; proferebant pecuniā parati reddere. ille comiter hortabatur, essent bono animo si quid inuenissent Deo propitio, id eis fraudi non fore. neminē eis inuidere dona Dei. nā hūc impluisse in saccos pecuniā, prouidentem non solū fami, sed & inopiæ. Sic cōsolati prompserūt allata munera, quæ mox domino superueniēti obtulerūt, percōtanti deinde, satin salua, & an pater superfit, respōdēt de se nihil, sed patre viuere valerēq; cui bene precat⁹, & matū Dei fauore pronūcians, circūspexit requirēs fratrem vterinū: quo viso iam nō valens affectū reprimere, prius quā eum proderet auersus, cecessit quasi ad aliud negotiū (nondū enim erat aperiēda veritas) & in quodā angulo effudit se in lachrymas. tū ablutus & dolorē rationi subiiciēs, ad hospites epulo excipiendos reuertitur, reddito quē retinuerat obside. adfuerunt & alij cōuiuæ, optimates Aegyptiorū. Tractatio fuit iuxta morē cuiusq; patriæ, quod durū videretur discedere à consuetis moribus, præsertim in cōuiuio, vbi maximè hilaritati prospicitur. Iussi deinde sedere iuxta ætatis ordinē (nondum enim discumbendū mos receptus erat) mirabātur quod Aegyptij non aliter quā Hebrai rationē ætatis haberēt in honorādis hominibus, sic cogitantes: fortasse hic magistratus pro sua prudentia non solū feriis & magnis rebus ad pacis bellique recta munia spectantibus induxit decorum ordinē, verū etiam honestatē in istis leuioribus & penè ludicris, quā Aegyptij hætenus rudiores nesciuerant. nam in conuiuio semota grauitate lætitia quaritur. Interim cibi non valde lauti apponuntur, quod conuiuatoxi non liberet uti deliciis in publica penuria: & hoc ipsum homines prudentes in laudē vertebant, vitari luxum intempestiū & inuidiosum: probantes consiliū memoris quid vel præsentem lætitiā, vel publicum statum deceat, & vtriq; se accommodantis tempori. atq; ita opporpnus & minimè inuidiosus appar

apparatus fuit quod deerat supplebatur hospitali comitate, pinationibus, faustis ominationibus, ad hilaritatē hortationibus, & id genus iucūdis alloquiis, quæ ingenuis ac liberaliter educatis gratiora sunt quàm cibi potusve laurici, nō magnificiēdæ nisi apud istos epulones lūxus ostētatōres. Postera die sub lucem accitū dispensatorem domesticū iubet saccos quotquot allati fuerāt frumento replere, ac rursus in cuiusq; ore pretiū cum crumena reponere: in minimi autem saccū indere argenteum poculū omnium pulcherrimū, ex quo ipse solebat bibere. Hæc iussa ille diligenter exsecutus est, semotis omnib; arbitris & testibus. Discedūt hospites ignari doli, atq; etiā lati insperatis successibus, expectauerant em̄ subituros se interceptæ furto pecuniæ calūniam, nec recepturos fratrem obsidem, fortasse ne minimū quidem fratrum, vi detentū ab eo qui tã accuratē illum adduci iusserat. at illis omnia supra votū euenerant, nō solum nullā passis calūniam, verū etiā ad salē mēsamq; quod præcipuū habetur pignus amicitia, adhibitis: receptus est & frater illi usus, idq; absq; vlllo deprecatore: alter natu minimus reducebatur ad parentē incolumis: suspiciōne explorationis euaserant, reuertebatur onusti cōmeatibus, bonā spē & in futurū cōceperāt, etiā si sæpius reditura esset penuria, pollicentes sibi securū iter, nō trepidū vt antē, sed lertum, vt ad familiarē & hospitem regionis eius summū magistratū. Sic affectis & sic cogitatibus repetitus inexpectatusq; pauor ingruit. Missus dispensator cum cohorte domestica, vt maneāt manu significat, ipse cursum accelerat. mox anhelus: Cōfirmastis, inquit, & priora crimina, pro gratia referēdo bene meritis iniuriā, reuersi ad pristina maleficia. recepto per furtum frumenti pretio maius addidistis facinus, imouitate auge'te, vt sit, malitiā. poculum herile pulcherrimū preciosissimūq; ex quo vobis præbabit. surripuistis homines grati pacatq; qui ne nomē quidem nostis exploratorū, qui duplicatū attulistis frumenti precii, nimirum v. tali esca obiecta ex insidiis, maiorem prædam auferretis. sed nō semper felix est malitia, interdum cum maximè se celat deprehēditur. Ad hæc cū illi præstupore ne mutirent quidē, repetē oppressi dolore metūq; duobus malis grauisimis, hærebāt verba in faucibus, vt solent inopinati casus vocē adimere. Tandem ne viderētur silentio fateri cōscientiam. Quomodo, inquit, causam dicemus, aut apud quē? nam tu cōtra nos exististi & iudex & accusator, qui etiam ab aliis
accusar

accusatis nobis patrocinari debueras, quales sumus expertus. Certē pecuniā prius in saccis inuentā, nemine arguente vt redderemus, retulimus. num sic mutati sumus, vt hospiti per furtū damnū daremus pro gratia? nec factū est hoc, & absit vt vnquā vlli nostrū in mentē veniat. Quod si apud aliquē e fratribus poculū deprehēsum fuerit, is luat capite. si verē admissum est facinus, ipsi capitale iudicamus ob causam nō simplicē, primū, quia cōcupiscere aliena est iniquissimū, tum quia nefariū ducimus velle nocere bene meritis. tertio, quia genus deductū ab illustribus maioribus ignominiosis factis dehonestare probum est turpissimū. quibus criminibus si quis nostrū est obnoxius, pereat dignus nō vno supplicio. & cū dicto iumēra sarcinis exonerāt, vltro ad scrutandū inuitādo. Dispensator nō ignarus latere id in facto natu minimi, quō ipse clam abdiderat, tamē arte rē tegebat, initiū à maximo natu faciēs, & inquisitionē secundū ætates persequēs, nemine tergiuersante, singulis iuuatibus, donec ventū est ad minimū, apud quem reperiū est quod querebatur, magno fratrum gemitu: qui scissis vestibibus præmaturo luctu cōplorabant fratrem viuētē etiā tunc, nec minus suā vicē & patris miseri, præfagiorū eius memores, propter quæ fratrem cunctanter & inuitus cōmiserat itineri comitē. mœsti deinde turbatūq; retro in urbē redeūt eo casu attoniti, nō tam fratris cupiditatē suspectā habētes, quā externas insidias. Tum ad regionis præfectū adducti, verē fraternā pietatem proferūt. accidenres enim vniuersi ad illius genua, quasi omnes furti cōiuncti, miserabile dictu diffuebāt lachrymis, supplicabāt, se ipsos offerebant, pollicētes seruitutem voluntariā, illum herum appellando se externa mācipia, empti pretio, à nullis abstinendo seruilibus nominibus qui magis etiā eos tentando, seuerē admodū respondit: Absit vt ob vnius culpā in tam multos sauiā, aut durius aliquid statuā. Quid opus est pœnas ab insontibus exigere? qui solus peccauit, solus puniatur. Audio iam antē à vobis prædamnatū quicumq; deprehensus fuerit. ego tamē æquitatis respectu mitigabo pœnam remisso supplicio in seruitutē eum vindicans. Hac comminatione perculsis cæteris, & exanimatis calumnia, quartus ætatis ordipe, vir audax, & saluo pudore factus liberē: Precor, inquit, herē, ne ita indulgeas, ne ve fretus potestate regia proxima, cōtra inauditōs indefensosq; feras sententiam. Cū primū huc venimus, percōtanti tibi de patre fratremq;, respondimus patre consensisse nō tam ætate grauatam
quām

quàm multis infortuniis, quibus more athletarum exercitatum, vitam exegisse in perpetuis miseris atque laboribus. fratrem adhuc puerum, patri valde charum esse, prolem ferocinam, & e duobus eadem matre prognatis superstitem. eum domi relictum solum, maiorem eius germanum violenta morte sublatum. cumque iussiles eum huc adduci, malum minatus nisi faceremus, ac ne reditum quidem ad te permittens, nocte discessimus: & reuerſi domum rem totam patri narrauimus. Ille diu reluctatus, quod vehementer puero meueret, tandem cogente penuria nobis redire ad frumentationem sine minimo fratre propter tuas minas non audentibus, agere perſuaſus hunc unam misit valde inſulans quod indicassem nos habere fratrem alium. & sorte suam miseram quod diſiungeretur a puero charissimo. est enim pro aetate imperitus rerum omnium, non exterrarum tantum, sed & domesticarum patriarumque. ad sic affectum parentem quomodo reuertemur? hoc non reducto quibus eum intuebimur oculis? misera morte morietur, vel hoc solo audito quod puer non reuertitur. nos homicida patricidamque; audiemus ab inimicis infortunio nostro insultantibus? maxima criminis pars eius in me recidet. multa enim patri sum pollicitus ut pateret abire puerum, vltro pignus offerendo, quod suo iure quoadcunq; libuerit, posset a me repetere. quod nisi tu propitiussimas, reddere qui poteris? Miserere senis obsecro, reputas quam impotenter hanc calamitatem laturus sit, non recepto quem nobis inconsultem commisit filio. tu tamen pro iniuria quam videris accepisse, penas sumito. eni me vicarium. ex hac die seruorum tuorum numero adſcribito, libenter censebor inter tuos nouitios, modo puerum digneris dimittere. id non tam puero dabitur, si condonabitur, quam leui absentem, subleuando tot anxietatibus, atque adeo ipsi parenti omnium. ad tuam enim dexteram ceu ad aram, utinam non frustra, confugimus. Miserere senis per totam aetatem exerciti honestis laboribus: qui totius Syriæ ciuitates in venerationem suam conuertit, quamuis alio ritu viuens & aliis legibus, longe diuersis ab indigenarum moribus. Sed vicit vitam honestas, & perpetuus dictorum factorumque consensus, ut etiam a suis institutis alienos ad beneuolentiam flexerit. ei sic gratificaberis, ut nihil possit contingere gratius. quid enim potest esse gratius, quam deploratum recipere? Verum hanc omnia tentamenta erant, quemadmodum & priora, regionis praefecto, explorante horum erga fratrem suum veterinum beneuolentiam. Verebatur enim ne quod odium inter eos intercederet nouercale: ut solum in familiis prognatis e matribus diuersis, honore inter se paribus

ribus. ideo tanquam exploratores inſulabat, ſciſcitando quomati eſſent genere, ut per eam occaſionem de germano cognosceret, num ſupereſſet, an periſſet inſidiis. Nec dimiſit niſi obſide retento, donec adduceretur quem deſiderabat maxime, ut liberaretur a moleſta ſollicitudine. quo in conſpectum adducto, non nihil cura leuatus, omnes ad hoſpitalem menſam adhibuit, germanum honorans potioribus partibus, interim obſeruans vultus ſingulorum, ex his iudicaturus num qua ſubelleſt inuidia. cumque vidiffet omnes gaudere & fauere honori pueri, non contentus duobus argumentis fraternae erga illum beneuolentiae, tertium experimentum commentus eſt, intetato furti crimine. nam inde certiffime conicere poterat de cuiusque animo erga fratrem petitem calumnia. atque ita certo perſuaſus maternam familiam non impugnari ſeditione domeſtica, probabiliter de ſuo caſu ratiocinatus eſt, id accidiffe non tam fratrum perfidia, quam prouidentia Dei proſpicietis in futurum, & imminetia non minus cernentis quam praefentia. tum ad reconciliationem verſus ac foedera, ſuccumbens charitati domeſticae, ne fratribus propter veterem iniuriam obueneret aliquod dedecus, noluit agnitioni primae intereſſe quenquam Aegyptium: ſed ſemoto vniuerſo famulatio, repetere profuſis tanquam e fonte lachrymis, dextra ut propius accederent innuit, ne vel fortuito verba eius exaudire poſſet quiſquam alius. tum ſic eos allocutus eſt: Rem longo tempore teſta & obliuioni mandata ut putatis, nunc reuelaturus, ſolus ſolos appello. Fratrem quem in Aegyptum vendidiffis, meipſum praefentem nunc cernitis. Ego ſum. Hac inſperata voce percuſſis perterritisque, & tanquam praegraui onere vultus ad terram demittentibus, ac ſine voce ſtupentibus: Nolite triftari, inquit, obliuionem omnium in patratum polliceor: nullo vobis deprecatore opus eſt: mea ſponte in gratiam vos recipio, duabus de cauſis, propter pietatem erga patrem cui plurimum debeo, & propter innatam humanitatem, qua omnes praefertim ſanguine coniunctos complector. caeterum hunc caſum non vobis imputo ſed Deo, qui me ſuorum beneficiorum difficiliffimis temporibus humano generi exhibendorum miniſtrum executorumque eſſe voluit: id verum eſſe his que videtis credite. Totius Aegypti procuratio mihi commiſſa eſt: rex honorem mihi habet eximium, & ut parentem veneratur quamuis aetate ſenior. color obſeruorque; non tantum ab indigenis, verum etiam a plurimis gentibus vel prouincialibus vel liberis. nam omnes opus habent meo ſubſidio propter inopiam. argentum aurumque

rumq; & quod his maius est, cōmeatus apud me solū reponuntur, distribuendi in singulos quantū cuiq; ad necessariū vsum satis est, vt nec ad delicias superit quicquā, nec desit ad satietatem. Quod nō iactāter dico, sed vt intelligatis neminem mortalem potuisse seruo tantā cōferre felicitatē, & quidem detruso in carcerē, nam & vinctus fui quondam passus calumniā. Deus extremā calamitatē miseriamq; in summā felicitatē vertit, q̄ solus est omnipotēs, id cū mihi sit persuasissimum nō est cur timeatis, deponite omnē sollicitudinē, letitiā recipite: nūc prope- randum est vobis ad patrē, vt à vobis potius q̄ à fama accipiat lætum de me inuento nuntiū: solet enim illa præcurrere. Tum fratres certatim collaudabāt hominē, alio aliam virtutē depre- dicante, clementiā, charitatē, prudentiā, pietatem verò omnes vno ore laudabāt, felicem euentū ad Deum autorē referētis, & pristinos casus ferentis æquo animo: nec minus mirabātur in- signem eius modestiā ac patientiā, qui neq; seruiēs malè locutus est de fratribus vt perfidis vëditoribus, neq; in carcerē trusus præ dolore vllū secretū effudit, neq; tam lōgo tēpore inter vin- ctos degēs, vt miseri solent, suū detexit infortunū, tanquā igna- rus omiū suorū casuum: ac ne tum quidē cum vel eunuchis vel regi interpretaretur somnia, occasionem arripiēs suā ingenui- tatem aperuit, imò nec cū vicariā regis potestatē accepit Aegy- pto vniuersæ præfectus, vt saltē obscuritatis opinionē aboleret docens se natū honesto genere, nō vernā, sed insidiis quorū mi- nimè oportuit deuolutū in graues erumnas ac misérias, ad has laudes accedebat etiā æquitatis eius mentio, dexteritatisq; in obeūdis muniis publicis, cōferentes enim eum cū vulgata ma- gistratum aliorū tam arrogātia q̄ imperitiā, mirabantur ostē- tationis pōparūmq; contēptum in viro tam egregio: & q̄ alie- nus ab omni maleficio tragico, quāuis potuerit mox in prima profectioe agnitos opprimere, aut certē fame pereūtibus fru- mētum nō præbere, adeo pœnā ab eis abstinuit, vt tanquā bene- meritis daret munera, redito pretio. In tantū enim perfidia pa- tratūmq; scelus latuit, vt optimates Aegypti præfecto gratula- rentur frat rū præsentiam, quasi tum primū venissent, quibus hospitaliter exceptis, rem indicarūt suo regi properē, ita vt o- mnia plena essent gratulationibus & lætitiā publica, nō aliter quā si felici prouentu frugū fames mutata esset in abundan- tiam: Rex cognito patrē eius adhuc esse superstitē, & numero- sam familiam, hortatus est vt vniuersi cōmigrarēt, vberimam

Aegyp

Aegypti partē eis se donaturū pollicitus. moxq; multa carpēta & plaustra cū iumētis ad subuectionē donat fratribus, & hone- stum famuliciū, vt patrē securē deducerēt, illi verò ad eū reuer- si, & narrantes incredibilē insperatāmq; felicitatē, nō valde se- nem mouebāt, nō q̄ dubitaret de fide testiū, sed propter rei ma- gnitudinē assensum suspēdebat, tandē cōspecto apparatu copio- so, nō discrepāte ab his quæ nuntiabātur, cōfirmatus laudabat Deū, qui suppleuisset quod in familia desideratū fuerat, sed hoc gaudiū metu sollicitabatur, ne desererentur mores patrij, norat enim iuuetutis lubricū, & apud exteros, peccādi licentiā, præ- fertim Aegyptiis circa verū Deum cæcutiētibus, & cæcas creatu- ras cōsecrantibus atq; colentibus, sciebat etiam honores diui- tiāsq; insidiari parū cautis mentibus, ideo metuebar filio, quod solus semotus à paterna familia videbatur egere castigatore, qui ad virtutē reuocās non sineret eum corrūpi tot prosperita- tibus. Hæc cogitantē videns qui solus inuisibilem animam in- trospicit, miseratus dormienti in somnis apparuit. Ne dubites, inquit, in Aegyptū proficisci: ipse itineris dux ero, securā tutāq; facturus omnia, restitūā tibi & desideratissimū filium, qui iam aliquot annis deploratus pro mortuo, non solū viuit, sed & ma- ximæ regioni præfectus est, sic senex bona spe plenus, mane læ- tus se dedit in viam. Hoc audito filius (nam speculatores nun- tiōsq; in itinere disposuerat) propinquāti circa regni fines oc- currit obuiam, cūmq; cōuenissent circa Heroopolim vt vocant, effuderūt se in cōplexus mutuos, vbertim vestes rigādo lachry- mis, atq; ita hærentes aliquātisper explebāt diutinū desiderū, & tandem vnā contenderunt ad regiam. Ibi rex conspicatus ve- nerandam senis faciem, non vt præfecti, sed vt suū patrem exce- pit honorificē: dein post solennia humanitatis officia, donauit ei agrū vbertatis præcipuæ: & quia huius filios audierat esse pe- cuarios, facultatēsq; illorū cōstare pecoribus, cōmisit eorū curę proprios greges ouīū caprarūmq; cum armētis regiis. Iuuenis autem tanta fide vsus in administrandis negotiis publicis, vt cū ratio temporū plurimas occasiones ei præbuisset ad con- gerendam pecuniā, potuissetq; facilè ditissimus sui seculi eua- dere, adulterinis diuitiis veras prætulerit, & cæcis perspicaces, totum argentū auīūq; è frumēti pretio collectum referens in thesauros regios, ne drachma quidē subtraheretur, cōtentus donis quibus rex eum remunerabatur, nec aliter quā Aegyptū cæte- rasq; regni eius prouincias, externas quoq; gentes fame pressas

h h

hic

hic vir nunquam satis laudatus curavit, paterna providentia distribuens alimenta, futuris etiã necessitatibus prospiciens, nõ solum presentibus. nam ineunte anno egestatis septimo, accitis agricolis (iam enim vbertatis spes affulgebat) dedit hordeũ & triticũ ad sementẽ, diligenter cauens ne quis hac in aliũ vsum verteret, appositis custodiis ex optimatib⁹, qui rationẽ obseruarent. Post aliquot autẽ annos à finita fame defuncto patre, fratres nondũ à suspitione in totũ liberi. veriti ne ille vlcisceretur iniuriam veterẽ, denuo cũ vxoribus ac liberis simplices petierunt veniã. Qui lachrymãs respõdit: Iam tẽpus ipsum hãc sollicitudinẽ exemisse vobis debuera, nisi molesta esset cõscientia. Obitus cõmunis patris renouat vobis metũ veterẽ, quasi ad tẽpus data venia, nequid ille contristaretur, Verũ ego non mutor tempore, nec vnquã violabo pacẽ semel redditã fratribus. non distuli vindictã in tempus opportunius, sed cõdonavi pœnam in solidum, partim in honorẽ patris, ne quid mentiar, partim propter fraternã necessitudinem. quãuis etiam si patris solius respectus apud me valuisset in hoc humanitatis officio, par est vt etiã illo defuncto valeat. nam mea sententiã nemo bonus moritur, sed viuet in sempiternũ expers senij, propter immortalẽ naturam animæ solutæ corporis necessitatibus. Cur autẽ geniti patris tantũ meministis? habemus aliũ ingentũ, immortalẽ, æternũ, inspectore auditorẽq; omniũ etiam quæ sunt per silentium, introsipientẽ intimos secessus animi. eum ego testẽ inuoco meæ conscientia, q̃ bona fide vobiscũ in gratiã rediui, nam ego (absit dicto inuidia) Dei sum, qui in vestrũ bonũ venit mal a consilia. Deponite metũ, post hac meliore cõditione apud me futuri quã ante parẽtis obitum. ita cõfirmatis fratribus, facta cõuenientia dictis addit, nihil omittens quod pertineret ad eorũ comoda. Insequitis autem felicioribus tẽporibus, & regione restituta in abundantiam pristinã cum magna incolarum læritia, honorabatur ab omnibus, gratiã referentibus pro acceptis beneficiis in difficultate superiorum temporum. fama quoque apud exterarum ciuitates celebrat hominis virtutes inclytas. Vixit annos decẽ supra centũ in senectute defunctus prospera, formosus admodum & prudens facundusq; testatur de eius corporis pulchritudine amor qui mulierẽ ad egit ad insaniam: de prudentia verò æquanimitas perpetua in tantis circa fortunam eius mutationibus, illo casus omnes bene vertente, & coaptante quæ vix coaptari posse videbantur. quantũ autem ratione

ne orationeq; polleret declarauit & somniorum interpretatio, & in fortuna varia semper sui similis constansq; facundia, ad persuadendũ efficacissima, vt omnes volentes libentesq; nõ coacti iussa facerent. Ex hac ætate decem & septem annos vsq; ad exitum adolescentiæ vixit in paternis ædibus: tredecim sequentibus improuisos casus pertulit, insidiis petitus, venditus seruiẽs, calumnias ferens & vincula: reliquos octuaginta exegit in principatu summãq; prosperitate, famis vbertatisq; præses ac dispensator optimus, egregiẽ prospiciens vtriq; tẽpori.

PHILONIS IVDÆI, Quòd à Deo mittãtur somnia.



VPERIORE tractatu diximus de priore somniorum diuinitus missorũ specie, quãdo celeste numẽ vltro per somnum visiones immittit. in hoc, quantũ poterimus, dicem⁹ de posteriore, quãdo nostra mens vnã cum vniuersali mota, videtur per seipsam diuinare, præfagireq; quid ferãt futura tẽpora. Huius generis primũ somnium occurrit in sacris voluminib⁹ de illa caelesti scala, quod sic describitur. Viditq; somniũ. Iacob, & ecce scala stans super terrã, cuius caput pertingebat ad calũ: & angeli Dei ascendebãt descendebãtq; per eũ. & ecce scala stãt super terrã, & dominus innixus ei, & dixit: Ego sũ Deus Abrahã, patris tui, & Deus Isaac, noli timere. Terrã in qua dormis tibi dabo & semini tuo, eritq; semẽ tuũ quasi puluis terræ. & multiplicabitur ad mare, ad austrum, ad septentriones, ad orientẽ, & benedicẽtur in te tuõq; femine cunctarum tribus terrę. Et ecce ego ero custos tuus quocũque perrexeris, & reducam te in terram hanc: quia non deserã te, donec fecero omnia quæ dixi tibi. Verũ hæc visio postulat vt repetamus rẽ altius, quo factõ fortasse facilius quid significet, intelligere poterimus. Quæ sunt igitur quæ præcedũt? Digressus, inquit, Iacob à puteo iuramẽti, profect⁹ est in Charras. cũmq; venisset ad quendã locum, volebat ibi requiescere, quia sol occiderat. & sumpsit de lapidib⁹ ibi iacentibus quos supponeret capiti, dormiuitq; in illo loco. Deinde subiũgitur statim hoc somniũ. Occurrũt igitur mox in principio tres quæstiones:

h h ij prima

prima, quis sit ille iuramenti puteus, cūve sic nominatus: secunda, quæ ciuitas sit Charra, & cur ad eam ventū sit mox post discessum à prædicto puteo: tertia, quis nā sit locus ille, & cur postquam eum Iacob attigit, occidēre sole decumbit. Cōsideremus primā. Mihi videtur hic puteus significare scientiā, quæ suapte natura in profundo sita est nō in superficie: nec in propatulo solet esse, sed in abdito: nec facile, sed vix multo labore inuenitur: id quod videmus non solū in magnas obscurasq; cōtemplationes habentibus, verū etiam in vilissimis. Elige quancūq; libet artem, non eximiā, inquam, sed omniū obscurissimā, quam nemo liber in vrbe educatus sponte exerceret, ruri verō vix seruus coactus à duro morosoq; domino multa facere præter sententiam. Inuenies hanc quoq; multiplicē, variā, querulā, difficilem, aduersā pigritiæ, secordiæ, negligētiæ, plenā studio curāq; & laboribus ac sudoribus. Quin & aquam in hoc puteo fossiores inuentam negant: quoniā siues scientiarum non solū difficiles inuentu sunt, verū etiam nunquā inueniuntur. Verū ideo alius alio doctior est in grāmatica geometriāve, quia profectus & incrementa nō possunt circūscribi certis terminis. Semper enim plura quā discūtur, supersunt: vt etiā is qui se putat attigisse finem sciētiæ, semiperfectus habeatur sub alio iudice, quod si subeundum sit ipsius veritatis iudiciū, adhuc circa principia hæere videbitur. Breuis enim vita, vt quidam inquit, at longa: cuius amplitudinē is optimē cognoscit, qui in eā descendit profundius tanquā puteum fodiēs: qualis quidā iam canus, decrepitis, capulatis senex illachrymasse fertur, nō ob ignauitā metūve mortis, sed sciētiæ desiderio, quasi tum primū eam adiret, quando relinquenda erat. Viget enim semper ad sciētiās anima, cū vires corporis longa arate marcescāt & langueāt. ergo prius quā ad quandā ceu pubertatem exquisitoris doctrinæ perueniatur, periculosus lapsus est. est autem id cōmune omnium studioforum, quibus aliæ post alias contemplationes suboriuntur, multas ex se pariente anima, modo nō sit sterilis, multas natura vltro ingerere non obtulis mentibus. hic est igitur ille scientiæ puteus fundo finēq; carens sicut ostendimus cur autē iuramenti nominetur, iam dicemus. adhibito iure iurando quod ambiguum erat decernitur, quod incertum confirmatur, quod fidē nō inueniebat, creditur. vnde illud colligitur: nihil certius affirmari, quā sapientiā carere sine ac termino, itaq; vel iniurato id credere debemus: quod si quis est parū credulus.

dulus, saltē iurato assentietur. nec est cur quis detrectet iurandum huiusmodi, cū sciat q̄ qui rectē iurat inscribitur in tabulas. De his hactenus. proximū fuerit cōsiderare, cur quatuor effosis puteis per Abrahami & Isaaci domesticos, quarto eisdēq; vltimo iuramenti nomen est inditū. An illud fortē subindicare vult, q̄ cū omnino quatuor elemēta sint ex quibus constat hic mundus, & in nobis ipsīs totidem, ex quibus formati sumus in humanam speciem: tria possunt intellectu percipi, quartum verò est incomprehensibile omniū iudicio. quādoquidē in mundo insunt hæc quatuor, terra, aqua, aēr, cælū: ex quibus cætera, tamētī difficile, sunt tamen scrutabilia. nam de terra, esse hanc corpus graue, cōpactum, solidū in montana campestriāq; diuisum, diremptū mari ac fluminibus, partim cōinenti attributū, partim insulis: item alibi esse tenuē, alibi profundos sulcos admittere: alibi asperam, saxosam, sterilē, alibi planam, mollem, fertilissimā: & alia præterea plurima nouimus. inidē de aqua, habere hāc quadā ex his quæ diximus, cū terra cōmunia, quadā proptia, est enim partim dulcis, partim salsa, partim fontana in varias discreta proprietates, alia potabilis, alia nō, alia potabilis sed nō omnibus, his noxia non illis, & ediuersō. item alia frigida naturaliter, alia calida. sunt enim multi passim fontes manātes aquis feruidis, non solū in terra, sed & in mari. certē deprehenduntur tales venæ scatentes in mari mediō, quas per tot secula fluctus inundātes non potuerunt extinguere, imò neque diluere. De aère quoq; habere hunc naturā tractilē, facile cedentem corporibus quibus circūfunditur, instrumentū vitæ, respirationis, visus, auditus, cæterorū sensuum: capacem densitatis raritatisq; tum quietis & motū, variabilē ac mutabilem, autorem æstiuorum, hyemaliū, autumnaliū, veruorumq; temporum, quæ anni absoluunt circulū. hæc certe sentimus omnia. Cælum verò naturā habet incōprehensibilem, nec vlla eius notitia certa demanat ad nos. Quid enim possumus de hoc pronūtiare: esse concretam glaciem, vt quibusdam placuit, an ignem purissimū, an quintū quoddam corpus in orbem mobile, nulli affine ex elementis quatuor? Quid illa extrema sphaera fixorū siderum, habētne soliditatem, an superficiem tantū sine altitudine, figuris in plano pictis similis? Quid stellæ ipsæ, suntne terræ mores ignitæ? nam quidam aiūt eas colles saltusq; ignitos, ipsi digni piltrino & carcere, vbi hæc instrumēta sunt torquendis impiis istorum similibus an fortē sunt densi quidā ætheris

glomi nō dissimiles: sed animati ne ac rationales, an ratione simul carentes & animati? voluntariōsne an necessitate coactos mot⁹ habēt? Quid luna? natiuōne an mutatio lucet lumine? suis radiis micans, an illustrata solaribus? an horū neutrū est, sed quiddam mixtum ex utroq; igne tum alieno tum proprio? nam hæc & huiusmodi omnia in præcipuo mūdi corpore quarto, id est cælo, incerta incomprehensibiliq; cōiecturis verisimilibus magis quā certis verisq; rationibus nituntur, vt iurare fas sit, neminem mortale posse vnquam quicquā horum certo percipere. Hæc est causa cur puteus quartus aridus Iuramentū nominatur, q̄ quarti huius mundi elemētis, cæli videlicet, inquisitio insuauis est & inperspicua. Videamus amplius quomodo & in nobis illud quartū præ cæteris est incōprehensibile. quatuor sunt in nobis præcipua, corpus, sensus, mens & ratio. horū tria nō sunt in totū obscura, sed habent quædā indicia in seipsis per quæ cōprehendantur. Dicā apertius. Corpus tres dimensiones, sex motus, habere scimus: dimēiones in longitudinē, altitudinem, latitudinē: motus verò duplos sex, sursum deorsum, dextrorsum sinistrorsum, ante retrōq; idē animæ conceptaculū esse nō ignoramus, atq; etiam florescere, deflorescere, senescere, interire, dissoluiq; in suas origines, ne sensuū quidem obscurā habemus notitiā, possumus dicere quinquēfariā eos diuidi, habere sua quemq; instrumēta naturæ opificio, visum oculos, auditum aures, nares odoratū, & cæteros pariter: hos menti nuntiare de colorū, figurarum, vocum, vaporū saporūmq; proprietatibus, & in vniuersum de corporibus eorūmq; qualitatibus, eosdem esse animæ apparitores, ad quā quicquid vidēt audiūtve, deferunt: & si quid extrinsecus imminet noxium, præuident præcauentq;, ne quod improuisum & immedicabile malum dominæ obrepat, similiter de voce nostrū est iudicium, aliam esse acutam, grauem aliam, & quantum à concinna inconcinna discrepet, ab exiliore grandior, déq; aliis plurimis discrimini-bus generum, colorum, distantiarum, coniuictorum disuncto-rūmq; de diatessaron diapentē diapason symphonis, atque etiam de articulata voce, quam solus homo sortitus est, quædam nouimus: à mente hanc proficisci, in ore articulari, linguæ plectro absolui, atq; ita expressam sermonem iam non nudam vocem informemq; fieri, eum mētis esse interpretem. At quartum illud principatum obtinens num est cōprehensibile? Minimè gentium. Quid enim putamus eius essentiam, spiritum
an corp

an corpus, an sanguinem? Corpus dici nō debet, cū sit incorporeum. Quid igitur dicemus, terminū an speciē, an numerū, an anelechiā, an harmoniā, an quid aliud? innasciturne an infunditur, an à circūfuso aëre ipsa suapte natura calida, tāquā ferrum in officina ignitū, & in frigidammersum, tēperatur solidaturq; vnde Græcū nomen $\psi\chi\eta$ $\omega\alpha\rho\alpha$ $\tau\eta\mu$ $\psi\psi\gamma\mu$. Quid in morte, extinguiturne cū corporibus & interit, an aliquādiu superest, an immortalitate fruitur? mens verò vbi habet conceptaculū? habētne aliquod domiciliū? nam quidā caput ceu arcē nostri corporis dedicāt, in quo sensus excubant, æquū censentes circa magnū regē stationē habere satellitiū, qui verò circa cordelubrū ei tribuūt, ne ipsi quidē inter se cōsentiūt. En quartum incomprehensibile, cælū in mūdo solū ex elemētis reliquis, mentem in homine cū cætera intelligatur in eo, corpus, sensus, & oratio. Quid si & quartus annus sanctus laudabilisq; ob easdē causas in sacris literis dicitur? nā in rebus creatis cælū in mundo sanctū est, in quo immortales sempiternæq; naturæ obambulant: in homine mens numinis particula, sicut Mosi credimus dicenti: Inspirauit in faciē eius spiritū vitæ, & factus est homo in viuētem animā. Vtrunq; etiā laudabile nō temere dictū mihi videtur. nam quæ laudare hymnisq; celebrare suū patrem possunt, sunt hæc duo, cælum & mens. nam homo hunc præcipuum honorē sortitus est præter animalia cætera, quod Deum colit: cælum perpetuo concentu suorum motuū reddit harmoniam suauissimam: quæ si posset ad nostras aures peruenire, in nobis excitaret impotentes amores & insanū desiderium, quo stimulati rerum ad victū necessariarū obliuisceremur, non pasti cibo potūq; per fauces demisso, sed quemadmodum immortalitatis candidati, consummatæ musicæ diuinis cantibus: quales cū Moses extra corpus raptus audiuisset, fertur per quadraginta dies toridēmq; noctes nec panē nec aquam gustasse. itaq; cælum instrumentum musicæ archetypum videtur mihi non propter alia sic elaboratum, quā vt rerum patris hymni scitè decantentur & musicè. Quin & virtutē Liam audimus post editum quartum filium desisse parere, nō effœtam, sed cessantem, vel potius retentā aliquādiu. Sensit enim opinor vim gignēdi elanguisse in se, quando Iudam, hoc est confessionē, perfectum factum protulit. Est autē idē significatum in Lia post quartam prole interquiescētē à pariēdo, & in quarto puteo in quo Isaac serui nullam aquam inuenerunt: quoniam apparet ex vtraq; fi-
h h iiii gura

gura ab omnibus sitiri Deū, qui & genituras & alimēta in enatorum vsu irrigat. non deerunt tamen fortasse quidam pusillanimi, qui hæc de puteorum effossione à legislatore dici suspicabuntur verbosius. sed quotquot habent ius magnæ huius civitatis mundanæ, sapientiores cæteris, manifestè intelligēt, perspicaces & discendi cupidos non quærere de quatuor puteis, sed de quatuor vniuersis partibus, terra, aqua, aëre, cælo: quæ singula persequendo cogitationibus acuratissimis, in tribus inveniunt quædam comprehensibilia, quibus & nomina indiderunt, iniquitatem, litem, amplitudinem: quarto autem nullum, cælo videlicet, sicut paulò antè docuimus. nam quarrus puteus sine aqua siccus inuenitur, & Iuramētum ob prædictam causam nominatur. Secunda quæstio de Charra quærunt, quænam sit ciuitas, & cur ad eam veniatur à puteo. Est igitur quantum equidè video, Charra metropolis quædam sensuum. interpretatur enim nunc fossa nunc specus, vñ rem signatibus duobus nominibus. nam corpora nostra ad sensuum instrumēta quodammodo perfossa sunt, & vnusquisq; sensus pro instrumento habet suam foueam. ergo quàm primū aliquis à iuramēti puteo velut à portu soluit, necessario ad Charram peruenit. nam qui peregrè proficiscitur ab amplissima optimaq; regione sciētiæ, necesse est vt ad sensus absq; ductore veniat. anima enim sæpe à seipsa mouetur, emergens è tora molle corporis, & è turba sensuum profugiens, nonnunquam etiam vestita sensibus. Sed nudo motu tantum intelligibilia comprehendit, amicta verò sensibilia. si quis igitur non potest omnia sola mente persequi, ad sensus secundum refugium inuenit: & quisquis fallitur circa intelligibilia, prolabitur ad sensibilia. ad sensum enim est secūda nauigatio, quando prima ferens ad intellectum non succedit. bonum autem fuerit in hac non consensescere, sed tanquam in aliena regione pro inquilinis se gerere, semper quærēdo migrationem & reditum in patriam. Laban enim non speciem, non genus, non ideam, non aliud quicquā sciens ex his quæ solo intellectu comprehenduntur, sed à rebus manifestis tantū pendens quæ in cōspectum auditūmq; & similes potentias veniūt, ciuitatis ius in Charris habet, vbi amator virtutis Iacob vt peregrinus nō diu habitat, semper de reditu cogitās. cum Rebeca mater, id est patientia sic alloquitur: Surge, fuge ad Labanē fratrem meum in Charras, & habita cū eo ad dies aliquot. Intelligisne quòd non sustinet noster mediator in regione sensuum perpetuo viuere, sed

sed dies aliquot & ad breue tēporis spatiū propter necessitates compositi corporis: longa autē vita ac ætas ei seruatur in ciuitate illa intelligibili. quāobrem (opinor) & auus eius à scientia denominatus Abraham nō diu in Charris durare potuit. Legitur enim eum natū annos lxxv. quando hanc ciuitatē reliquit: quāuis pater Tharra, qui interpretatur odoris speculatio, vsq; ad obitū ibi vixerat. disertè enim in sacris literis dicitur Tharrā in Charris mortuū siquidē speculator virtutis, nō ciuis, odoribus nō alimētis fruebatur, nondū idoneus vt saturaretur prudentia, imò vel degustaret, sed tantū olfaceret. Quemadmodū enim canes venaticos aiunt è longinquo ad feras peruenire odorē secutos cuius eximio sensu à natura sunt præditi. eodē modo à iustitia cæterisq; virtutibus exhalātes suaves auras amator scientiæ vestigat, cupiens originē tantæ voluptatis assequi, huc illuc cursitans, & vel ipso honestatis odore tanquam sacro nidore se recreans. non negat enim se liguritorē scientiæ prudentiæq; maesti ergo quibus datum est bibere de amatorio sapiētiæ poculo, fruiq; cōtemplationū eius & placitorū epulis, exhilaratis etiā sitire denuo propter inexplebile scientiæ desiderium. his proximi censendi sunt qui tametsi ad sacrā mensam nō accedunt, nidore tamen pascunt suas animas. nam hi aurā virtutis refouebūtur, sicut ægrotis deficientibus propter inediā & fastidiū odores ad mouendo medicorū filij remediū salutare procurāt vt vires recipiant. Attamen Chaldæa relicta Charras migrasse Tharra dicitur, ducens secū & filiū Abrahamū & cæteros consentientes domesticos: non vt tanquā ex historiarum scriptore cognoscamus eos peregrinos fuisse desertores patriæ, cui sedes externas prætulerint, sed vt re penitus intellecta discamus quiddā vitæ utilissimū, non negligendū hominibus, hoc autē quid est? Chaldæi vocant obseruandis siderū cursibus, Carrenses circa sensus occupantur. cæterum sacra eloquia sic scrutatorē naturæ interpellant: Quid de sole quæris sit ne pedali latitudine, an tota terra maior, an aliquotuplo amplior? quid de lunæ lumine, propriūne an mutuātū præferat? quid de reliquorū siderū natura, cursu respectu inter se mutuo, vel etiā ad terrestria? cur in terra incedēs super nubes exilis? cur æthereas res ais te posse attingere cū terræ affixus hæreas? cur audes coniectare de rebus omnī coniectura superioribus? cur es curiosus in rebus sublimibus nihil ad te attrinētib? cur disciplinarū cōmentationes vsq; ad cælū extēdis? cur subtiliter nugaris de sideribus? nō ea quæ ocea-

no submota sunt, & bone, sed propinqua considera. imò te ipsum absq; adulatione scrutare, at quomodo id fiet? I mēte charras ī ciuitate cauernosam, p̄fossam specubus corporis, cōsidera oculos, aures, nares, cætera instrumēta sensuū, & discē summā philosophiam, vel potius summē necessariā decentissimāq; veritatē quærendo, quid visus, quid auditus, quid gustus, quid odoratus, quid tactus & sensus in vniuersum. deinde qd sit videre, & quomodo videas, quid audire, & quomodo audias, quid odorari, qd gustare, quid tangere, & quomodo fiant hæc singula, prius autē quā propriā domum bene cōsideres, vniuersalem examinare an-non extrema est infania? nec dum tibi maiora præcipio, vt tuam animā mentēq; videas, quæ tibi placēt tantopere. hæc ipsa nunquā cōprehendere poteris. ascende nūc cælum, & arrogāter de illis rebus differe, cū nōdum scias vulgatū versum:

Aedibus in nostris quæ praua aut recta geruntur.

Desine speculari cælestia: diuulsus ab illa scrutatione, nosce te ipsum, & vt hoc possis da operā, vtq; curis humanis vaces. huiusmodi hominē Tharrā Hebræi, Socratē Græci nomināt. nam & illum ferūt vsq; ad senectutem in hoc præceptum. Nosce te ipsum. incubisse, omīssa reliqua philosophia. verūm hic homo erat. Tharra autē ipsa ratio, noscendi seipsum, proposita ceu arbor virētissima. vnde studiosi facillē morū fructus carpēdo satiarentur cibo salubri ac iucundissimo. tales sunt apud nos prudentiæ speculatores: athletarum autem & certatium natura est perfectior. nam hi postquā perdidicerunt omnē rationē sensuū dignos se iudicāt maioribus contēplationibus, relinquēdo sensus quasi caernas, qui Charræ nominabantur. ex hoc numero est ille per multiplices profectus ad summā sciētā progressus Abraham, cū enim se maximē cognouit, tūc agnouit minimē, vt eū Qui verē est, bene cognosceret. Sic enim solet euenire. qui enim seipsum valde cognoscit, valde contemnit, reputās quā nihili sit quicquid creatū est. qui autē seipsum spernit, eum Qui est cognoscit. Hactenus quæ sit Charra, & cur post relictū Iuramenti puteū ad eam perueniatur. Superest tertia quæstio, Quis locus ille ad quem occurrit. Dicitur enim: Cūque occurrisset ad locū.] Tripliciter locus intelligitur: primo modo spatium quod impletur corpore: secūdo, sermo ille Dei quē Deus ipse totum expleuit incorporeis potētis. Vidi, inquit, locū in quo stetit Deus Israël, in quo solo permisit sacra facere, alibi vetuit. Præceptū enim est ascēdere in locū quēcunq; elegerit dñs De⁹, & ibi

& ibi sacrificare holocaustata & pro salute, cæterāsque integras victimas adducere: tertio significato ipse deus vocat locus eo qd omnia cōtineat, à nullo profus cōtineatur, & omnib⁹ ad eū refugiū pateat: & qd solus sui capax est, seipsum explens atq; cōtinens. ego nō sum locus, sed in loco & vnaquæq; creatura similiter. nā contētum differt à cōtinente. at numen à nullo contentum sibi ipsum locus est necessarius, sicut scriptura testatur de Abramo loquēs: Venit in locū quē ei Deus prædixerat: attollēsque oculos, à longe locū eum prospexit. Quid ais? qui in locū venerat, eū è longinquo prospexit? sed fortasse vocabulū vnum duas res significat. & dei sermonē, & ipsum deū. ille verò qui sapientia duce iter faciebat per inhospita, peruenit ad locū priorē doctus propitiationis caput & summā esse dei sermonē: vbi cōstitutus nōdum ad eum Qui est deum penetrat: procul eū aspiciens: imò ne hoc quidem assecutus, tantū videt eū lōgē abesse ab omni creatura, quò nullius humanæ mētis conceptus possit accedere. Fieri tamē potest vt hæc allegoria per locū non illum rerū autorem significet: sed intelligenda sit hoc modo. Venit in locū, & attollēs oculos vidit ipsum locū in quē venit, lōgē distitū ab illo ininominabili & ineffabili Deo modis oībus incōprehensibili. His ta præfinitis, qñ Charras, id est in sensu peruenit Meditator, nō occurrit in locū implendū mortali corpore: hic enim cōmunis est omnibus terrigenis necessitate locū aliquē occupātibus: nec in illū tertium optimum, de quo vix cogitare poterat accola purei denominati à iuramēto, vbi à seipso doctū genus Isaac habitat, nunquā à dei fide discedens: sed in mediatorem sermonē diuinum suggerentē præcepta optima & cuiq; opportuna tēpori. Deus enim nō dedignatus sensui se ingerere, suū verbum auxiliare mittit virtutem amantibus. id medetur morbis animæ, sacra præcepta ceu leges nunquā antiquādas statuens, & ad hæc exequenda inuitans, atq; etiā more pædottibarum robur ad inuictā habitudinem promouens. Meritò igitur qui ad sensum peruenit, nō Deo, sed verbo eius occurrit, sicut auus in cuius sapientiā successerat. Legimus em̄: Discessit dominus postquā deliit loqui Abrahamo, & Abraham reuersus est in locū suum. Vnde colligitur, ea verba obuenire sacerdotibus, à quibus verbis Deus discessit, nō per seipsū imaginationes porrigens, sed per suas potētias. Illud autem egregiè dictū est, non venisse in locū, sed occurrisse. Venimus enim spōte, occurrimus sæpe inuitati, quando repente Dei sermo allucens inexpectatū gaudiū

gaudium spe maius animę desolatę comes futurus porrigit, nã & Moses vt occurrat Deo ducit populum, gnarus venturum ex improviso & inuisibiter ad desiderãtes animas, & cupientes occurrere, adiungitur autem causa propter quã Iacob occurrit eò. Occiderat enim, inquit sol.] non hic omnibus conspicuus, sed lucidissimum lumẽn inuisibilis Dei maximi. Hoc quoties mentẽ illustrat, secundarij splendores verborũ occidunt, loci verò sensibiles multò magis obscurãtur: quo decedente, illi mox existunt & exoriuntur. Nec mirũ solem iuxta regulas allegoricas adsimilari patri principi; rerũ omnium: quandoquidẽ re vera nihil dici potest Deo simile, opinione autem hominũ duarũ, alterum inuisibile, alterũ visibile, anima inuisibilis, sol visibilis. Animæ similitudo indicatur aliubi, scriptura dicente: Fecit Deus hominem, secũdum imaginẽ Dei fecit eũ. Et iterũ in lege aduersus homicidas lata: Qui effundit sanguinẽ hominis, talione sanguis eius effunderetur: qm̃ ad imaginẽ Dei feci hominem. Solem autẽ hic figuratẽ intelligẽdum aliunde quoq; facile potest colligi: quoniam Deus est lux primaria. Dñs lux mea & seruator meus in hymnis canitur, nec tãtũ lux, sed omnis aliã lucis archetypum, imò plus quàm archetypũ si repetãtur antiquissimæ origines, sui sermonis exẽplar. nam effigies illius verbũ est & lumen integerrimũ, ipse verò nulli creaturæ similis. præterea sicut sol diem noctẽmq; discriminat, ita Deum Moses dicit discreuisse lucẽ à tenebris. Diuisit em̃ Deus lucem à tenebris. Alioquin etiam sicut sol occulta corpora detegit, sic Deus omnia creans, non solũ in lucem produxit, sed & quæ prius nõ fuerant, condidit, creator magis quàm opifex. Cæterũ sol multa in scripturis sacris subindicat: vno modo mentẽ homini, quam ædificant sicut ciuitatem & muniunt, qui creaturã creatori præferunt: in quos dictum illud competit, q̃ ædificauerunt ciuitates munitas Pharaoni, Pitho sermonẽ persuasibilem, & Ramesem sensum more tineæ rosurũ animam, sic enim hoc nomen interpretatur, quassatio tineæ, vel efferens mentem, quod post in Heliopolim versum est. nam mens sicut sol in vniuerso, in nobis principatũ gerit, extendens vbiq; suos radios. Sacerdotẽ autem & cultorẽ mentis focerũ sibi adsciscit quisquis in ius corporeæ ciuitatis adscribitur, quibus Iosephi nomen cõuenit. Dedit, inquit, ei cõiugem filiã Patephræ sacerdotis Heliupoleos. altero modo sol sensum figuratẽ significat: quia sensus menci indicat omnia sensibilia, in quo significato dicuntur

euntur hæc: Exortus est ei sol quãdo præteriit Dei visio. Ita est profectò cũ à sacratissimis ideis & tanquã imaginib⁹ incorporeis, nõ valẽtes earum cõtẽmplatationẽ diutius ferre, auertimur, alio lumine sensibili vtendũ est, quod cum illo collatũ nihil differt à tenebris: quod exortũ, ex citat quidem visum, auditũ, gustum, tactũ, odoratũmq;: sed prudẽtiam, iustitiam, scientiam, sapiẽtiam, vigilãtes mentes, in somnũ vertit. quamobrẽ ante vesperam neminẽ purum eloquia sacra pronũtiant, turbantibus mentem incõpositis sensuum motibus. Ibidem & sacerdotibus lex sancitur, interdicens sic: Nõ edet de sacris, nisi abluto aquis corpore, purificatus post solis occubitũ. docemur enim apertẽ his verbis, neminẽ satis sanctũ esse ad obeunda sacra mysteria, qui mortalis vitæ claret honoribus: sed si quis horũ contẽptor vt par est illustratur à prudẽtia, vt sic possit eluere vanã gloriã maculas. Nonne vidẽs solem ipsum aliud oriẽtem aliud occidentem efficere? post exortũ eius illustratur in terris omnia, in cælo verò cælantur. ediuersò post eius occasum sidera quidem promicãt, terrestria verò cuncta obtegũtur vmbri superuenientibus. ad eũdem modũ res nostræ se habẽt: quoties sensuũ splendor tanquã sol oritur, tunc scientiã re vera cælestes occultãtur: quoties autẽ ad occasum accedit, tunc fulgẽtissimẽ virtutum stellæ se proferũt, quando etiam mens ipsa re nulla velante, sit sensibilis. In tertio significato sol vocatur Dei sermo, imago cęlestis numinis, vt antẽ diximus, de quo dicitur: Sol exortus est super terrã, & Lot intrauit in Segor, & dominus pluit super Sodomam ac Gomorrã sulphur & ignẽ. Cũ enim Dei verbum in terrenã istã nostrã compagem peruenit, virtutis cognatis se etatoribusq; auxiliatur, salutare præbens refugiũ: aduersariis verò immittit pernitiẽ inuitabilẽ. In quarta porrò significatione sol dicitur ipse Deus omnipotẽs, vt iam dixi, qui peccata insanabilia, quãuis latere videãtur, reuelat. nam Deus & potest & nouit omnia. Quapropter eos qui diuertunt à rebus animæ, & lasciuẽ cõuersantur cũ mentis filiabus, id est sensibus, tanquã cum meretricibus, cõtra solem tolli iubet. scriptũ est enim, Et diuertit populus in Setin. quæ vox sentes interpretatur, nimirũ quòd pungãt animã. Et profanatus est, inquit, scortãdo cũ filiabus Moab. sensus autẽ nunc vocãtur filia. nã Moab ex patre interpretatur. moxq; subiungit: Sume omnes qui populo fuerunt autores huius flagitij, & tolle hos cõtra solem domino, & auertetur ira domini ab Israël. nam nõ hoc tantũ hic agitur, vt oc-

culpa scelera in solē proferatur, verum etiā vt figuratē sol vocet pater ille omnipotēs, cui sunt omnia cōspicua, etiā quæ in mentis intimis versantur cogitationib⁹. post sublato autē scelestos pollicetur Deum fore propitiū, cuius vnus fauore opus habet populus. Quamobrē? Quia si mēs rata posse malefacta sua late re Deū, quati nō cerneat omnia, clā peccat: deinde vel ipsa respicēs, vel ab alio monita cogitat impossibile esse vt Deū fallat aliquid: excutiēsq; omnia sua facta tāquam in solē profert spectanda inspectari omniū, fatēdo se pœnitere prioris opinionis impiæ (nihil em̄ ignorū Deo, noscēti nō solūm præterita, sed & futura pro immēsa sua potētia) purgata & percurata est, placato exactore pœnæ qui iā instabat iratus non immeritō, sed fratris pœnitentiā libēs volēsq; vt innocentia accipit. Idē significatū solis & alibi reperitur, sicut in lege scripta de datis creditori pignoribus. Si pignus acceperis vestē à proximo, ante occasum solis reddes eā. est em̄ eius amict⁹, quo solo tegit suā turpitudinē, in quo cubat etiā. si cōtra te clamauerit ad me, exaudiā eū. sum enim misericors. Qui vidēt legislatorē tā diligētē de amictu præcipere, possent si nō obiicere, certē taciti cogitare. Quid dicitis o boni? Omnipotens rerū cōditor misericordē se vocat ob tantillum negotiū, ob vestē debitori à creditore nō redditā? Iste opinionēs sunt ignoratiū Dei magnitudinē, quā astimātes e pu sillanimitate hominū, beatæ illi naturæ ingentæ immortalisq; tales affectus præter ius ac fas tribuūt. Quid em̄ absurdi faciūt creditores si pignora detinēt tātis per dū res suas recipiāt? Dicit aliquis creditores pauperes & dignos miseratione: nonne igit fuit satius legē scribere de collationibus faciēdis in subsidiū taliū prius quā petant mutuū: aut vetare pignus à debitore accipere? ceterū qui iā id permisit, nō æquū facit dū ante tēpus nō reddēribus indignatur tanquā impiis, & homo ad extremā redactus pauperiē, amictus pannis detritis ac vilibus, onerabit se nouis debitis, obuiorū miserationem negligens, quæ miseris & egenis ostiatim patet pro tēplis, in foris, & passim aliubi: at iste mauult vnicum pudoris tegmentum, quo verenda velabat, creditori suo porrigere. cuius rei pignus dic obsecro nū vestis melioris? nam alimenta necessaria desunt nemini, quamdiu fluij manant e fontibus, torrentes inundant imbribus, terra fructus reddit annuos. Potēstne inueniri tam avarus, aut crudelis, aut importun⁹ scenerator, vt quatuor pauciores ve drachmas scenerari malit quā donare: & vnicum illud vestimentum non verbitur

rebitur accipere pignori? id verō spoliatoris magis quā sceneratoris fuerit. nam prædones solent detractis vestibus nudos dimittere. Quid porro sibi vult, quod sollicitus de illo ne noctu detectus cubet, diurnæ vigilātis nuditati pudorūque non æquē prospicit? noctu certe omnia tegunt tenebræ, vt aut minus aut nihil pudeat: dies lucem infert, & pudorem magis incurrit. Cur autem non dare vestem iubet, sed reddere? quæ redduntur, aliena sunt: pignus creditoris magis quā debitoris censetur. Sed non animaduertis, quod debitor accipiens vestem in vsum stragulæ, non iubetur redeunte luce sceneratori eam restituere? Alioqui si proprietates locationis consideretur, vel tardiori liquet aliud in his verbis intelligi. pronunciant enim magis quā præcipiunt. nam si præciperet diceret: vestem oppignoratam, si creditor aliam non habuerit, reddito ante vesperam, vt ea se possit noctu obuoluere: pronuntians autem ita vt contextus habet, loquitur. id enim solūm ei restat amiculum, operimentum turpitudinis, in quo cubabit. Hoc cauillatoribus & criticis responsum sit. nos secundum allegoriæ leges rem explicabimus. Dicimus igitur per vestem figuratē sermonem intelligi. nam frigoris ac æstus iniurias vestis depellit à corpore, velat quæ natura velari vult, & pro ornamento est quadrans corpori. similiter etiam sermo à Deo datus est homini munus pulcherrimū. primum pro telo esse potest aduersus insidiatores: nam sicut ceteræ animantes suas quæque vires habent à natura datas ad arceos impetus lædere volentium: sic eadem natura homini dedit maximū propugnaculum & arcem munitissimā sermonem, quo tanquam armatura tegatur vndiq; domestico aptissimiq; protectus satellite, & hostem infestantem laccissentemq; ipse illæsus submoueat. secundus eius vsus est necessarius, quod probra operit & dedecora. efficax enim est sermo ad prætexēda peccata hominū: tertius, quod totā vitā ornat. quid enim aliud vniuersa & singula in melius promouet? non desunt tamen pestilentes homines, qui sermonem quoq; pro pignore capiunt, & habentibus adimūt, & quem augere debuerant succidūt: quem admodū hostes faciunt dū agros vastant, fruges ceterosq; fructus depopulando, qui seruati potuissent esse vsui. quoniā sunt quidā hostes perpetui rationalis naturæ, qui ante tēpus detondent eius segetes, & prima germina dererunt, vt ei sterilitatem inducant bonorū operū. cum enim illa eruditionis sacræ desiderio rapitur, veræ philosophiæ cupida, præ inuidia timētes ne si

res ei succedat ex sententia, obscenitates eorū ac fucata cōmē-
ta more torrētis subruat, impetū eius vertūt aliō malis artibus
deriuādo in artes illiberales & vulgares ac sordidas: interdum
etiam præclaris ingeniis sepes obdunt, vt occulta maneant tā-
quam perfidi tutores qui pupillorū fertiles agros vepretis sinūt
obsolescere. nec pudet immitissimos omniū, sermonē vnicam
hominis vestē diripere. Est enim, inquit, hoc vnicū eius amicu-
lum? Quid nisi sermo? nā sicut equi hinnitus est proprius, latra-
tus canis, bouis mugitus, rugitus leonis, sic sermo hominis. hic
est enim propriē munimentū, indumentū, armatura & arx ho-
minis, animalis Deo charissimi. ideo subiūgit, hoc solū est teg-
mentum eius turpitudinis. quis enim æquē ac seruo tegit vitæ
probra & dedecora? nā inciticia est brutæ naturæ cognatū dede-
cus, eruditio rationis germanū ornamentū & domesticū. Ergo
vbi cubabit, hoc est, requiescet homo, nisi in sermone? sermo e-
nim erumnosissimū genus nostrū subleuat. Et quēadmodū do-
loribus, timoribus, aliisq; malis pressos fauor, sedulitas dexteri-
tāsq; amicorū saepe refouet: sic nō saepe, sed semper grauissima
onera, quæ nobis imponit vel corporis cōiuncti necessitas, vel
externus casus aliquis ex improviso irruēs, dimouet præsentis-
simum sermonis rationisve remediū: qui socius & amicus fami-
liarissimus à natura nobis est nō tam additus q̄ adglutinat⁹ vt
inuisibiliter, sic insolubiliter. ideo præmonet quid cōferat, & si
quid secus accidit q̄ volumus, nō vocatus succurrit, præstās non
alterū tantū officii, vt adiuuet sine cōsilio, vel cōsulat sine auxi-
lio, sed utrūq; pariter. nec enim vires habet semiperfectas, sed
omnibus partibus integras. qui etiā si quando frustratur consi-
lio, aut erratū opera corrigit, aut quod tertiū superest auxiliū,
ad cōsolationē se vertit. nā affectib⁹ ceu animæ vulneribus lora-
tio remediū est saluberrimū, quod legislator ante solis occasū
admoueri, vult: hoc est, priusquam illustrissimū maximāq; Dei
splendor occidat, quē misertus nostri menti humanæ inserit.
Nam quādiu in anima lucet lumen illud diuinissimū, reddere
debemus sermonem oppignoratū ceu vestem, vt homo recepta
possessione propria, turpitudinē vitæ obtegat, & fruatur diu-
no munere, quiescatq; securus præsentia talis adiutoris & cōsili-
arij, nunquā deserturi suū ordinē. proinde splendēte tibi adhuc
diuino lumine sacratissimo, cura vt interdum pignus restituas
suo domino. nā post occasum, sicut tota Aegyptus, palpabiles ha-
bebis huius seculi tenebras: percussusq; cæcitate atq; ignorantia,
omnibus

omnibus quæ in tua potestate fuerant spoliaberis ab Israëlē
perspicace, cuius tenebas pignora, ingenuū in seruiturē vindi-
cans. Hæc prolixius paulo disseruimus, nō ob aliā causam nisi
vt doceremus. q̄ meditatiua mens mota inæqualiter nunc ad
vbertatē, nunc ad sterilitatē, & quodāmodo semper iter faciēs,
quādo sublimis fecundatur, ab archetypis incorporeisq; illu-
stratur radiis fontis rationalis, id est Dei perficientis omnia:
rursum quādo descēdens sterilefcit, incidit in motas ab eis im-
mortales intelligētias, quæ vocātur angeli. Ideo nunc quoq; di-
citur: Occurrit in locū: occiderat enim sol. nam quando anima
luce Dei destituitur, inducēte in rerū cognitionē, exoritur secu-
darium & debilius lumen verborū iam nō rerū, sicut & in hoc
mundo inferiore. Luna enim secūdum luminare à sole. post il-
lius occasum lumē in terram mittit debilius. Quin & illud oc-
currere in locū aut sermonem, pro magno beneficio cōceditur
his qui nō possunt Deum loco sermonēq; superiorē cernere, vt
qui nō in totū caligātē habeāt animam: sed quia purissimus
ille splendor eis nō apparet, vel tēperato fruantur. Nam filiis
Israel lumen erat quocūq; venirēt, vt narratur in Exodo, nocte
ac tenebris semper fugiētibus, in quibus viuunt homines orba-
ti mētis oculis, nō videntes virtutis radios. Alij, qui solem acci-
piunt pro sensu mentēq; in quibus iudicādi vim collocāt, locū
verò pro Dei sermone, sic allegoriā intelligūt: occurrisse medi-
tatorē sermoni Dei, post occasum mortalis humaniq; luminis.
nam quādiu sensus aut mens existimat se intelligibilia tenere
firmiter, & versari se in sublimibus, longē abest sermo diuinus.
quādo verò utrūq; suam debilitatē fateretur, & abdens se quodā-
modo occidit, mox prōptē occurrit rectus ille sermo gratula-
bundus desperātī de suis viribus, & præstolanti opē adueniētis
inuisibiliter. Legimus deinceps q̄ sumptis lapidibus eius loci
supposuit eos capiti, & dormiuit in loco illo.] Miranda sunt
hęc nō solum propter allegoriā & physiologiā, sed etiā propter
simplicē narrationē pertinēt ad exemplū laboris ac patientiæ.
nō decet enim virtutis sectatorē vita delicata, nec imitatio bea-
torum istorū vt vocantur, re vera miserorū quantūlibet sint in
honore ac pretio: quorū tota vita somnus est & somniū, si sacra-
rum latori credimus. Hi postquā per totū diē in tribunalib⁹, in
curiis, in theatris, & vbiq; molesti fuerūt aliis, reuersi suam do-
mum destruūt infelices: nō loquor de aedificiis, sed de animæ co-
gnata domo hoc est corpore, quod immodicis deliciis aliis su-
per

per alias ingestis obruunt, & mero multo rigant, donec ratio merfa pereat, & affectus qui sub ventre nascuntur ex saturitate, in effrenē rabiem cōciti, quicquid obuiam fit, corripiant ad sedādos libidinis furētis stimulos. noctu verò dormituri in auratas spondas & pictos tapetas decūbunt molliter more mulierū, quib⁹ natura victū delicatū permittit, & ideo corpus etiā carū mollius fecit opifex. Talis nemo sacro verbo familiaris est, sed veri viri, sobrietatis honestatis, pudoris amatores, qui ad continentiam, frugalitatem, patientiam, ceu ad crepidines quasdam iactati vitæ procellis animā tantūm nō mergentibus in stationem tutissimā se recipiunt, contemptores pecuniæ, voluptatis, gloriæ, atq; etiam cibi potūsque, nisi quantū ad arcendam famē sufficit, parati propter virtutem perferre sitim, æstus, frigora, & difficultates cæteras, quos ne vestitus quidem pudet simplicissimū, imò luxū vestium vt ignominiosum fugitāt: his pro cubili pretioso est solum herbidum, pro stragulis cōgestæ frondes & folia, pro puluino saxū aliquod aut tumulus paulò accliuior: quorum victū delicatū durum vocāt, honestatis autē sectatores existimant iucūdisimum. conuenit enim viris qui re vera viri sunt. Vides vt nūc quoq; innutritus regis facultatibus athleta virtutis inducitur humi cubare saxo pro puluino supposito capiti: & paulò post dum precatur, panem ac vestē petit natura diuitias, quippe cui luxus ostentatiōq; nunquā placuit, nec admiratores rerū talium. hic est verum exemplar exercitæ animæ, infensus effematis omnibus. Hactenus de laude virtutum sectatoris hominis industrii, nunc quærēdum quid hæc figura significet. Sciendum autē qd Dei locus & sacra regio plena est rebus incorporeis. eæ sunt immortales animæ siue intelligentiæ, ex his vnam selectā hic noster, tanquā caput cōiuncti corporis, ad mentē suam propè admouet. mēs enim quodāmodo est caput animæ, id verò facit quasi dormiturus, sed re vera quieturus in verbo Dei, & totius vitæ suæ onus posthac iam leuius depositurus in eo, ab hoc autē verbo libēter athleta noster excipitur, futurus nouus discipulus: qui mox approbata nature dexteritate velut à pædotriba instituitur, & inuitatur ad exercitia, assuescīq; colluctari, donec inuictū robur acquirat, auribus in diuinis contēplationibus vtēdo vice oculorū, adscītusq; in nomen ac gentē Israëliticā, hoc est videntiū, nūc etiā insigne victoria: laureā à verbo accipit, id genus coronæ nomen habet miū & absurdū, quod ominosum fortē videri possit. nā Torpor vocatur

tur à præside certaminis. Scriptū est enim qd obturpuerit latitudo præmiorū præconiorūq; & honoratissimarū virtutū oīm. nam anima sortita vires inuincibiles, & absoluta in virtutū exercitiis, assecutāq; metā honestatis vltimā, nō solet se iactanter extollere, & summis (vt vulgus loquitur) digitis incedere, qppe que potest integris pedibus ingētes passus facere. torpescet autē & cōtrahet amplitudinē opinione dilatātā antea, deinde vltro succūbens claudicabit, vt incorporeis naturis inferior, atq; ita dū vinci videtur victrix euadet. debem⁹ enim cedere præstatio ribus, & honoris eorū rationē habere. Nā secūda palma in hoc certamine maiorē dignitatē affert q̄ prima in reliquis. Hæc vice præfationis in somniū diuinitus missum dicta sint, iā tēpus est vt ipsum tractem⁹ excutiēdo diligēter partes eius singulas. Et vidit in somnis, inqt, & ecce scala stans in terra, cuius caput attingebat cælū, & angeli Dei ascēdebāt, descēdebātq; per eā. Scala in hoc vniuerso, quod mūdus, aēr figuratē intelligitur, cuius basis terra, caput cælū est. nā à lunari orbe, qui extremus est circuloꝝ cælestiū, primus autē versus nos, vt describūt cōtemplatores rerū sublimiū, vsq; ad superficiē terræ per totū id interstitiū aēr extēditur, hoc est animarū corpore carētiū domiciliū, qd opifici mūdi omnes eius partes animalib⁹ implere placuit. ideo terrestria terris attribuit, mari fluuiisq; indidit aqua rilia, cælo verò sidera. nā hæc singula nō solū animalia dicūtur, sed & mētes purissimæ. itaq; & in reliqua parte huius vniuersi, videlicet aëre, animalia creata sunt, qd si nō patēt sensibus, quid tū postea? nā & anima est inuisibilis, & verisimile est aērē poti⁹ q̄ aquā alere animalia. quare obrē? qd aquatilia quoq; animant aëre, fecit em̄ eū cōditor vt sit immobilibus corporib⁹ habitus, mobilibus verò natura inuisibilis, impetu autem imaginationēq; vtētibus, vt sit anima. an nō igitur absurdū videtur elemētū quo animatur omnia, animabus carere? ideo nemo optimā naturā animaliū optimo in terris aëri adimat. adeo enim non est desertus solus ex reliquis partibus, vt instar populosæ ciuitatis ciues incorruptibiles immortalēsq; habeat animas stellis pares numero. harū aliæ descendūt illigādē corporib⁹ mortalibus quotquot viciniōres sunt terræ amantiorēsq; corporū. aliæ sursum redeūt separata: denuo post præfinitos à natura terminos. & ex his aliæ tactē vitæ desiderio rursum ad eā recurrūt. alię partes huius vanitatē corpus ceu sepulchrū aut carcerē fugiūt, & sublimē ætherem petētes pennis leuib⁹ totū aērē ibi exigunt.

Sunt item quæ iam purissimæ optimaq; omnium, quæ altius diuinusq; sapiunt, aspernata ista terrestria & humilia, ministræ omnipotentis, tanquã magni regis aures & oculi, videtes audietesq; omnia. has genios philosophi, angelos vocant factæ literæ nomine aptissimo. sunt enim internuntia patris madata perferentes ad filios, & ad illũ vicissim preces filiorũ. ideo inducuntur ascendere & descendere: non quod iudicibus opus habeat Deus qui iam antè scit omnia: sed quonia id cõducit nobis mortalibus habere mediatores illos & arbitros, quo magis reuerentur rerũ omniam prætidẽ, & eius maximã potentia: quã reputantes olim rogauimus quendã mediatorẽ: Loquere nobis tu: Deus non loquatur ad nos, ne moriamur, adeo enim nõ possumus ferre illũ castigantẽ, vt ne mera quidẽ eius beneficia queamus capere, si ea per seipsum sine aliis ministris porrigat. Pulchrẽ autẽ scala terræ infima sui parte hæres figurat ac iẽ exhalationes enim è terra expirantes tenuãtur in aeriẽ. vt terra quasi radix, cælũ verò quasi caput sit aeris. Sũt certẽ qui dicãt, lunã nõ esse globũ puri ætheris, vt cætera sidera, sed mixtũ ex æthere aeriẽq;: & apparem in ea maculã, quã nõnulli vocãt faciẽ, nihil aliud esse quã admixtũ aeriẽ, qui suapte natura niger vsq; ad cælũ rãdit. hæc est igitur illa mundi scala, quã in præsentĩ figura intelligimus. quod si eam queramus in hominibus, inueniemus animã, cuius basis est penẽ corporea, & tanquã terrea, scilicet sensus: caput verò tanquã cæleste mens illa purissima. per eã sursum deorsumq; feruntur indefinẽter diuinæ intelligẽtiæ: quoties ascẽdunt trahẽtes eam secum diuellẽtesq; à rebus mortalibus, & pro dignitate tantũ ostendentes ei spectacula: sed non detrahentes secum, quando descendunt, nam nec Deus, nec Dei nuntius, detrimẽti causa est: sed condescendunt propter charitatẽ, vt succurrãt misero nostro generi, & animam quasi à flumine raptã fauore suo seruent incolumẽ, purgatissimas quidẽ mentes solus Deus omnipotens insensibiliter inuisibiliterque dignatur inuisere. Sic enim legimus in quodã oraculo viro sapiẽti reddito: Inambulabo in vobis, & ero Deus vester. eas verò quæ adhuc lauantur, nondũ absterlis omnibus sordibus cõtractis ex corpore, interuisunt angeli & exhilarãt aspectu honestissimo, quib; immigrãtib; quantũ malorũ pellatur, quantũq; bonorũ substituatur, manifestũ est. Da igitur operam o anima, vt fias Dei domus sacrosancta, robusta, reddita è debilissima, potẽs ex impotente, ex imprudente intelligens, è delira sapientissima. **Quid si autem**
suam

suam metipsum vitã mediator in somnis. videt scalæ similem est enim naturaliter inæqualis res meditatio, nunc proficiẽs in altitudinẽ, nunc deficiẽs in contrariũ, & tanquã nauis nunc secundis nunc aduersis ventis nauigans. alternis enim diebus, vt quidam ait, mutatur vita exercentiũ se in virtutis stãtio, modò viuens ac vigilãs, modò mortua dormiẽsq;, nec absurdẽ dictũ id videtur. sapiẽtes enim olympiam cælestẽq; regionẽ habitandam sortiti sunt, docti semper altiora petere: mali verò inferorum specus intimos, qui ab initio finem vsq; mori didicerũt, assueuerũtq; vsq; ad senectutem ab incunabilis. at meditatores, inter extremos mediũ, sũsq; deq; per scalã ferũtur, aut meliore fato subducti, aut reiecti cõtrario, donec huius cõtentio nis digladiationisq; præses Deus parti potiori addicat præmiũ, in totum profligata deteriore. Est & alterius cuiusdã rei similitudo hoc somniũ, non prætereũdã silentio. Res humanæ habet naturalẽ quodãmodo scilicet imaginẽ, propter cursum inæqualem, inconstantẽq;. vna enim (vt ille ait) dies aliunde fastigio detrahit, alium tollit in altũ, cum nihil in eodẽ staru apud nos perpetuò maneat. sed cuncta variis omnifariisq; mutantur vicissitudinibus. An nõ ex plebeiis principes, plebei j sũt ex principibus: pauperes è diuitibus, è pauperibus locupletissimi, honorati è contẽptis, ex obscuris clarissimi, mutatione pulcherri manã fieri potest vt is cui totus mundus est domiciliũ, apud te quoque habitans curam gerat suarũ ædium, easq; fartas tectas semper tueatur. hæc est via rerum humanarum accliuis decliuisque, incertis obnoxia casibus, quorũ inæquabilitatem ipsum tempus veritatis amicissimũ non obscuris argumẽtis indicat. Somnium autem ostendit innixũ summæ scilicet scilicet principem angelorũ dominũ. Credendũ est enim sicut in curru aurigã aut in nauĩ gubernatorẽ, ita rebus omnibus super stare eum. **Qui est,** corporibus, animabus, animantibus, mentibus, angelis, cunctis quæ terra vel aere vel celo cõtinentur naturis tum visibilibus tum inuisibilibus. totum enim ille mundum ex se pendentem regit. Cum autem dicitur innixus scilicet scilicet, nemo intelligat Deum laborare vt eam molẽ stabiliat: illud potius cogitet his verbis significari, Deum esse robur firmitatẽq; rerum, quibuscunq; vult assignare stabilitatem perpetuam. tantisper enim dum ab illo sustentantur, inconcussæ manent atque integræ. illæ igitur cælesti scilicet scilicet innixus sic dormientem in somnis alloquitur. Ego sum dominus Deus Abrahami patris tui, & Deus Isaaci, no-

li timere.] Hoc oraculū & visio fuit & cōfirmatiō mediatrix animæ, quæ eam docebat, omnium rerum dominū Deūmq; vtrūq; esse humano generi, cuius patres auosq; adoptat, eorū dominū deūmq; se profitēdo, ut eadē sit viri boni quæ mūdi totius fors & cōditio: quia scriptū legimus, Dominus ipse fors eius est. Caue autē putes temerē dici hic Abrahami dominū deūmq; Isaaci verò Deū tantūmodo. Nam hic figura est suo pte ingenio partæ absq; præceptoris opera sciētia: Abrahā autē ex præceptoribus cognita: & hic indigena fuit, ille peregrinus & advena, ille em̄ omīssa externa barbarāq; lingua Chaldæorū de siderali sciētia subtiliter differentiū, vertit se ad rationali animali cōuenientē cultū creatoris rerū omniū: cuiusmodi homini duarū potentiarum opus est auxilio, principalis & beneficæ: ut & imperio legibusq; domini sit obediens, & valde adiuuetur eius beneficentia. alter verò sola indiget gratia. nec em̄ castigatione profecit in melius, in natā virtutē habens, sed iam inde ab initio propter acceptā diuinitus dona perfectē bonus euaserat. cæterū beneficæ potentia Deus nomē est, regia verò dominus, vtrū igitur dicendum est antiquius? an dignū haberi pura putāq; beneficentia? vtrum autē posterius? nōne quod ex dominio temperatur & ex gratia? quod intelligens mediator ut mihi videtur, precatur rem mirificam, ut ei dominus fiat in Deum. volebat enim non amplius timere ut principē, sed amanter honorare ut bene meritum. His atque huiusmodi cæteris sacra scripturæ locis nōne decebat homines, qui modo integros habeant mentis oculos, illustratos perspicere quis sensus interius lateat, scrutariq; naturæ secreta potius quā in apertis dictis consistere? attamen etiam non cōuenientibus, animæ oculis aut non curauerimus aut nō potuerimus cernere, ipse sacrorum antistes submonet, addeus animū ne desperemus donec nos introducat in penetrabilia, illatōq; lumine ostēdat mysteria pulcherrima nunquā visa profanis hominibus. ita profectō decet facere. At vos animæ quotquot diuinū amorē gustatis, tanquā ex alto somno excitatæ, discussa caligine properate ad mirificū spectaculum, & tardam cunctationē deponite, ut consideretis quā multa spectatu auditūq; dignissima noster agnotheta ad vestram utilitatē præparauerit: quandoquidē plurima ostēdi possunt memorabilia, & in his vnū illud quod paulò antè diximus. nā auum meditatoris, patrē vocat oraculū: vero autē eius patri nō addit hanc appellationem. ait enim: Ego sum dominus Deus Abrahā

patris

patris tui. atqui auus hic fuit. & rursum, De⁹ Isaac, nec addit patris. hæc nōne digna quæstione sunt? maximè. inspicimus igitur nō negligētē quid sibi velint. aut virtutē parari vel natura, vel meditatione, vel doctrina. ideo tres nostri generis auctores sapiētēs ciues describuntur, non eodē modo ad eundē finem contēdisse. nam horū antiquissimus Abrahā doctrina duce viā ad virtutem ferētis vsus est, sicut alibi quoq; quoad fieri potuit ostendimus: medius verò Isaac natura, eadē magistra atq; discipula: tertius autē Iacob, meditatiōis exercitiis, quæ versantur in certaminū laboribus, cum igitur tribus modis acquiratur sapientia, extremi vniuntur maximè. nā doctrina progenies est meditatio. cæterū natura cognata quidē ut radix omnium, sine certamine tamen sortita est præmium. Itaq; meritō Abraham qui per doctrinam profecit, pater Iacobi dicitur meditatione prouecti, ut nō tam homo cum homine cōferatur, quā vis audiendi ad discendū paratissima, cum vi meditandi ad sentiendū idonea. Attamen si hic meditator bene ad finē decurrat, & clarē cernat quæ prius per somniū viderat, in meliorē notam transformatus, & appellatus Israel, id est, Deū vidēs pro Iacob subplantatore, nō amplius ex patre Abraham doctō cēsebitur, sed ex bono Isaac naturali parēte suo. hæc non meā cōmenta sunt, sed oracula inscripta sacris tabulis. Sublatis, inquit, Israel omnibus rebus suis venit ad Iuramenti puteū, & immolauit victimam Deo sui patris Isaac. Intelligis iam nō de mortalibus hominibus, sed de naturæ negotiis præsentē sermonē accipi? ecce enim idem modo Iacob ex patre Abrahā natus, modo Israël ex patre Isaac vocatur ob causam iam redditā. Ergo postquā dixit: Ego sum dominus Deus Abrahā patris tui, & Deus Isaac, subiungit, Noli timere: meritō. Quomodo enim posthac timere possumus cum habeamus te pro clipeo depellente omnes metus & affectus alios, quæ etiā exēplares institutionis nostræ formas proposuisti in propatulo bene doctū Abraham & bene natum Isaac: alterius enim magister, alterius pater nominari sustinuiti, illum in familiarū, hunc in filiorū, recipiēs ordinem. Quapropter etiam terram, virtutem inquam fertilissimam, in qua dormit meditator quiescens, eo quod sensibus dormiat, anima verò vigilet, daturū ei se pollicetur, pacata ipsius quiete delectatus, ad quā non sine bello bellicisq; laboribus peruenerat, non armatus aut homines interimēs (absit) sed aduersarios virtutis affectus debellās & prosternens phalanges vitiorum, pro-

i i iij genies

genies autem sapiētia cum arena confertur, tum propter multitudinē incomprehensibilē, tum quia marinas vndas litoralis arena obiecta repercutit, sicut peccatorū fluctus recta per verbum diuinū institutio. nā hoc iuxta dei promissum propagatur vsq; orbis terminos, & eos qui recipiūt illud facit totius mūdi haredes, omniumq; huius partiū versus orientē, occidentē, septentriones, meridiē. Scriptū est enim Dilatabitur ad mare, austrum, septentrionē, orientēq;.] est autē vir probus nō suū tantū, verū etiā publicū bonū omnium, promptē suā opem offerēs. Sicut enim sol omnibus lucet habentibus oculos, sic sapiēs omnibus quotquot sunt ratione præditi. In te, inquit, omnes tribus benedicētur.] Hoc oraculū vel singulis cōuenit, vel cōplurib⁹. nā siue mea mens virtute perfectē purgata fuerit, etiā meæ terrenę trib⁹ simul purificātur, videlicet sensus & corp⁹ eorū cōceptaculum, siue quis in domo aut ciuitate aut regione aut gente prudētia amator exoriatur, necesse est domū illā ciuitatēve gentēve mores ac vitā corrigere, sicut enim odoramenta replent suaueolēria proximos: eodē modo vicini sapiētis & cōtermini ex afflatu eius latissimē se diffundēte meliores euadūt, ceterū maximū beneficiū animæ certanti laborāriq; contingit comes Deus omnipotēs. Ecce, inquit, ego sum tecū.] Quid igitur nobis deest amplius, cū te possideamus veras diuitias, seruantem in via ducente ad virtutē per omnes eius species? non est enim simplex rationalis via tendēs ad iusticiā & virtutes ceteras, sed sunt plurimæ, per quas cōmodē peruenitur ad sapiētiā, valde pulchrē autē dicitur & illud, Reducā te in terram hanc. Bonum enim fuisset rationem apud seipsam manere, nec ad sensus proficisci: secundaria verò nauigatio est reuerti ad seipsam. Et fortasse de immortalitate animæ dogma hic subiudicatur. relicto enim celesti loco, vt paulò antē dixi, in corpus quasi peregrē profecta est, ei pater pollicetur, nō semper se passurum illā teneri carcere, sed misericorditer soluturū eius vincula, liberatāmq; turò deducturū in vererē patriā, nec prius desitutum opitulari, quā effectus filiē promissionis approbauerit, Deo enim propriē conuenit, id quod omnino futurum est, prædicere, imò quod plus est, ab operibus sermones eius non differunt. Excitata igitur experrectāq; ad eū Qui est quærendū anima meditoria, primū suspicatur eum adesse inibi, suspensō deinde aliquantis per assensu, ob hæsitationē eius cogitationis in metū incidit iam pœnitens. Experrectus, inquit, Iacob dixit:

Domina

Dominus est in loco hoc ego autē nesciebā.] Cui libenter dicerem: & præstat ignorare, quā in loco Deū esse credere, qui circumquaq; cōplectitur omnia, merito igitur timuit, & stupens dixit, Quā terribilis locus iste.] Verē enim in physiologia difficilis est de loco tractatio, in qua quæritur vbi, & in vniuersum an alicubi sit Ens: aliis dicentibus quicquid est occupare locum aliquem, & alius aliū ei tribuentibus, vel intra mundū, vel quēdam vltra mundanū, rursus aliis cōtendentibus, nulli creaturæ illum increatū similit, sed in tantum excellere, vt mentem quoq; omnium velocissimā, ipsius confessione post se relinquat interuallo longissimo, quamobrem exclamat cōfestim, nō est quod putabam, non est in loco dominus. cōtinet enim non continetur, vt docet veritas. mūdus iste quē videmus sensibilis, nihil aliud quā domus est Dei, vnus ex Entis veri Dei potentiis, qua bonus est. Mundū nempe domum & veri cæli portam nominat, hoc quid sit dicam. Mundū intelligibilem illum qui decreto Dei cōstat ex ideis, nō licet nobis aliter percipere quā ex collatione ad hunc nostrū visibilē ac sensibilem: quia nec aliam vllā rem incorporeā cogitare possumus, nisi occasione sumpta à corporibus, quiescentiū enim locus intelligitur, tēpus verò mobiliū, puncta autē lineæ superficiēsq; & in vniuersum fines, velut circūdati amictus extimi, eadē ratione cū intelligibilis mūdi notitia cōtingat nobis per sensibile. hic illius porta dicitur, nā sicut ciuitatē visuri per portā intrā: sic qui mundū illū inuisibile volunt cognoscere, tanquā peregrini sequūtur imaginatiōnē huius visibilis. At ille mūdus essentia tantū intelligibilis absq; cōspectu cuiuscūq; figuræ, solā ideā referens exemplaris ad quod effectus est, ad clarissimā illā speciē vmbra carentē reuocabitur, sublatis & mœnib⁹ & portis omnibus, vt nō per aliud spectetur sed per seipsum, ineffabili spectaculo exerēs pulchritudinē nūquā mirabilē. De his quoq; satis. Huiusmodi somniū est & illud alterū de grege vario, quod ipse qui vidit, experrectus narrat dicens: Angelus domini per visionē in clamauit me: Iacobe, respōdi, quid est? & ait: Leua oculos, & vide hircos aricrēsq; salētes super oves & capras, albos, varios, intersparatos cinerici coloris maculis. Vidi enim quæ facit Labā. Ego sum ille Deus qui apparui tibi in loco Dei, vbi vnixisti mihi lapidē, & votū votiū: nūc ergo surge, & egredere de terra hac, & proficiscere in terrā natalē, & ero tecū.] Vides in sacris literis diuinitus mitti somnia, nō solū per causam rerū antiquissimā, sed & per ministros

stros eius apparitorésq; angelos, qui diuinam felicémq; fortē à summo parente acceperunt? cōsidera tamen & quod sequitur. Sacer sermo aliis vt rex facienda imperat, alios vt præceptor familiares discipulos vtiliter instituit: alios item tanquā cōsiliarius sententiis optimis instruit, nō valētes ipsos sibi cōsulere. rursum cum aliis tanquā cum amicis fidenter amātérq; secreta cōsilia cōmunicat, quæ profanos audire nefas est. interdū scitatur ex quibusdā, sicut ex Adamo illud, Vbi es? ad quod p̄prie respōderi poterat, Nusquam: eò quòd humanæ res omnes nunquā in eodē statu maneāt, subinde mutāte se tum anima, tū corpore, ac rebus extraneis. instabiles em̄ sunt cogitationes, cum earūdem rerū imaginationes nō semper easdē, sed interdū contrarias cōcipiant, corpus quoq; pariter instabile, vt indicant mutationes ætatū cōtinuæ ab infantia vsq; senectutē vltimā. nihilo stabiliōres etiā res extraneæ, pendentes à fluctuātis fortunæ arbitrio. Cæterum quādo sermo ille venit in amicorum cōsistorium, nō prius incipit dicere quā vnumquēq; nominatim appellet, vt arrectis auribus attentī quietiq; audiāt oracula ad perpetuam memoriā: quoniam & aliubi dicitur, Sile & audi. ad hunc modū è rubo Moses vocatur. Vt vidit, inquit, eum accedere ad rē visendam propius, vocauit eū è rubo. Deus, dicens: Moses Moses, qui respōdit, Quid est? Sic & Abrahā, quando Deo tentante pietatē eius, parans immolare dilectū filium vnigenitū, vetitus est genus illud per se doctū, cognominatū Isaac, extinguere. sic enim incipit narratio: q̄ deus tētans eum dixit, Abrahā Abrahā, qui respondit, Ecce ego. tū ille: Sume filium tuum vnigenitū quem diligis Isaac, & offer eum mihi in holocaustoma. Iamq; victima erat altari imposita, cum reuocauit eū angelus domini è cælo dicēs: Abraham Abrahā, qui respōdit, Adsum. dixitq; ei, Ne extendas manum tuā super puerū, neq; facias illi quicquā. Ex hoc diuino sodalicio vnus hic meditator, meritò & ipse vt non postremus nominatim vocatur. Dixit, inquit, angelus ad me, Iacob. Cui respōdi, quid est? Vocatus attēdit diligēter, vt visa bene percipiat, ea sunt orationū, ceu pecorū coitus & generatio. Leuatis, inquit, oculis vidi hircos arietésq; salières super oues & capras.] Hircus caprarū gregis dux est, aries autē ouium. Hæc animalia duos sermones perfectos significant, quorū alter purificat animam, & facit peccatis vacuā: alter eam nutrit, & replet bonis operibus. Tales sunt in nobis duces gregum sermones, greges autem vt oues caprarūq; quarum gerunt nomina, currentes

tes properantésq; ad iustitiam. Tunc igitur leuatis mentis oculis, quos prius clauserat, vidit similes hircis arietibusq; perfectos sermones, paratos ad minuēdas iniquitates & augēdas officia. at quomodo? Dū super oues caprasq;, videlicet iuuenes adhuc tenerásq; animas, pubētes, & vigētes ætate saliant, nō propter brutā voluptatē, sed propter inuisibilē geniturā sapientiū dogmatum. fecundū enim est hoc connubiū, nō amplexus conciliās corporū, sed bene natas animas iungens perfectis virtutibus. Salite igitur omnes recti sermones, coite, seminate, & quancunq; animā videritis fecundam fertilémq; virginem, ne finatis præteritā. inuitatā autem ad complexus initiate, redditéq; grauidam. elegantē enim prolem pariet, masculā, albā, variam, intersparsam cinericiis maculis. hæc verba quid significant querendū est, *ἀλλάλευχοι* albi sunt clarissimi & manifestissimi, quòd *ἀλ* & sæpe in cōpositione verborū augeat rē, vt *ἀλάσφαλον* & *ἀλάσμημον*, quæ voces aliquid perspicuū insignēq; significant. proinde requiritur vt animæ sacra genitura grauidæ prius moeniti fœtus albi sint, similes noui sublustri coloris, sed splendido, quales per meridianam serenitatem fulgēt solares radij. requiritur etiā varietas, non illa in lepræ impuræ morē multiformis ac multiplex, quæ propter sententiæ inconstantiam adsimilatur vitæ huc illuc raptata: incertis casibus: sed literis picturata sigillisq; variis, effectis probè omnibus quorū proprietates inter se tēperatæ mixtæq; musicā symphoniam cōficiant. quidam enim picturadi artē adeò neglectā vilémq; existimāt, vt eam ad textores relegēt. ego verò etiā nomen eius admiror, præsertim quādo terræ segmēta, cælestes circulos, animalium stirpiūq; differentias, & hunc mūdi multiformem cōtextum aspicio. quæ admiratio cogit me credere, huius opificē inuenisse artem variegandi: atq; ita & inuentorē veneror, & inuentum eius honore: operis verò ipsius spectaculo stupeo (quāuis quotam eius portionem vidi) ex eo quod apparet, si tamen satis apparet, diligenter coniecturā sperans me posse facere de cætero. Quin & amatorē sapiētiae miror ob eiusdem artis studium qui multa variāq; hinc inde collecta scit cōtexere. Sumēs enim à puerili grāmatica hæc duo prima, scribēdi legēdiq; facultatem, à perfectiore poëmatum notitiam & antiquitatū memoriā, ab arithmetica geometriāq; certitudinē in iudicio proportionū ratiocinationūq; à musica rithmos, metra cōcinna, colores, tonos, melos copunctū diiunctūq;, à rhetorica inuen-

tionem

tionem, elocutionē, ordinē, dispositionē, memoriam, pronuntia-
 tionem, à philosophia quicquid in his est prætermisum; & reli-
 qua ex quibus cōstat vita hominū, vnum opus floridissimū cōfi-
 cit eruditionē variam, admiscens ei opificē quoq; huius nego-
 tij, quē sacra scriptura vocat Bebeleel, & interpretat In umbra
 dei, hic enim rerū simulacra fabricat, exemplaria verò archite-
 ctus, Moses nomine, ideo ille tanquā umbras delineat: hic verò
 nō umbras facit, sed naturas archetypas speciēsq; & picturis
 ornat sacraria, ille autē doctus ornator pictōrq; loci sapientia,
 monumētis sacrarū literarum inseritur. Hoc ipsum quoq; pul-
 chrum opus Dei, variūmq;, mūdus videlicet, eadē arte sapiēter
 absolutū est. Et nō mirabimur picturā vt magnā scientiā, cui⁹
 sacrarū opus extat factū ratione sapientissima, terra cælōq; tot
 simulacra continēs, vnde meditatiō variarum cogitationum
 materia, post albos em̄ mox vidit varios, eruditionis notis insi-
 gnitos, tertij sunt aspersi cinericij, hos tamen quis sanus nō di-
 ceret varios: verū hic nō tam de differentiis pecorū agitur, q̄
 de via ducente ad virtutē, vult enim propheta in hac incedentē
 aspergi aqua & cinere: quia terrā aqua maceratā proditum est
 formatā esse nō hominis fictore in corpus hoc nostrum, nō ma-
 nu factum opus, sed naturale, est ergo principiū inuisibilis sa-
 pientia, nō obliuisci sui ipsius, & habere semper præ oculis suas
 origines. Sic em̄ superbia, vitiū cū primis exolum Deo, potest
 elui. Quis enim cogitās se aquam & cinerē iam inde à creatio-
 nis suæ primordiis, inflabitur: & cristas tollet per arrogātiā:
 ideo sacrificaturos etiā ad hunc modū aspergi legislator iubet
 neminem censens dignū his muniis qui sibi nō sit natus antea,
 & ignoret vilitatem hominis, quam ex elementis ē quibus cō-
 stat, coniectando intellexisse debuerat. Hæc insignia, album, va-
 rium, sparsum cinericium, quantum ad Meditatore m̄ attinet,
 qui nōdum perfectus ea vidit, imperfecta sunt: quātum autem
 ad virū perfectum, & ipsa perfecta videntur: Cōsideremus quo-
 modo, Principem sacerdotū, quorū ritē immolarurus præscri-
 ptas victimas accedit ad altare, ante omnia cinere & aqua lustra-
 ri sacra lex iubet, vt in sui memoriā redeat: nam & ille sapiens
 Abrahā supplicaturus terrā se ait esse ac cinerē: deinde talarē
 stolam induit, & ornatū pectoralem variū, cælestium siderū quā-
 dam imaginē. Duo enim Dei tēpla esse vidētur alterū hic mun-
 dus, cuius sacerdotiū est penes Dei sermonē primogenitū: alter-
 rum anima rationalis, cuius sacerdos est ille verus homo: cui⁹
 homin

hominis imago sensibilis est pōtifex, qui patrio ritu vota & sa-
 cra facit, huic præceptū est vt iam dictā stolā induat referētem
 cæli similitudinē: vt & mundus vna cum sacerdote operetur, &
 homo cum hac vniuersitate, atq; ita duarū speciēū typi decla-
 rantur, sparsæ & variātiā tertiā perfectissimāmq;, quæ alba
 nominatur, explanabimus, quando hic ipse pōtifex intrat inti-
 ma sacraria, variā illam vestem exuit, sumens aliā lineam, fa-
 ctam ē bysso purissima, hæc significat firmitatē splendidissimi
 luminis, nā hoc telæ genus difficile rumpitur, nec fit ex villa te-
 mortali, & cū bene purgatur candorē habet eximū, per quæ il-
 lud subindicatur, q̄ ex his qui sedulō purēq; colunt illud Ens
 nemo est qui non primū firmatur sentētia, cōtemptris huma-
 nis negotiis, quæ illectos lædunt & reddūt infirmiores: deinde
 immortalitatē cupiat, irritis figmētis cæcorū hominū postre-
 mō illustretur veritatis splendore purissimo nullā posthac ad-
 missurus fallam opinionē pertinentē ad tenebras. Hactenus de
 magno pōtifice insignito tribus dictis signaculis, albo, vario,
 sparso cinericio, at ille rerū humanarū administrationis cupi-
 dus, nomine Ioseph, extremas notas, vt apparet, nō affectat, sed
 solam mediam variā, narratur enim habuisse tunicā variā, nec
 aspersus sacris lustralibus, vnde agnoscere poterat, se lutū factū
 ex aqua & cinere, nec virtutis vestem adeptus candidissimam:
 amictus tantū textura ciuiliū rerum varia, cui minimū quid-
 dam de veritate inspergitur, maxima verò ex parte cōstat ē ni-
 daciis ratione fucatis, persuasibilibus, & præferētibus quādā
 veritatis speciē: vnde origo sophistarū Aegyptiorum omnium,
 vt sunt augures, ventriloqui, prodigiorū procuratores, aduersa-
 rij graues & præstigiatores maximi, quorū insidiosas artes dif-
 ficile habetur euadere, ideo tunicā hanc Moses inducit naturali-
 ter infectā sanguine: quoniā tota vita temp. administratis cōta-
 minatur, dum bellū aut infertus propulsatur, infestāribus sub-
 inde aliis atq; aliis improuisis casibus, scrutare quēlibet gratio-
 sum apud populū, cui bene succedūt negotia, caue te miratores
 eius decipiāt, iuuenes multos morbos multas pestes in eo late-
 re, huc illuc obro collo trahentes eius animam inuisibiliter li-
 cet reluctantem ne opprimatur, vel efferta tandē plebeia mul-
 titudine, vel alicui⁹ potētis insidiis, huc accedit inuidia gra-
 uis inimica & vix superabilis: omnes quæ vocantur felicitates
 imperere solita, quā euitare nō est facile, quid est ergo cur no-
 bis placeamus administrationē reipu, tanquā veste versicolori,
 decepti

decepti eius externa specie. nec animaduertentes latentē in insidiis periculosam turpitudinē: quin potius exuta ista tunica florida sacrā illā vestē induimus intertextam variis virtutibus: sic enim insidias euademus, quas nobis struit inertia, inscitia, ineruditio, Labanis sodalitiū. postquā enim nos purificatos lustrationibus sanctitatē inducentibus sacer ille sermo veris ornauit philosophiæ rationibus: adiūctosq; p̄batis insignes ac illustres reddidit, incusamur à maliciosis morib⁹ modo dicta bona instantibus. ait enim: Vidi quæ tibi Labā facit: nimirum cōtraria meis munerib⁹, perēs te impuris, improbatis, clāclurariisq; artibus. sed nō est timēdū freto diuina ope, quapropter dicit, Ego sum ille Deus quē in loco Dei vidisti.] Egregia laus animæ, dignā habitā esse quæ Deū videat & audiat. Hic locus nō est cursum prætereūdus, sed diligēter examinādus, an duo dij sint. Legit em̄, Ego sum ille Deus q̄ tibi apparui, nō in loco meo, sed in loco Dei, quasi alterius. quid igit dicendū? Re vera Deus vn⁹ est. abusiue autē plures: ideo sacra scriptura nunc illū verū per articulū indicat, dicēs: Ego sum ille Deus. cæterū abusiue dictū sine articulo enuntiat, qui apparui tibi in loco Dei, nihil adiūgens ad Dei vocabulū. vocat autē Deū nunc antiquissimū sermonem suū, nō superstitiosē de nominibus sollicitus, sed vnū spectās sine proposito. nam & alibi cōsiderans an sit aliquod Entis nomē, laaris didici nullū esse propriū: & quodcūq; dicatur dici abusiue. nō potest enim dici aliud quā solū Ens, attestatur mihi oraculū illud percōtanti de nomine redditū, Ego sum ille Ens: vt cū homo nō possit cogitare nisi quæ nō adsunt Deo, saltē eū esse credat. hunc cum animabus corpore carētibus dicatis ipsius ministerio tanquam amicū colloqui videtur probabile: cæterū cum degentibus in corpore, per speciem angelorū, natura nihil mutata interim, quādoquidē est immutabilis: animabus tantū per visionē cōcipientibus formā imaginariā, & verā speciē se videre putātibus. est enim decantatū priscorū fabulis, numē humana specie ciuitates obire, obseruādo quid in eis cōtra ius & fiat, id vt verū nō sit, tamen fortasse vulgatū fuit vtiliter. at scriptura, semper sanctē reuerētēq; de Ente loqui solita, nihilominus stultorū hominū vitā erudire cupiens, homini quidē eū assimilat, sed nō personis particularibus. ideo manus pedes, os, vocē, irā furorēmq; & vindictā etiā, introitus exitusq; , sursum deorsum & quaqua versum motus ei tribuit hac parte nō verborum veritatē respiciens, sed vtilitatē discētium: nimirū quia

nota

nota est quorundā naturæ obrusitas, vt omnino nō possint Deū cogitare sine corpore, quos non est possibile ad officiū reuocari modo alio, nisi audiāt Deum more humano ire atq; redire, descendere ascēderēq; , vociferari & indignari propter peccata hominum, interdū etiā inclementer irasci & implacabiliter. imò etiā tela gladiosq; & instrumēta vltionis alia cōtra sceleratos ei parata esse. Bonū certē fuerit, si vel talibus minis inrētatis ad sanam mentem redeant. vix enim aliā viā præter has duas vllus legislator ingreditur: quarū vna vergēs ad veritatem docet, non esse Deū sicut hominē: altera tardioribus se accōmodans ait: Castigabit te dominus Deus sicut homo castigat suum filiū. quid igitur mirū est eum adsimilari angelis, quādo propter egentū vtilitatem non refugit similitudinem hominum, sicut quando dicit, Ego sum ille Deus qui apparui tibi in loco Dei. quod sic intelligendū est, eū tenuisse locū angeli vt tunc videbatur salua sua natura; vt prodesset nondum valētī verum Deum cernere. nam quemadmodum radios solis repercussos vident etiam qui non possunt ipsum obtueri, & in lunaribus radiis, sicut in ipsa, conspicitur mutatio: sic imago Dei sermo ipsius nuntius, tanquā ipse intelligitur. Viden⁹ Agar, hoc est liberalē eruditionē angelo dicentē, Tu es ille Deus qui respexit me? non erat enim idonea videre illū antiquissimū rerū autorē, mulier Aegyptij generis. at nūc mens incipiēs proficere, omnīū potentiarū regē imaginatur. ideo dicit ipse: Ego sum dominus Deus, cuius imaginem tanquā me prius vidisti, & lapidē mihi inscriptū dedicasti. quæ inscriptio docet quod solus ego sto, & omnīū rerum naturā statuo. perturbatione cōfusionēq; in ordinē ornatūmq; reducta; suffultis rebus omnibus, vt firmo nitantur fundamēto & solido, potenti meo sermone videlicet, qui mihi est vicarius. nam lapidea columna tria significat, statū, dedicationē, inscriptionē: de statu inscriptionēq; diximus, superest vt explicemus dedicationē. nā cælū & mundus dedicantur suo creatori: & animæ quotquot ciues mundi charæ Deo sunt, seipsas consecrant; nullo distracta mortaliū rerum desiderio. cōsecrata: autem per totam vitam indefessæ vacāt bonis operibus. Stultē porro facit qui non seipsum sed aram Deo dicat, putās esse in rebus creatis quicquā stabile, aut dignū titulo, vel tale vt nō etiā inscriptum mox aboleri debeat, vituperabile magis quā laudabile. ideo clarē in sacris literis præcipitur, Non statues tibi ipsi statuā, nihil enim humanum verē stat, etiamsi crepuerint qui reclamāt

ment


mentientes, putat enim se non tantum stare firmiter, verum etiam esse dignos honoribus ac titulis, oblitus eius qui solus vere stat & solus honorari debet, deflectentes enim eos & auersos a via virtutis magis etiam in errore sensus inducit, ceu cognata vxor eorum, & cogit in sirtes & breuia: vt anima tanquam nauis defixa hæreat morte statua. Nam & Loti vxorem postquam respexit, scriptura narrat versam in salis statuam: & merito. Quia si quis in anteriora visu auditumque digna non prospicit, hoc est in virtutes & earum opera, malens a tergo relicta respicere, vanam gloriam, carcas diuitias, insensatam corpulentiam, demerem formositatem, & id genus alia cõsectando, stabit in anima statua tabescetque paulatim. Sal enim est res parum solida. Rectissime igitur meditator exercitatione continua doctus, creaturam suapte natura esse mobilem, creatorem immobilẽ, ponit deo columnam lapideam, & inungit. Dicitur enim: Vixisti mihi columnam lapideam. Caue autem putes vultum oleo lapidem, sed intellige totum de Deo stante in anima, id quod incredibiliter eam vngit, confirmatque, addendo menti robur insuperabile. est enim certaminum exercitiorumque cupidus quisquis se honestis studiis dedit. itaque merito quæ germanam medicinam aut alipticen excoluit, omnes ad virtutem pietatemque pertinentes sermones inungens componensque, a deo dicant pulcherrimam & firmissimam. ideo post dedicatam columnam lapideam ait se votum vouere. Votum autem intelligitur proprie deuotio, quam quis non sua tantum, sed etiam seipsum eorum dominum, Deo donum dedicat. Sanctus est, inquit qui alit comam capitis, qui votum fecit. Quod si sanctus, utique dedicatus, nihil profanum posthac attrectaturus. Ad stipulatur mihi Anna prophetissa & prophetæ genitrix, cuius nomen interpretatur gratia. Ait enim se dedicare sacris Samuelẽ, non tam hominem, quam vitæ genus afflatum diuinitus, & extra se ratum numine. Samuel autem interpretatur ordinatus Deo. Ergo quod insanus anima & in vanum laboras, quin ad Meditatorẽ accedis, sumptis armis, quibus affectus arceas & luctando superes? Sic enim breui discas præcellere gregibus, non ignobilis bruti malique; pastri pecoris, sed probati rationalis & pulcherrimi: quorum magistra si fueris, miserum hominum genus miseraberis indefinenter ad diuinum cultum hortando. Deum quoque incessanter laudabis, sacros hymnos inscribentibus tabulis, vt non solum expeditis verbis sed & carminibus musicis virtutes eius celebres. sic enim poteris & in paternam domum restitui postliminio, finitis legibus durisque; peregrinationis laboribus.

Finis prioris Tomi.

IN PHILONIS IVDÆI OPERA, RERVM ATQVE

verborum Index copio-

sissimus.

 Aron	346.358.	Abiud	358
Aaron Mosi frater	347	Abimelecchi typus	209
Aaron frater Mosi, id est, eloquentia philosophiæ, vel sermo mentis	143. 157	Abraham	313
Aaron Mosi manus imponit, eumque ad pugnam aptum reddit.	143	Abraham verus Dei amicus	246
Aaronis cum Magis cõtentio.	347	Abraham in pace nutritus	449
Abel pastor pecorum	116	Abraham pietatis atque pacis cultor sanctissimus	329
Abel cur pastor fuisse dicatur	121	Abraham fuit non minimus ex prophetis	445
Abel adipem cur vnã cum primitiis offerat	136	Abraham plantat agrum ad puteum & nomen domini inuocat	197
Abel contemplationi, non etiam eloquentiæ deditus, a Caimo sophista trucidatur	142	Abraham à Deo benedicatur	343
Abel interemptus viuuit	145	Abraham in patriam reuocatur	339
Abelis natiuitas	117	Abraham fœderatos profligat	282
Abelis & Caimi fratrum diuersa studia	ibid.	Abraham forti animo atque indubitata spe contra rationem Deo credidit	334
Abelis & Caimi sacrificia	115	Abraham largissimè à Deo benedictus	86
Abelis sacrificium cur Deo gratum	121	Abraham ab angelis admonitus periculum effugit	317
Abelis sacrificium cur Deo gratissimum	142	Abraham, filium Isaac Deo cur & quomodo obtulerit	256.
Abelis vita felicissima	145	Abraham quam ob causam filium mactare statuerit	325.326
Abelis clamor ad Deum	ibid.	Abraham cur procul à patria à Deo migrare iussus	67
Abelis typus	345	Abraham ad quos patres ire à domino iussus	447.448
		k k	Abra

I N D E X

Abraham è Chaldaeorū terra demigrans habitavit Char- ran 359	Abrahami in Charrensem re- gionem ex Chaldaea profe- ctio 312.313
Abrahā cur Abrā vocatus 225	Abrahami pro Sodomitis pre- cationes 380
Abraham quādiu in Chaldeo rum terra hæsit, cęlestis fuit homo ibid.	Abrahami progenies à Deo benedicta 425
Abraham in Charris cur diu habitare nequiverit ibid.	Abrahami typus 95.310
Abrahā cur redire dicatur à cō cisione Chologomodor & re- gū cum eo fœderatorū 213	Abrahamo cur Deus non fue- rit conspicuus cū in Chal- daea versaretur 313
Abraham suos relinquēs quid significet 162	Abrah. veteres promissiones à Deo sæpius cōfirmatae 426
Abrahā cur breuioris æui quā vllus maiorum suorum 241	Abram 313
Abrahami genus 247	Abram Deo filium offert sacri- ficio 324
Abrahami nomen vnde sum- ptum 255	Abram cur Abraham appella- tus 313
Abrahami educatio 503	Abyssum quid 6
Abrahami virtutes & felici- tas 246	Adamus primus homo cur ex terra limo à Deo formatus 27
Abrahami in Deum peculia- ris pietas 324.325.326.327	Adamus primus homo fuit o- mnium formosissimus 28
Abrahami fides 91.425	Adamus ex purissima & pecu- liari industria à Deo prapa- rata terra formatus ibid.
Abrahami diuitiæ 328.333	Adamus sanctitate pietatēque posthabita ad calliditatem vergēs ex paradiso eicit 31
Abrahami mansuetudo 328	Adamus qua ratione in paradi- sum à Deo collocatus 50
Abrah. in bello res gestæ 443	Adamus cū omnibus rebus nomina imposuerit, sibi cur imposuerit nullum 50
Abrahami & Sarræ sanctissi- mum coniugium 315	Adamus cur trāsgressionis cul- pam in Euam reiciat 62
Abrahami de hostibus suis vi- ctoria & gratiarum actio ad Deum 223	Adamus cur post lapsum nu- dus fuisse scribatur ibid.
Abrahami semen inquilinum in aliena terra 448	Adamus fugiens Dei conspe- ctum,
Abrahami semen cur à Deo benedictum 241	
Abrahami de cognatione in terram alienam migratio 336.448	

I N P H I L O N E M.

ctum, quò aufugerit 62	nanæam ductus 377
Adamus à Dei conspectu aufu- giens, ad seipsum fugit 58	Aegyptij natura iactabundi & superbi 173
Adamus post lapsum fugiens, cur solus à Deo vocatus 61	Aegyptij dum per medias ma- rinas vndas fugerunt, cur excussi dicantur 187
Adami etymologia 50	Aegyptiorum idolatria 482
Adami cęlestis & terrena ima- go ibidem	Aegyptiorum gens amantissi- ma corporis sub aquam fu- gere cur introducatur 287
Adami ante lapsum' conditio 40	Aegyptiorum sophistæ vnde orti 511
Adami excellentia atq; pote- stas ante lapsum 29	Aegyptiorum in honorandis hospitibus mos 476
Adami lapsus ibidem	Aelim 412
Adami lapsus quā grauitè à Deo punitus 51	Aequalitas mater iustitiæ 203
Adami filiorum dispersio 374	Aequalitas iustitiæ mater & nutrix 203
Adamo qualis anima à Deo primum inspirata 27	Aequalitas in omnibus seruan- da 171.172
Adeps, renes & fibra iecoris Deo sacrificia accepta 136	Aequinoctia 24
Admonitionibus diuinis ob- streperes, gladio vltionis peribunt 277	Aequinoctia cur fiant mense septimo 24
Adolescentia 22	Aër omnibus terrestribus & aquatilibus animalibus cau- sa vitæ 249
Adulationis detestatio 350	Aëris natura 496
Adulatoris descriptio 201	Aëris in mundi creatione lo- cus 6
Adulatorum imposturæ 451	Aetates hominis iuxta Hip- pocratem & Solonem se- ptem 22
Adulterij poena 458.459	Aetatum omnium ratio pul- chro carmine à Solone de- scripta 21
Aegyptus corporis nostri si- gnum 143	Aethiopia 46
Aegypti fertilitas 315.411	Affectio scēmineus animæ fœ- tus 131
Aegypti imperium amplissi- mum 468	Afflictionis vtilitas 388.389
Aegypti per ampla magnificā- que potentia 276	Affectiones ad virtutem ten- dentib
Aegypti præfecturæ 363	
Aegypti typus 288	
Aegypti rex ob libidinem gra- uiter à deo punitus 315	
ex Aegypto cur popul' in Cha-	

INDEX

dentibus relinquenda	142	Agricolæ & operarij terræ dif-	
Afflictiones naturaliter foemi-		ferentia	174
ninæ	ibid.	Agricultura ars	ibid.
Affectus in homine spiritus si-		Agricultura & facultas opera-	
miles	94	ria differunt	166
Affectus quatuor molestissi-		Agricultura anima spiritualis	
mi, timor, dolor, tremor &		167	
gemitus	156	Agriculturæ studium à Deo	
Affectus quibus artibus via-		hominibus commendatum	
cendi	179	199.200	
Affectuum irritamenta	76	Alexandri magni dictum	109
Affectuum in homine domi-		Alexandrinis adulationis vi-	
nationes potentissimæ	447	tium innatum	488
Affectuū frenandorū ratio	121	Altaris typus	272
Agar	369	Amalech	373
Agar à Sarra affligitur	389	Amalechi typus	84
Agar encyclopediæ compata		Amaritudinis locus	387
tur	370	Amator sui Caim Abelem, id	
Agar disciplinæ indifferentis		est opinionem piam interfi-	
typus	96	cit	150
Agar tres ob causas ab heræ fa-		Amatoris proprietates	216
cie aufugit	389	Ambitionis detestatio	417
Agar fugiens Sarram venit ad		Amicitia fucata	201
fontem Sur	ibid.	Amicitia symbolum	476
Agar à Sarra Abrahamo con-		Amicus non temerè ostenden-	
ceditur	367	dus	259
Agar à Sarra Abrahamo in ter-		Amonitarum typus	66
ra Chanaam copulatur	375	Amorrhæi	451
Agar apud fontem inuēta cur-		Amorrhæi populi	91
aquam non hauserit	414	Amorrhæorum peccata	451
Agens vicissim patitur	145	Amram accipit vxorem de fi-	
Agricola artifex est	155	liabus Leui	383
Agricola spiritualis bonus &		Angeli quid	116
malus	ibid.	Angeli boni ac mali	249.
Agricola non nisi peritus	166	250	
Agricola scrobem parās plan-		Angeli propter diuinum mini-	
tæ in thesaurum incidit		steriū sancti appellādi	ibi.
267		Angelorum felicitas	251
Agricolæ boni officium	154.	Angelorum ministeria	290
166		Angelorum officia	250
		Ang	

IN PHILO NEM.

Angelorum bonorum habita-		tenta, nullius præterea indi-	
tiones	300	get	172
Angelorum malorum munus		Anima tanquam nautis ab affe-	
atque officium	250	ctibus in profundum Ae-	
Angelorum in diuersa corpo-		gypti, id est, corporis mer-	
ra emigrationes	ibid.	gitur	176
Anima hominis tripartita	281	Anima victrix hymnum canit	
Anima pura Dei domus sacro-		Deo	175
sancta	501	Anima verus virtutū omnium	
Anima rationalis Dei templū		paradisus	193
510		Anima honestè versata sapien-	
Anima tabernaculum dicitur,		tiam quidem, sed non illius	
in qua Sarra, id est, virtus ha-		autorem cognoscit	142
bitat	146	Anima quæ virtutis amicam	
Anima cohabitans cum pru-		dogma tollit, virtuti est	
dentia diuinis alimentis nu-		mortua	145
trititur	77	Anima athletæ à philosophi	
Anima quomodo assuefacien-		anima quantum differat	64
da ne malis imaginationi-		Anima ex coniunctis rebus a-	
bus decipiatur	128	gendo paritur	145
Anima masculo prægnans, id		in Anima omnes rerū formæ	
est, iusto proposito, latissi-		continentur potentia	52
ma redditur	156	Animæ essentia	150
Anima quibus rebus illustre-		Animæ species duæ	286
tur	256	Animæ partes atque potentia	
Anima suam ipsius migratio-		72	
nem ignorat	116	Animæ basis	501
Anima vidua, & adultera	161	Animæ officium	237
Anima irrationalis in septem		Animæ festa	386
partes diuiditur	164	Animæ motus	489
Anima mali & boni circa quæ		Animæ alimentum	51.81.155.
occupentur	168	406	
Anima repurgata à vitiiis Dei		Animæ potentia	123.125
domus est	247	Animæ vires	ibidem
Anima sapiētis cælū habet pa-		Animæ oculi	384
triam, in terra peregrina-		Animæ delicia	193
tur.	173	Animæ equitatus	176
Anima equo, equiti & infellori		Animæ satellites	281
similis est	ibidem	Animæ luxurientis familiares	
Anima à Deo pasta, eoque con-		236	

I N D E X

Animæ instrumenta familiaritatem cum virtute & deo ferre non possunt	119	modo rationis excutiat frenos	169
Animæ bonæ ac malæ	249	Anos	169
Animæ partes brutæ pecoribus afsimilantur	168	Animalia irrationabilia	110
Animæ lac sunt Musices rudimenta: cibus solidior, virtutes	166	Animalia nobis à natura data	169
Animæ partus & locus parienti	131	Animalia pura & impura	183
Animæ motus diuersi in diuersis corporibus	233	Animalia reptilia quatenus à deo ad esum interdicta	344
Animæ respub. quomodo optimè regatur & contrà	171	Animalia ruminantia cur lege prohibita	183
Animæ maximum bonum de potentia dei non dubitare	199	Animalia omnia hominem tanquam serui dominum reuerentur & imperata faciunt	17
Animæ rationalis cum irrationali pugna	137	Animalia munda de quouis genere septena cur in arcæ ducantur	164
Animæ ps muta & vocalis	152	Animalium omnium conceptio & generatio	13
Animæ agricultura quid proficitur	166	Animalium diuersorum creatio	12
Animæ bonæ modi	177	Animalium diuisio	300
Animæ potentia extinguuntur destitutæ oportunitatibus	244	Animalium diuersæ species	431
Animæ morbi perniciosissimi	276	Animalium diuersorum proprietates	497
Animæ mors	52.403	Animalium differentia	189.190.501
Animæ mors, à virtute excludi	149	Animalium diuersa nutrimenta	501
Animæ immortalitas	506	Animalium omnium eadem vox	29
Animarum differentia	64	Animalium capita cur Deus à terra paululum retraxerit	190.191
Animarum incorporearum in aère sacer chorus	300	Animalium brutorum duplex genus	120
Animarum figuræ cur visu non assequantur	249	Animalium diuisa vngula in scripturis quid designet	182
Animarum corpore carèrium domicilium	500.501	Animalium loca naturalia viuendi	161
Animal nostrum cur & quomodo		Animalium omnium species cur in arcam Noë introductæ	

I N P H I L O N E M.

Etq. in paradysum autem nequaquam	193	Arrogantiæ remedia	509.510
Animi dolores grauissimi	447	Artis & scientiæ differentia	384
Anna prophetissa	514	Artes contemplatiuæ & actiuæ	44
Annæ sterilitatis causæ & rationes	257	Artes suapte naturâ in profundo politæ	485
Annæ sanctissimæ femine typus	256	Artes non inuita Minerua tractandæ & discendæ	140
Anni secundum Mosis doctrinam initium	434	Artes liberales viâ ad virtutis arcem solæ demonstrant	360
Annulorum mysterium	470	Artium inuentiones	509
Aqua quale elementum	26	Artium diuisiones	182
Aquæ incorporea in prima creatione essentia	5	Artium delitiæ	376
Aquæ lustralis in sacrificiis usus	510	Artium omnium fœtus	384
Aser	348	Artium liberalium studia quam necessaria	216
Asinus laborem significat	132	Artium fines dissimiles	221
Astrologia	312	Artium fines inuestigabiles	198
Astrologiæ initia & usus	19.11	Artium ideæ non pereunt, quibus indiuiduorum artes intereant	149
Astronomia omnium scientiarum regina	373	Athletarum cibus proprius	51
Astronomia à Chaldæis inuenta	359	Auaritiæ pestis	457
Asylorum instituto	400	Auditus officium	380.416
Arbor scientiæ boni ac mali num fuerit in paradiso	51	Audita pro testimonio non dicenda	295
Arbor vitæ quid	31.44	Aues ad hominis victum quæ prohibita	443
Arbor vitæ in medio paradisi cur locata	44	Auium prima creatio	13
Arbores steriles & excindendæ, cui similes	166	Auium differentia	442
Arborum prima creatio	44	Aunan	357
Arborum purgandarum ratio	202	Azimi subcineritij	123
Aromatum cõpositiones	438	Azymorum festum cur cum amaris lactucis agrestibus celebrandum	386
Aaron Mosem osculatur	420	B Abyloniæ regnum à Nebrode administratum	255
Aaronis etymon	227	Babylonicæ turris ædificatio	289.290.291.292
Aaroni atq. filijs cur vini usus prohibitus	ibid.	Babylonicæ turris interpretatio	k k iij
Arrogantiæ detestatio	122		

I N D E X

tio mystica	292. 293	Bitumen ad Babyl. turris aedi- ficationem, cur sumptū	291
Bæthuel	395	Blasphemiae poenae	399
Bæthuel Rebeckæ pater	ibid	Bona vera & perfecta	138
Balaam	100. 298	Bona voluptariorum	162
Balaam sophista, vulgi incon- stantis typus	148	Bonum quid reuerà appellan- dum	245
Balaam terræ progenies	377	Bonus vir impudica & turpia non profert	158
Balaam cur resistētē sibi an- gelum non viderit.	ibid.	Boni viri omnia possidēt	197
Balaam licet egregios hym- nos fecerit, execratus tamē à scriptura dicitur	350	Bonorum felicitas	144
Balam Rachelis ancillam cur ante heram suam parere Deus voluerit	77	Bonorum omnium triarantū genera	246
Bala	370	bonorū omnium possessio so- lo labore comparatur	119
Balæ filij	270	Brutorum genus duplex	120
Barad	415	Byssi prouentus	381. 511
Beneficentiæ diuinæ leges & limites	4	Adde	413. 415
Beneficia in alium collata, au- tori maximè profunt	145	Caddes puteus	ibidem
Beneficium ab iniusto non ac- cipiendum	158	Caim, possessio significat	142
Benignitas res est contempti- bilis	171	Caim terræ operarius	168
Beseleel	509	Caim sterilem terram colit, ti- midus & mœrens	156
Beseleel cur sursum à Deo vo- catus	191	Caim terram operabitur, non erit agricola	154
Beseel architectus eorum om- nium quæ erant in taberna- culo	68	Caim Deū quasi nō omnia co- gnoscētē fallere studet	147
à Beselele cur tabernaculi va- sa post Mosē sint delineata	60	Caim & Abelis pugna in qui- bus consistat	148
Bibendi certamina	208	Caim Abelis nō est custos	142
Binarij numeri vsus	266	Caim sophismatib⁹ Abelē fra- trem expugnare conatur	337
Bitumen in Babylonicæ tur- ris aedificatione quomodo in lutum mutatum	291	Caim cur de fructibus & non de primitiis Deo obtulerit sacrificium.	125
		Caim coram Deo se absconde- re conatur	163
		Caim maledicitur	152. 153
		Caim quomodo posit⁹ in signū ne à quouis interficeret	165
		Caim post	

I N P H I L O N E M.

Caim post natum sibi filium ciuitatem condit	293	Carbunculi significatio	48
Caim idololatriæ speculū	125	Carbunculorum copia	45
Caim à seipso occisus	144	Carcerum custodes homines crudelissimi	463
Caim superstes animæ morte interiit	148	Carnis vocabulū quàm latè in scriptura accipiatur	251
Caimi natiuitas	157	Carrensis ager	312
Caimi etymon	115	Cerebrum & cor quare deus sibi offerri noluerit	136
Caimi crimina	128	Ceremoniis non nimium in- hærendum	140
Caimi & Abelis sacrificia	115	Certamina sacra	179
Caimi sacrificiū non ritè obla- tum	181	Certatores eximij & absque armulis	141. 142
Caimi sacrificium cur deo di- splicuerit	121	Cessare à terra qd significet	156
Caimi fratricidæ mors nusquā in lege inuenitur	396. 397	Chaldæa regio fortunatissima	312
Caimi occisor, septē multas, quomodo luat	164	Chaldæi astrologiæ peritissi- mi	312. 490
Caimi typus	105	Chaldim	426
Caimum nō quivis interficiet, sed sol⁹ virtutis amicus	164	Cham idem quod color	244
Caij inexplibilis auaritia	239	Cham quiescentis initij habet nomen	ibidem
Caij insana vœcordia	ibid	Cham motus ad peccatum, sic Chanaan	ibidem
Calliditas voluntarius animæ morbus	121	Cham cur fratrū suorum ser- uus factus	244. 245
Camelum cur scriptura inter animalia enumeret impu- ra	181	in Cham Noë filium cur ahe- ni peccati culpa transfera- tur	245
Campus certaminis signū	137	Chamos	91
Candelabri sacri fabricatio	440	Chanaan idem quod commo- tio	244
Canicies in sacris quid signi- ficet	127	Charra ciuitas	489. 490
Caprarū in sacrificiis vsus	701	Charran	261
Caprorum in sacris vsus	707	Charran plena pecudibus	364
Castrati cur à rebus diuinis se- parati	345	Chebron vallis, corpus nostrū significat	139
Castrorum militarium mysti- cus intellectus	222. 223	Cherubim	401. 402
Carbunculi descriptio	49	Cherubim duo	434
		kk v	per

I N D E X

per Cherubim & versatiliē gla diū quid subindicet 98.99	Concupiscentia cum tigride comparatur 46
Christus prorex & pastor do- minici gregis 172	Concupiscentia ex voluptatis amore qua ratione nascatur ibidem.
Cibus immoderatē sumptus multorū morborū causa 32	Concupiscentiæ vis 447
Cinerum in sacrificij vsus 510	Concupiscentiæ pestis 223.281
Cisternæ 264	Concupiscentiæ hostis tempe- rantia 46
Ciuilis vitæ institutio 460.461	Confessio 48
Ciuilis hominis officia 453	Confessorij viri descriptio 49
Ciuitas Dei sancta 292	Confusio linguarum quomo- do facta 301
Ciuitates refugij 399.401	Confusio à separatione quid differat 302
Ciuitatum condendarum ra- tio 3	Cōfusionis vocabulum in scri- pturis quàm latè accipia- tur 302.303
Clamor in castris pugnārium cuius rei typus 222.223	Conscientiæ malæ stimulus 293
Coci & medici differentia 406 461	Consuetudo altera natura 463
Cælum vnde dictum 188	Cōsuetudines mulieribus ma- gis quā viris curæ sunt 217
Cælum cur quarto die à Deo creatum 8.9	Contemplatio virtutis semita 142
Cælum ex qua materia à deo creatum 5	Contēplatio sine actione scien- tibus est inutilis 372
Cælum totum volucre 467	Continentia lasciuia torman- tum grauissimum 316
Cæli forma 6	Contumaciæ pestis 212
Cæli motus 248.290.291	Cōuersatio malorum strenuè fugienda 190.191
Cæli motus contrarius 98	Conuictus malorum nihil bo- ni parit 463
Cæli natura incomprehensibi- lis 486	Conuiuij sobrij descriptio 393
Cæli homines 254.255	Coquorum princeps apud re- gem Aegypti veniam cur non meruerit 461
Cælestium orbium motus 98	Cor & cerebrum nusquam in sacrificiis deo offeruntur 136
Cogitationes mētis partus 157	
Cognitio sui verum sapientiæ fundamentum. 509	
Columbæ sacrificium 430	
Columnæ lapideæ vnctio 513	
Columnæ lapideæ significatio ibidem	
Concupiscentia omnium affe- ctionum molestissima 211	

I N P H I L O N E M.

Corpus nostrum valli accom- paratur 139	est 159
Corporis definitio 384	qui Despetat, non est homo ib.
Corporis actiui dimensiones 20	Deus quid 296
Corporis incommoda à terre- stribus causis prouenientia 153	Deus cum nomen non habeat, cur humano generi suum nomen sit largitus 319
Correptionis diuinæ vtilitas 388	Deus beneficæ potentia nomē 503
Creaturæ principium dei bo- nitas 66	Deus bonitatis nomen 65
Creaturarum à rebus diuinis separatio 408	Deus ob immensum diuinita- tis atq; maiestatis splendo- rem, oculis humanis cerni non potest 565
Croesi Lydorum regis aduer- sa fortuna 468	Deus solus ens incomprehen- sibile 441
Cupediariorum artes 238	Deus vniuersitatis anima 50
Dynomyæ animalis descrip- tio 430	Deus archetypus rationalis naturæ 150
Damascus 421	Deus est, qui est, quia solus stat in essentia 162
Dan, interpretatur iudi- cium: & vim animæ singu- la indicantē significat 177	Deus vir & pater vniuersorum 160.161
Danis serpens equini nō huma- ni cur admorsor calcanei 178	Deus pastor 161
Danis serpens fortitudinis ima- go. ibidem	Deus immutabilis 256.257
Decimarum institutio 378	Deus omnis qualitatis expers. 41
Decem præceptorum dei bre- uis explicatio 434.435	Deus inginitus, non opus ha- bet creaturarum accidenti- tibus, quibus tamen interdū ob hominum stupiditatem describitur 263
Delectationis & tristitiæ idem subiectum 86	Deus ꝑ cuiusq; portione mo- deratur suam gratiam 4
Denarius numerus deo fami- liarissimus. 378	Deus satis à nemine colitur 54
Denarius numerus totius sa- pientiæ compages 381	Deus omnia continens in nul- lo omnino cōtinet loco 61
Denarij numeri apud Moſen dignitas 378	Deus omnium creaturarum si- gulus omnia nouit 68
Denarij numeri perfectio 383	Deus naturas bonas nulla cer- ta de causa extollit 65
Desperatio rationis expertū	Deus sol

I N D E X

Deus solus idoneus est qui primum de seipso certo pronuntiet	87	nistrari & dispensari vniuersa	300
Deus quibusnam gaudeat sacris	140	Deus nequaquam iniustus	399
Deus vnus, sempiternus atque omnipotens	35	Deus non est causa peccati ibi.	
Deus cur hominum more irasci & castigare suos filios dicatur	162	Deus non iussu tantum sed nutu etiam operatur	2
Deus benignus cum sit, etiam imperfectis sua dona largitur	40	Deus quibus rebus verè colendus	254
Deus quomodo omnium rerum autor dicatur	181	Deus creator mundi, pater, sapientia, per quam vniuersa condita, mater	146
Deus suo nos exemplo ad virtutis emulationem prouocat	40	Deus omnia cognoscens cur aliquando interroget	146
Deus purissimas tantum mentes insensibiliter visitat	502	Deus sibi ipse locus, & ipse seipso plenus, sibiq; sufficiens est	42
Deus cur se dicat Abr. dominum esse, Isaaci verò Deum	503	Deus rebus mortalibus libero homini apparet	162
Deus quibus oculis desuper omnia videat	295	Deus verus actiuus est, alij passui	163
Deus risus & boni gaudij autor	157	Deus non venditor sed donator rerum suarum	113
Deus in omnibus operibus semper sui similis	199	Deus solus vbique & nusquam est	295
Deus pura mente in primis colendus	494	Deus otiosus à gentilibus quibusdam fingitur	12
Deus omnia videns non potest falli	495	Deus misericordiam suam indignis etiam interdum largitur	265
Deus vnus tantum, abusuè autem dii plures	511	Deus qua ratione iracundus interdum dicatur	264
Deus bonorum tantummodo causa est, mali non	301	Deus omnibus potentiis excelsior	295
Deus qua ratione rerum omnium autor à Mose dicatur	266	Deus quomodo ea quæ creauit viderit, bonaque cuncta iucauerit	340
Deus verbo qua ratione omnia condiderit	124	Deus est vbique & omnia in omnibus	54
Deus vnicus est rex, dux & princeps à quo solo fas est admitti		Deus omnia videt	146.147
		Deus laudauit à se creata, cum vidisset	

I N P H I L O N E M.

vidisset omnia bona esse	433	nat quã innumerabilia	225
Deus quatenus imperat tum bene tum malè facere potest, quatenus autem beneficus alterum solum	199	Dei cognitio nihil non illustrat	216
Dei spiritus quid	250	Dei proprium officium est operari	36
Dei varia nomina	42.418	Dei sola prouidentia mundus gubernatur	35
Dei nomen æternum	309	Dei cultor libertate sempiterna fruitur	134
Dei imago quid	5	Dei potentia ad legumlationem spectas duplex est	134
Dei epitheta	388	Dei cognitio, felicitatis finis	151
Dei essentia	263	Dei bonitas creaturæ omnis sui tprincipium	66
Dei vestitus	402	Dei essentia pulcherrimè à Philolao expressa	20
Dei domus	337	Dei domus anima ab omnibus vitiis purgata	247
Dei opera quàm perfecta	189	Dei cognitio est finis & meta huius vitæ	272
Dei bonitas bonorum omnium mensura	123	Dei vox mera vnitas	266
Dei bona semper sunt absolutissima	ibidem	Dei cultus cum pertinaci labore coniunctus	120
Dei prouidentia rectorem animæ præficit	170.171	Dei erga humanum genus liberalitas	40.66.257.419
Dei verbo mundus quomodo creatus	4	Dei cultorem quid deceat	117
Dei exercitus virtutes	175	Deam hymnis laudare debemus, instrumentis quoq; sensus & intellectus	175
Dei potentia in rebus ceratis potissimum metienda	12	Deum quomodo poenituerit, quòd hominem fecisset	258
Dei misericordiæ testimonia	265	Deum colentes sibiipsis prouident sunt maximè	146
Deus nullo' nunquam affectu corrumpetur	262	Dei filij qui reuerà dicant de dei potentia non dubitare maximum est animæ bonum	199
Dei potentia & bonitas	99	Dei misericordiæ argumenta	495
Dei faciem nemo effigere potest	16		
Dei sermones ab operibus non differunt	506		
Dei opera sunt inscrutabilia	28		
Dei opera adeò sunt perfecta, vt eorum fines semper sint aliorum principia	36		
Dei dona quibus hominem or			

Dei

INDEX

Dei verbum vim habet iustu- randi 335	ad Disciplinam veram aditus 138.139
De hereticis in scripturis quid 195.196	Discipulorum officia 374 375.416
Deo nihil magis propriū quā bene facere 204	Discipulorum virtutes 124
Deo cur Moses pedes, manus, introit' & exitus fingat 263	Diuinæ beneficentiæ leges & limites 4
Dei migratorij mot' nomina reuerā nō conveniunt 295	Diuiinarum admonitiōnū con- temptores gladio furoris dei puniuntur 277
Deo cur scriptura diuersos affe- ctus ascribat cū sit extra oēs affect' immutabilis 512	Domus lepra infecta quomo- do purganda 272
Deo humana non propriè at- tribuuntur, sed per abusum nominum 130	Domus cauitates luridæ vel rufæ, cur tollendæ 139
Deo inuisibili atque immuta- bili, cur scriptura interdum affectus tribuat 129	Dothaim 404 Dothaim quid 141
Deo seruire gloriosum omni tempore 111	Draconis natura 177
à Deo castigari potius quā deseri, optare debemus 160	Duodenari numeri perfectio 412
à Deo deseri malorū omnium horribilissimum ibid.	E Brietas num cadat in sa- pientem 205
Dialectica soli cōtemplationi & ingenio acuēdo dedita 167	Ebrietas sobriorum 229
Dialectices commoda ibid.	Ebrietas insaturabilis 238
Dierum separatio quanta in- dustria in creatione omniū rerum à Deo obseruata 6.7	Ebrietatis nomē q̄ latè in scri- ptura sacra accipiatur 236
Dij fusiles à Mose interdicti 57	Ebrietatis vitium à bono viro fugiendum 208.209
Diluuium. 413	Ebrietatis poenæ grauissima 213.239
Dina 366	Ebrietatis detestatio 206.227
Dionysij Corinth. tyranni infe- licitas 468	Edem 97
Discendi amor in vera curiosi- tate consistit 365	Edem paradisi locus 42
Discentium virtutes & vitia 375.366	Edem 355
	Edom terrenus 273.276
	Educatio libera p̄ ingeniorū diuersitate moderanda 517
	Educationis malæ detestatio 212
	Elementa quatuor 486
	Elementorum creatio 431
	Eliezer

IN PHILONEM.

Eliezer 422	Esau malitiæ sodalis 144
Eliphaz 373	Esau cōtumax atq; inscius 394
Eloquentia quā sit necessa- ria philosophiæ 143	Esau Iacob fratri minat 144
Emor 366	Esau fratrem infectatur 392
Enoch 294.395	Esau cur quercū significet 374
Enoch cur deo tantopere pla- cuerit 305	Eschol 357
Enos. 304	Esse & haberi differūt 162.163
Enos filius Seth, interpretatur spes 159	Ethica 221
Enos homo cur à Chaldæis di- ctus 304	Ethicæ species ibid.
Ephraim 242.363	Eua 421
Ephraim bonæ memoriæ atq; reminiscentiæ symbolum 242.371	Eua ex Adamo à Deo cur for- mata 445
Ephraim mysticè quid signifi- cet 69	Eua qua ratione Adamo in pa- radiso copulata 31
Eques quid ab infessore diffe- rat 173	Eua cur transgressionis cul- pam in serpentem reiecerit 63
Equitatus animæ qualis 176	Eua post lapsum dominum fu- giens, cur non vnà cum Ada- mo à Deo vocata 61
Equorum vtilitas ibid.	Eua quomodo & quibus ar- gumentis à serpente seducta dicatur 31.32
Equorū studiosus, viam Aegy- pti cur ingredi debeat ibid.	Euæ voluptas grauiter à Deo punita 34
Equorum altor in principem ne eligatur iubet lex 175	Euæ conceptio 103
Eruditio mater virtutis 214	Euilat 47
Eruditio rationis germanum & domesticum ornamen- tum 497	Eunuchis interdictum ne ec- clesiam ingrediantur 237
Erudirionis proprietas 228	Euphrates fl. 45.49.452
Esau 374	Execrationis via ac ratio 71
Esau ab imprudentia nomen habet 117	Exercitatio medium est, non perfectio 147
Esau venator 445	Exilij poena grauissima 311
Esau venator fortissimus cur hirsutus fuisse dicatur 53	Exodum cur Moses librum se- cundum inscripserit 237
Esau cur fratri cesserit iure primogenitorum. 242	Extendere manum quid 60
	F Abula de vna eadēque omniū animaliam vo- ce 279
	Fama

I N D E X

Fama bona in omni vita vtilif sima	347	Filios suos qui immolandos tradiderint	325
Fames dira	155.471.315	Filiis illegitimè natis cur sa- cra interdicta	296
Fames morborum omniaum grauissimus	466	Finis optimi tres species	453
Febricitantes calorib ⁹ cur di- nexentur	244	Firmamenti creatio	6
Felicitas in cōgerie bonorum consistit	138	Flatus & spiritus quomodo dif- ferant	40
Felicitas, id est virtutis perfe- ctę in vita perfecta vsus	147	Flumina sunt mammae matris terrae, ad rerum cōseruatio- nem datae	27
Felicitas est id, quod ex virtu- te percipimus	ibidem	Fluuiorum terram omnem ir- rigantium necessitas	7
Felicitatis causa, animae par- tium mutua cōciliatio	154	Fœneratores in dei populo nō sunt ferendi	496
Felicitatis finis est iuxta natu- ram viuere	187.194	Fons iudicij	413
Felicitatis finis, creatoris co- gnitio	151	Fons sanctus	ibidem
Felicitatem inuida sequitur	453	Fons vitæ	ibidem
Fermentum domino offeren- dum quid significet	131	Fontium prima creatio	411
Fides solam certum atque fir- mum bonum	335	Fortitudo quid	46
Fidei virtus & efficacia	ibid.	Fortitudo est murus ac vallū contra alia vitia	49
cum Filio cōtumace quomodo secundum legem proceden- dum	212	Fortitudo immortalitatē con- fert	178
Filij dei qui propriè dicantur		Fortitudinis perpetuus cum voluptate conflictus	179
Filij exossi in scriptura qui di- cantur	118	Fortitudinis veræ descriptio	499
Filij hominū in scripturis qui dicantur	296	Fortitudinis officium	45.46
Filij Israël	ibidem	Fortunæ in rebus humanis in- constantia	226.227.468
Filij terræ	195	Frugalitas insatiabilis cupidi- tatis tormentum grauissi- simum	316
Filiorum libera educatio	212	Frugalitas virtutis amica	252
Filiorum erga parentes honor in quibus potissimum con- sistat	51.52	Frugalitas omnibus homini- bus quatenus à deo præce- pta	51
		Frugum inopia pœna est pec- cati	16
		Furor	

I N P H I L O N E M.

Furor masculino similis	174	mores	325
Furti pœna grauissima	478	H æreditas dei quid	195
G audium, præsentis boni vsus	357	H æreditatis mons	ibid.
Gaudium perfectum expers morborum	132	Hebræorum in honorandis hospitib, mos	476
Gaudium internum & verum quibusve de rebus	159	Heracliti de morte sentētia	53
Gaudium verum, sapientiæ proles	157	Herba signific. variæ	94
Galaad	372	Heroopolis	482
Galaad mons	55	Hippocr. de ætatibus hominis sententia	22
Gedeon	294	Hircorum in sacris significa- tio	508
Gedeon Phauelius iurat con- tra turrim ædificatam	ibid.	Holocaustom. mysterium	146
Gemitus quid	88	Homeri locus explicatus de gigantibus	278.279
Gemitus duplex	ibidem	Homo nomen excellentiæ	305
Generationis atque corruptio- nis necessitas	2	Homo cur definiatur animal rationale	159
Genesis cur primus Mosis li- ber intituletur	304.305	Homo animal terrenū est	161
Genethliaca à Chaldæis inuen- ta	359	Homo celestis planta in ter- ris	151
Genij	248.501	Homo nobilif. animal	488
Genij boni ac mali	248	Homo animal est reuera aqua ticum, aëriū & caeleste ani- mal	30
Geometria	III.167	Homo cur à Deo potissimum formatus	257
Geon fl.	45.46	Homo minor mundus	191
Gigantum fabula	254.278	Homo cur ex terra à Deo for- matus	27
Gladius vibratilis	96.98	Homo imago Dei seu effigies	150
Gladius versatilis cur igne ⁹	99	Homo ad Dei similitudinem quomodo creatus	13.397
Gloriæ vanitas	395	Homo ad Dei imaginem qua ratione factus	441
Gloriæ vanæ detestatio	457	Homo quibus mediis ad Dei imaginem factus	190.191
Gomor mensura	379	Homo quo artificio à Deo fa- ctus, quibusque ornamentis & dona	11
Græcorum potentia à Macedo- nibus diminuta	276		
Gratiæ deæ	340		
Gratiæ diuinę non sunt omnes homines participes	343		
Gratitudinis cōmendatio	122		
Gymnosophistarum ritus &			

I N D E X

donatus	192	Hominis fabrica cōstat ex numero septenario	24
Homo in quem vsum à Deo factus	ibid.	Hominis compositio ex spiritu & sanguine	150
Homo non ad creaturæ alicuius, sed ad Dei tantum imaginem quare factus	190	Hominis constitutio & compositio.	150.151
Homo qui fictus est differt ab eo quem fecit Deus	49	Hominis constitutio fermento similis	131
Homo cur postremo loco creatus	13.15.17	Hominis imago duplex	27
Homo princeps omnium	166	Hominis vera structura	251
Homo omnium rerum in hoc mundo rex à Deo ordinat ⁹	17	Hominis terreni natura & ingenium	40
Homo cur rebus omnibus in hac vita prepositus	15.17	Hominis proprium quid	159
Homo liberam facultatem & sui iuris sententiam à Deo sortitus est	161	Hominis educatio atq; institutio	448
Homo ad rerum diuinarum contemplationem potissimum à Deo formatus	15	Hominis nobilitas	190.261
Homo non minus quam serpens in suis dentibus venenum circumfert	32	Hominis perfectio	50.307
Homo solus inter cetera animalia peccati sponte admisis reus est	300	Hominis radices in caelo	150
Homo bene sperans solus est homo	159	Hominis primi excellētia atq; potestas	30
Homo intellectus est	166	Hominis ante lapsum Adæ conditio	40
Homo cū arca confertur	131	Hominis pars fœminina & masculina quæ	141.145
Homo iuxta mentē Dei verbo cognatus est diuinitatisque dam particula	29	Hominis pars masculina & fœminina, Moses & Maria, Deo hymnum canunt	175
Homo errantibus viam monstrās, q̄s & cui cōueniat	140	Hominis vera laus	229
Homo, hominis anima	150	Hominis ciuilis officia	453
Homo nil aliud quàm terra & cinis.	510	Hominis artes	449
Hominis partus	37	Hominis fragilitas	510
		Hominis vita plena cruciatibus	511
		Homini soli caput cur deus ad cælum erexerit	151.190
		Homines qui reuerā nominādi	307
		Homines cali	254.255
		Homines terreni	ibidem
		Hominum duplex genus	40
		Homi	

I N P H I L O N E M.

Hominum in voluptatem inquisitione diligentia	168	Iacob laborem & profectum significans, pater est Ruben, id est, bonæ indolis	133
Hominū genus cur post Noë filios adeò multiplicatū	248	Iacob cur inquilinū se in corpore esse conqueratur	288
Hominibus boni ac mali scientia à Deo insita	262	Iacob cur minori filio dextrā, sinistram verò maiori filio imposuerit	68
Honor parentibus exhibitus liberis potissimum prodest	145.146	Iacob cur Labanis pecora pascat	170
Honor filiorum erga parentes in quibus potissimum consistat	51.52	Iacobi sanctitas	53
Honorare parentes quomodo debeamus	145	Iacobi simplicitas	374
Homicidij pœna	396	Iacobi cum angelo colloquiū	426
Homicidæ non voluntarij ad solas ædituorum ciuitates cur confugerint	398	Iacobi obedientia erga parentes	220
Homicidam voluntarium cur lex non mori modò pronuntiet, sed morte mori	396	Iacobi egressus	211
Hospitalitatis cōmedatio	317	Iacobi in Charras, pfectio	485
Humida essentia terræ omnia parentis pars potissima	26	Iacobi in Mesopotamiam profectio	375
Humilitas affectata	355	Iacobi de hircis arietibusque somnium	484.507
Hyacinthus	381	Iacobi patriarchæ opes & prosperitas	139
Iacob discētis & proficientis nomen	220	Iacobi cum Esau fratre de primogenitura cōtentio	84.85
Iacob	362	Iacobi scala	500.501
Iacob virtutis meditator	116	Iacobo Israël nomen cur inditum	220
Iacob cur minor natu quàm Esau dicatur	242	Iacobo innumerabiles à Deo factę promissiones	504.505
Iacob à fratre Esau grauiter infectatur	392	Iaphet benedicatur	246
Iacob hæres primogenituræ Esau quomodo dicatur	133	Iaphet cur in domibus Sem habitare dicatur	246.247
Iacob in sua prece, nō herilem à Deo potestatem petiit, sed paternam	395	Idea artium manēt, semp̄q; manebunt	149
Iacob à parētibus ablegatur	395	Idololatriæ abominatio	345
		Idololatriæ pœna	59
		Ignorantia cæca stuporis insidiatrix	211
		11 ij	Ignor

INDEX

Ignorantia cunctos corporis morbos superat	230	Inspirationis nomine quid intelligendum	41
Ignorantiæ remedia	120	Intellectus terræ fons	39
Illegitimè natis cur Dei interdicta ecclesia	296	Intellectus agricola est	166
Imago Dei quæ ad imaginem Dei creatū esse, quid	5	Intellectus, patris similis in homine	145
Imago	261	Intellectus ferox, tyrāno similis	171
Imperatorum officia	225	Intellectus noster pastor esse debet	ibid
Imperiorum mutationes	468	Intellectus vniuersalis & particularis	58
Impietas infinitū malum	396	Intellectus corporeæ regionis rex	172
Impietatis asserorum pœnæ	298	Intellectus imperium	90
Impij vel inuiti cogunt̃ intelligere diuinā in rerū administratione potestatem	293	Intellectus in ipsa ratione sedem habet	336
Imprudentiæ vis	47	Intellectū quomodo pascat & regat inferiorē animā	173
Incantatores cum Aarone miraculis contendunt	347	Intellectus auriga & incessor furoris & cōcupiscentiæ	173
Indigentia imbecillitatem adducit	135	Intellect' virtutis osor, amāsque affectuū incēsor dicitur	174
Infantes recenter nati cur ploratum emittant	33	Intellect' perfectus deo hymnum canit cum Mose	175
Infantum arates septem	21.22	Intellectu dissoluto, etiam inferior anima perit	164
Infelicis vita, & affectus molesti	156	Intellectui tota anima vitæ cōiunx & socia	374
Infelicitatis causa partium animæ dissolutio	154	Interdictum à præcepto & mandato quomodo differat	50
Infernus quid	374	Inuidia felicitatis comes	453
Ingratitudinis detestatio	121	Inuidia sibi ipsi non aliis pariter interitum	297
Iniustitiæ damnatio	433	Ioseph	456
Iniustorum diuersa multitudo	248	Ioseph gregis pastor	270
Inopia pœna peccati	16	Ioseph vestibus versicoloribus ornatus à patre	456
Incessor ab equite differt	173	Ioseph à propriis fratrib' crudeli	
Inspiciētia immortale malum	165		
Inspicientiæ natura	288		

IN PHILONEM.

deliter infectatur	454	ta petentes oratio	478
Ioseph cur mittatur ad fratres suos in Sichem 137, cur solus 138		Iosephi in parentem & fratres pietas	476. 477
Ioseph in via errat	141	Iosephi castitas & in herū suū pietas	458
Ioseph à fratribus in puteum proicitur 455. diuēdit̃ ibi.		Iothor tumiditatis effigies	215
Ioseph à Pharaonis eunucho coemptus	236. 456. 460	Iothor, superfluus interpretatur. socer Mosis, quidque significet	170
Ioseph diuenditus à patre deploratur	456	Ira absque manifesta causa cur interfectus	65
Ioseph in Aegypto honoribus magnis euehitur	458	Ira passio hoīs est ppria	265
Ioseph reip. administrator	357	Ira fons peccati	ibidem
Ioseph in p̃regē eligitur	467	Iracundiæ mala	281
Ioseph doct̃issimus somniorū interpretes	464	Isaac nomen Chaldaicum	327
Ioseph regi somnium interpretatur	466	Isaac, risus interpretatur	157
Ioseph tēperantiæ & castitatis memorabile exemplum	62	Isaac antequam nasceretur, à Deo cur laudatus	68. 69
Ioseph falso accusatus in carceratur	462	Isaac à patre inmolatur	408
Ioseph trigesimo ætatis anno matrimonio copulatur	467	Isaac quomodo à patre Abraham Deo oblat. 256	
Ioseph Aegypti prorex à fratribus agnoscitur	480	Isaac sapientiæ typus	141. 142
Ioseph varias fortunæ suæ vicissitudines fratribus enarrat	ibidem	Isaac veri holocaustomatis typus	132
Ioseph imperiti & iuuenis principis typum gerit	172	Isaac virtutis meditator in Aegyp. non descendit, id est, in irrationalem affectum non incidit	144
Iosephi libera educatio	453	Isaac cur nō plures vxores, sed vnicam, eamque virginem duxerit	371
Iosephi tunica variegata quid significet	138	Isaac nullū in pugnando amulum habet	141
Iosephi fratres pastores, nō pecuarij	163	Isaaci natiuitas	342
Iosephi somnium	453. 454	Isaaci risus	48
Iosephi virtutes	483	Isaaci & Ismaëlis collatio	240
Iosephi ad fratres suos frumē-		Isaaci cum Deo colloquiū	60
		Ismaël	414
		Ismaëlis conceptio	289
		Ismaëlis natiuitas	414

INDEX

Ismaëlis circumcisio	240	Iuuentum studia	167
Ismaëlis mors	415	L Aban	394.395
Israël	373.424	Laban qualitatē nomen	339
Israëlis etymon	220	Laban Syrus	390
Israëlis primogenita quando sanctificata	133	Laban quid significet	137.170
Israël cōreplationem denotat, cuius filius Leui, id est, cultus verus & syncerus Dei	ibid.	Laban Rebeccæ frater	294
Israëlem mortalis alloqui nō potest	142	Laban virtutis osor	410
Israëlitæ inquilini in Aegypto nō habitatores perpetui	173	Laban veras naturæ leges contemnens, legibus se humanis subscribit	216
Israëlitæ grauitate operū cur ingemuerint	290	Labor diuinitus à Deo hominibus cur impositus	119
Israëlitæ mortuo rege Aegypti lætantur	152	Labor arti coniunctus bonus est	140
Issachar	48.205	Labor inter præcipua bona numerandus	119
Iudas confessionis figura	48	Laboris perpetuum cum voluntate bellum	119.120
Iudas hædū per pastorem suum Odolamitam mittit	407	à Labore pendet quicquid in rebus bonum est.	119
Iudæ natura & ingenium	48	Labore solo bonorū omnium possessiones cōparatur ibi.	
Iudæ typus	204.205	Lamech Caimi filius	145
Iuramenti sancti formula	87	Latereres Babylonicæ turris	290
Iuramenti puteus	197.198.484.485	Lectiois repetitio quam necessaria	182
Iureiurando cur Deus suas interdū promissiones firmauerit	87	Lepra duplex duobus coloribus variata	271
Iusiurandum num Deo conueniat	ibidem	Lepræ morbi natura	ibid.
Iusiurandum à bono viro non est detrectandum	486	Lepræ morbus quomodo inuestigandus	201
Iusiurandi verus & legitimus vsus quis	486	Leprofi lege Dei ab hominū multitudine separati	271
Iustitiæ laus	47.306.433	Leui Israëlis filius	133
Iustitiæ officium	49.156.244	Leui primatum ætatis Ruben aufert	ibidem
Iustitiæ diuinæ cōmēdatio	41	Leui filij ex mādato dei fratrum & vicinos interfecerunt	218
Iustitiæ leges à Deo hominibus traditæ	29	Leuita	

IN PHILONEM.

Leuita cultū Dei significat	133	Leges in ciuitate medicis similes	467
Leuitæ quare dño sancti	ibid.	Leges cur merito venerabiles	304
Leuitæ sanctorum custodes constituti	147	Legum diuinarum explicatio	434.435
Leuitæ officium	133.134	Legum diuinarum in mundo consensus	1
Leuitæ & cædis inuiti perpetratores vnà cohabitare cur iubeantur	135	Legum verus vsus	51
Leuitæ profugiunt & cædem perpetrare rerum optimarum amore	135	Legum commendatio atque necessitas	457
Leuitarum	147	Legislatoris præcepta	244
Leuitarū ciuitates quare profugis patebant	135	Legislatorum diuersorū in legibus tradendis studium	1
Leuitarū ciuitates immunes semper erunt	135	Lia	355.370.421
Lex diuina quid	353	Lia à deo filio donata	83
Lex tributum domini	ibid.	Lia ex re nomen habet	370
Lex diuina à Mose qua ratione descripta	1.2	Liam, id est motum pacatisimum Iacob expetit	ibid.
Lex cur in amaritudinis loco data	387	quod Lia fastiditur, eius vuluā aperuit dominus	421
Lex iniustus est posita	401	Lia post editum quartū filium cur parere desierit	488
Legis proprietates	228	Lia rationalis animæ symbolum	370
Legis diuinæ diuisio	434	Lia virtutes	348
Legis diuinæ summa	262	Labanis pecorū allegoria	120
Legis diuinæ præcepta à natura non discrepant	304	Liberalitatis species	392
Leges iustitiæ à deo hominibus traditæ	29	Liberrimum arbitrium homini à deo concessum	262
Legis diuinæ tabulæ digito dei conscriptæ	434	Libido crapulā sequi solet	170
Leges figuræ intelligibilium	348	Libidinis pœna	315
Leges omnes referuntur aut ad dilectionem, aut timorem	264	Linea quid	385
Leges scriptæ nil aliud quam vitarum patrum commentarij	304	Lingua quomodo coercenda	121
		Linguae communicatio quid profit & obfit	279
		Linguae libertas nimia in sacris prohibita	416
		Lingarum diuersarū cognitio quam necessaria hominibus	11 inij bus

I N D E X

bus	270.280	Magistratus à virtutis amato-	
ob Linguarū imperitiā multi		ribus non quarri	142
ab infidiatoribus occisi	280	Magistratus boni officia	433
Linguarum confusio	278	Magistratus ex senioribus cō-	
Linguarū cōfusio in peccatorū		stitui solent	172
remedium à Deo facta	280	Mala quæ inuitis accidunt di-	
Locus tripliciter consideratur		midio leuiora sunt, cum nō	
492		grauantur à cōscientia	226
de Loco in phisiologia diffici-		Malè agens seipsum mulctat	
lis tractatio	506	145	
Locustarum miraculum	428	Malum quid reuera appellan-	
Logoiatria	240	dum	245
Loquaces auersamur	158	Mali homīs vita mors est	145
Loquaces non eloquentes, sed		Mali natura longe à diuino	
impotētes iudicandi	153.154	choro exulat	398
Lot	337.355	Malorum causa non Deus, sed	
Lot à filiabus inebriatur	231	nostræ manus	157
Loti vxor in statuā versa	404	Malorū vita infelicissima	156
Loti vxor cur in lapidem ver-		Malorum mors lugenda	135
sa	87	Malicia fœmineus animæ fœ-	
Loti filiarum typus	231	tus	131
Luna quid	500	Mambre	357
Luna regina noctis	10	Manasses obliuionis typus	69.
Lunæ materia atq; forma	501	242	
Lunæ cursus	500	Manasses reminiscētię ex obli-	
Lunæ officium	498	uione comparatur	351
Lux in creatione rerum qua ra-		Manasse filij ex Syra concubi-	
tione à tenebris separata à		na	172
Deo	5	Mandatū à præcepto & interdi-	
M acedonū imperij incre-		cto quomodo differant	51
mēta & derrimēta	276	Manna	388.437
Macedonum amplissimū im-		Manna pro petra sapientiæ di-	
perium	468	uina, ex quo duæ conficiun-	
Macedonum in Græcia res ge-		tur placentæ	156
stæ	276	Manū extendere in sacris quid	
Macheis reminiscentiæ filius		significet	60
372		Manuum impositio	242
Madam, id est iudicium natu-		Maris à terra separatio	7
rationerum	55	Maris descriptio	26
Magi Pharaonis, sophistæ	143	Maris inundationes	23
		Mafec	

I N P H I L O N E M.

Mafec	420.421	Mens seipsam non potest com-	
Masculæ rationis officia	217	prehendere	50
Matris turpitudinē detegere		Mens sola doctrinam admit-	
cur lege diuina prohibitum		tit, cum nullus sensus sit do-	
Medicina theoretica	167	cilis	62
Medici & coci differentia	460	Mens duplex	84
Meditatio naturaliter res in-		Mentis humanæ nobilitas &	
æqualis	502	officia	152
Melchisedec sacerdos	379	Mentis officia	114
Melcha	372	Mentis morbi	281
Melcha Nachoris vxor	ibid.	Mentis & sensus cognatio	63
Melchisedec cur à Deo sacer-		Mentis in homine imperium	
dos constitutus	66	quàm latum	261
Melchisedec cur pro aqua vi-		Mentis in rebus cognoscendis	
num obtulerit	ibidem	vsus	10
Memoria quæ optima	181	Mentis nomine cælum signifi-	
Memoria & reminiscētia co-		cari	53
hærēt & separatur facilè	68	Mentem Deus in virtute col-	
Memorię dona amplissima	68	locauit	40
Memorię tenacis commenda-		Mēstruofarum mulierum lex	
tio	181	412	
Mendacij detestatio	451.464	Mensurarum certa ratio	434
Mēdacij honesti excusatio	97	Meretricum artes	201
Mens lumen hominis	494	Meretricū filij in Dei ecclesiā	
Mens animæ caput	499	non intromittendi	396
Mēs animæ pars p̄cipalis	41	Meri vocabulum à Mose variè	
Mens syncerissima atq; purif-		vsurpatum	210.211
simā animæ pars	436	Mesopotamia	395
Mens animæ anima	12	Meteorologia	221
Mēs in homine imago dei	150	Militum in bello delectus	183
Mens, vocalis animæ pars, seu		Ministeriū Deo & hominibus	
fons sermonum	152	exhibitum differunt	146
Mens à terrestribus causis vi-		Misericordia apud Deum auti-	
tiatur	153	quior quàm iustitia	265
Mens viro assimulatur	36	Misericordiæ diuinę argumē-	
Mens sola in homine immor-		ta atq; testimonia	265.495
talis	261	Moab ciuitas	91
Mens fons sermonum, & in-		Moab filiarū scortationes	495
terpres consiliorum, vates		Moabitarum typus	66
& diuinator	143	Mens hæreditatis	94
		11 v	Morbi

I N D E X

Morbi animæ & corporis unde nascantur	281	deum secū loquentem	409
Morbi quatenus mediis naturalibus sanentur	82	Moses videt rubū ardentē ibi.	
Mors quid	263	Moses in suis lucubrationibus non verisimilia aut credibilia, sed meram veritatem secutus est	117
Mors terrena atq; æterna	396	Moses in holocaustis cur ventrem dempserit	344
Mors animæ & corporis	52.53	Moses cur primum tabernaculi vasa delinauerit, deinde verò Beseleel	70
Mors naturalis & pœnalis ibi.		Moses Aegypti abominaciones quomodo deo sacrificio obtulerit	121
Mors omnium calamitatum finis	311	Moses quomodo aduena in regione externa fuerit	288
Mors quibus rationis non timenda hominibus	468	Moses cur cum Aegyptiis magis certare recuset	143
Moses nomina rebus conuenientissima attribuit	165	Moses orat pro populo	417
Moses Iothoris gregibus cur præfuisse scribatur	131	Moses quomodo in deum datus Pharaoni	163
Moses quomodo & quam ob rationem à deo sursum vocatus	191	Moses aquæ amaritudinem in dulcedinem vertit	387
Moses sapiens sed non eloquens	143	Moses & Maria quomodo deo hymnum canant	175
Moses pastor pecorum Iothoris foci	170	Mosis natiuitas	383
Moses in Aegyptum eloquentia adepta profectus, cum sophistis concreditur	143	Mosis spiritus	250
Moses summus philosophus	2	Mosis ieiunium	76
Moses optimus animarū medicus	264	Mosis votum	124
Moses sumus dei amicus	418	Mosis cū deo familiaritas	196
Moses fuit dei phropheta	446	Mosis ad dñm clamores	417
Moses à Pharaonis conspectu cur discesserit	55	Mosis in loquēdo libertas ibi.	
Moses de linguæ tarditate apud dominū cōqueritur	416	Mosis in tradendis legibus studium	2
Moses cur se verbis pollere negavit	107	Mosis tabernaculū quare extra castra positū	162
Moses cur dei posteriora, faciē autem non viderit	409	humanæ virtutis figura	163
Mosis tās in loco sancto audit		Mosis sepulchrum	116
		Motus septem	24.37
		Motus atque status differentia	

I N P H I L O N E M.

tia	143.144	à Mose descripta	1
Mulieris vocabulo sensus in scriptura multoties significatur	101	Mundi dies natalitius	18
Mulieres ignem in Moab accendant	347	Mundi forma atq; fabrica	506
Mulieres plerūq; vulgares sequuntur consuetudines	217	Mundi motus omnium velocissimus	290
Mundus quid	4.35	Mūdi in nouē pres diuisio	379
Mundus non primus deus, sed primi tantū dei opus	313	Mundū putare sex diebus conditum esse, rusticanæ est simplicitatis	36
Mundus figuræ laterculi assimilatur	290	Mundum tanquam remp. sine magistratu inducere absurdissimum	2
Mundus veri cæli porta	506	Mundum creatum esse contra manifestam veritatem negant philosophi	ibid.
Mundus gregi similis est	172	Munificentiæ species	392
Mūdi reuera dei domus	506	Musica	376
Mundus instructissima dei domus	194	Musicæ artis vetustas & primordia	204
Mundus non suo & libero motu mouetur	290	Musices rudimenta lac animæ	166
Mundus sensibilis	3	N Adab	358
Mundus vnus ab vno eius optifice creatus	35	N Nachor	372
Mūdi quomodo à principio creatus à deo dicatur	4.5	Nachor frater Abraham duas habet mulieres, vxorem & pellicem	ibid.
Mundus ad dei imaginē creatus	4	Nadab	396
Mundus quomodo Dei verbo creatus	ibid.	Naid	97
Mundus qua ratione & quomodo à deo formatus	3	Natura sciētiae principiū	429
Mundus quāobrē sex dierū spatium à Mose creatus dicatur	2	Natura rerum omnium conservatrix	428
Mundus cur à deo creatus	269	Natura nulla arte indiget	410
Mundus magnæ ciuitati comparatur	456	Natura à vilissimis incipiens proprio ductu desinit in præstantissima	13
Mundus num æternus à Philosophis disputatur	2	Natura perpetuus ordo	311
Mundi creationis causa	4	Nebrod gigas	255
Mūdi creatio quā graphicè		Nebrodis regnum	ibid.
		Noe	165
		Noe etymologia	65
		Noe pr	

I N D E X

Noe primus in sacris literis iustus nominatus	378	Numerus quaternarius multus priuilegiis à natura honoratus	9
Noe vir iustus & generatione sua perfectissimus	270	Numerus quaternarius omnium perfectissimus	8,9
Noe iustus cur mares genuerit, non filias	248	Numerus quinquagenarius libertatis symbolum	134
Noe vir doctissimus & sagacissimus	269	Numerus quinquagenarius remissionem, libertatē, & reformationem significat	147
Noe iustus, agricola	165	Numerus senarius perfectissimus	2
Noe plantatio qualis	188	Numerus senarius generationi conuenientissimus	2
Noe resipiscentia	239	Numeri septenarij vsus latissimus	19
Noe arca humani corporis effigies	193	ex Numeris propriis omnia constant	36
Noe arca qua ratione bitumine peruncta	291	Obluio quid	261
in Noe arcam cur omnes animantium species introducta, in paradysum autem nequaquam	193	Obluio memoriae moribus	371
Noe generationes	307	Obluio non est passio voluntaria	372
Noe cur in rãta hominũ multitudine, solus gratiam apud deũ inuenerit	265.266.268	Obstetrices Hebraeorum	410
post Noe filios cur demum humanam genus multiplicatum	248	Oceani descriptio	26
Noe à propriis filiis derisus	243	Oceani tempestates	308
Noe nõ fuit minimus ex prophetis	446	Oculi ceteros sensus antecellunt	310.322 vide visum
Nominum impositio	103	Oeconomiae praecepta	458
Nominum impositio assignatur primo homini	30	Olympiaca certamina	180
Nominum imponendorum error unde	165	Olympus mons	279
Nothis cur Dei interdicta ecclesia	296	Operari terram quid	121
Nonenarius numerus mortalibus familiarissimus	378	Ophiomachus temperantię symbolum	33
Nabis prodigium	438	Ophiomachi animalis descriptio	ibidem
		Opinionum inter se contrarietas & pugnantia	115
		Oratio animae vulneribus à Deo datum remedium	497
		Oratio	

I N P H I L O N E M.

Oratio piorum per nubes caeli ad dei faciem penetrat	88	ta	123
Orationis partes	385	Paschatis festum	339
Orationis apta structura	127.128	Pascha animae	379
Orationis dispositio atq; apparatus	127	Pastor bonus, pecuarius malus	168.169
Orationis pie efficacia	351.352	Pastoris dignitas & excellentia	170.171
Oratoris boni officium	462	Pastores spirituales	170
Ordo quid	5	Pastores populorum reges, & sapientes	ibidem
Ordo rerum à Deo conditarũ aptissimarum	ibid.	Pastoralis vitæ laus	453
Ordinis commendatio	127	Pastoralis vita à Mose illustrata	121
Osculandi consuetudo	420	Patris turpitudinem detegere in lege cur prohibitum	413
Patientia	371	Pauper quis	171
Pæonia remedia	125	Paupertas pœna peccati	16
Palmavirtutis testimoniũ	412	Peccatum voluntaris & consilij, id est cognationis & facti	153
Palma victoriæ symbolum	65	peccati pœna	34.53.281.397
Pandora	27	Peccati pœna etiã in filiis atq; nepotib? manifestatur	245
Panis cælestis	405.406	Peccata voluntaria & non voluntaria diuersimodè à deo punita.	271
Panes propositionis	412	Peccatores, sacerdotes adeant, vt purificentur	135
Paradisus cur cõtra orientem à Deo collatus	193	Perfectio, non laborat, sed per exercitationem & laborem acquisita custodit	147
Paradisus pro virtute figuratè dicitur	42	Pecora pascere quid denotent	138
Paradisi locus	193.286	Pectusculũ superpositionis	75
Paradisi descriptio	31	Pecuarij spirituales qui	170
Paradisi fluuij	45	Pecuarij & pastoris differentia	169
Paradisi nomine quid in factis intelligendum	31	Pedes qui significant	151
Parentes nostri quinam sint, mysticè	145	Pedes hominis cur terram spectent	ibidem
Parentum erga liberos officia	212.214	Peisid	
Parètum primorum erga deũ magna ingratitude	34		
Pascere quid	138.140		
Pascha Iudæorũ	379.380		
Pascha Iudæorum quibus ritibus ac ceremoniis celebrantur			

I N D E X

Perfidia pestis	456	Phison fl.	46.47
Perfarum imperium olim am- plissimum	468	Phua obstetrix	430
Perfarum regni felicitas vna die extincta	276	Phylarchæ	398
Pestilentia morbus ex aëre vi- riato	249	Physiologia	221
Petulantia saturitatis ples	170	Pictura cur à Moſis repub. eie- cta	254
Phanuel	294	Picturæ inuentio	509
Pharao, diſſipator honeſtarū opinionum	152	Pietas quid ſit, quidq; conferat mortalibus	146
Pharao Moſen extingueret fru- ſtra conatus	407	Pietas verus dei cultus	120
Pharaonis dies natalis	236	Pietas eſt pertinaci labori ſem- per coniuncta	119
Pharaonis mors latitiam ad- fert Iſraëlitis	152	Pietas nimis ceremoniis adul- teratur	141
Phidæ ſtatuarij opera elabo- ratiffima	221	Pietatis veræ fructus	353
Philolai de deo opinio	20	Pietatis commendatio	324
Philosophia quid	376	Pincernarum princeps cur ab Aegypti rege in gratiam re- ceptus	471
Philosophia mater artium	384	Piſcium prima creatio	12
Philosophia eloquentiæ iun- genda	143	Pitho	493
Philosophiæ variæ ſpecies	221	Planetarum omnium curſus & operationes	440.441
Philosophiæ partes agro aſſi- milantur	167	Plantarum impuritas quomo- do reſecanda	201.202
Philosophiæ initia & neceſſi- tas	10	Pleiades ſtellæ	24
Philosoph. vtilitas	15.376.385	Pluvia quid figuratè ſignificet	39
Philosophiæ ſcopus	258	Pœna inſipiētibus prodeſt	170
Philosophi officium	385	Pœnæ malorum	397
Philosophorum friuolæ diſpu- tationes	235	Pœnarum exactor, dei mini- ſter	135.136
Philosophorum quorundā ina- nis verboſitas	240	Pœnitentia ſequitur mortem Pharaonis, id eſt, vitam ma- lè actam	152
Philosophantibus veritas po- tius quàm rerum pub. inſti- tuta ſequenda	138	Pœnitentiæ gradus	306
Phinees ſacerdos ex zelo dei peccatorem occidit	93	Pœnitentiæ veræ præmia	ibi.
		Pœtica diuina	157
		Ponderum ratio	434
		Pontificis mitra	403
		Pont	

I N P H I L O N E M.

Pontif. ſummi virtutes	451	Prouidentia dei mundus gu- bernatur tantum	35
Pōtificis mortē præſcribi pro- fugis exilij terminū non eſt alienū à iure naturali	402	Prudentia reuerà mentis viſus	310
Populi in ſacris literis ſignifi- catio	15.16	Prudentia mentis ſanitas	228
Præceptum, interdiktum & mandatum quomodo inter ſe differant	50	Prudētia artium omnium gu- bernatrix	382
Prædicamentorū traditio	182	Prudētia eſt murus ac vallum contra alia vitia	49
Præſtigiatorū impoſturæ	451	Prudentiæ nomine quid intel- ligendum	47.48
Precatio quid	266	Prudentiæ duo genera	48
Precatio magna quid	ibid.	Prudentiæ officium	45.244
Precationis piæ efficacia	352	Prudentiæ commendatio	200
Preces ſolent bona petere	177	Prudentiæ cogitationes firmiſ- ſima propugnacula ciuita- tis humanæ	134
Præſini lapidis deſcriptio	49	Prudens & prudenter agens quomodo differat	48
Præſini lapidis copia	45	Ptolemæi Philadelphi laus ibidem	
Primitiæ quæ deo offerendæ	125	Ptolemæorum familia amplif- ſima	468
Primitiæ deo conſecrandæ ani- ma & corpus	131	Pudēda cur ventri natura ſub- iecerit	170
Primitiæ in ſacris eloquiis cur deo dedicatæ	428	Pueri nomē quàm latè in ſcri- tura accipiatur	240.242
de Primitiis ſacrificia cur deo potiffimum offerenda	125	Pueritia	22
Primogenitum omne in Iſraël deo ſacrum	133	Puerorum ſtudia	167
Primogeniti Iacobi & Iſraëlis differunt	ibidem	Pugna contra vitioſas affectio- nes quomodo inſtituenda	166
Primogenituræ prærogatiua	117	Puncti deſinitio	384.385
Primogenituræ ius	85	Pupilla oculi oculus	12
Principes ne eligatur equorū altor	174	Pupilli diuino mandato nō la- dendi	388
Principia materialia nemo ef- fugere poteſt	161	Purificatio ſacra	164
Prophetæ veri officium	445	Puteus iuramenti	189.485
	446	Puteorum in ſacris ſignifica- tio	414
Prophetarum dignitas	254		
Propiciatorium	401		
Protei Aegyptij ſabula	215		

Querc

I N D E X

Q uercus procera in Siché 366	Rationis filia scientia atq; vir- tus 250
Q uaternarius numerus om- nium perfectissimus 8.9	Rationis mascula officia 217
Q uaternarius numerus totius celi mundi que generationi dedit initium 9	Rationales naturas rebus præ- ficere Deus cur voluerit 193
Q uaternarius numerus in sa- cris literis sanctus & lauda- bilis habetur 305	Regale sacerdotium 310
Q uaternarius numerus non tantum apud philosophos, sed apud Mosen etiam maxi- me honoratur ibidem	Rebecca 371
Q uaternarij numeri commen- datio 202	Rebecca patientiam significat 142
Q uiescere quid 36	Rebecca, id est patientia vir- tus in monendo Iacob 144
Q uinarius numerus sensui p- prius 204	Rebecca tolerantia 115
R achel sterilis 421	Rebecca typus 209.364
R achel coti similis 370	Reipublica cuiusdam in cri- minibus deferendis laudata consuetudo 158
R achel vulgarium consuetudi- num amatrix 217	Reipublica gubernanda præ- cepta 457
R achel irrationalis animæ symbolum 370	Reminiscentia 242.363.372
R anarum Pharaonis mysteria 124.125	Reminiscentia donum amplif- simum 68.69
R atio omnium affectionum gubernatrix 73.78	Reminiscendi vis duplex 181. 182
R atio recta perennis virtutū fons 203	Renes, adeps, & fibra iecoris Deo afferri iubemur 136
R atio nobilissimum Dei do- mum 188	Regis & tyrani differentia 66
R atio cupiditates sibi subiice- re semper conatur 138	Reges veri populi pastores 453
R atio recta legis vicem obtri- net 228	Reges cur pastores populorū vocantur 170
R atio voluptatū illecebris in seruitutem agitur 31	Regum officia 225
R ationis in hoste imperium 52	Reges quid 141
	Regnum Dei à Sem auspica- tum 247
	Regnorum diuersorum muta- tiones 276.277
	Regnorum mutationes vnde nascantur 468
	Rethorica III
	Rethorica causidica seu mer- cenaria 167
	Risus

I N P H I L O N E M.

Risus autor Deus 157	Salpaad quinque filia 363
Ruben Iacobi filius 133	Saluginis vallis 282
Ruben bonam indolem signi- ficat, primogenitus Iacobi, id est laboris 133	Samuel 514
Rustica vitæ encomium 453	Samuelis nomen vnde sumptū 229.257
Ruma Nacoris pellex 372.373	Samuelis regis à vino abstinē- tia 228.229
S abbatum cur quietis dies 307	Sanguis carnis anima 150
Sabbati significatio 348	Sanguis pro essetia animæ 150
Sabbati institutio 18.38	Sanitas nullum alium habet autorem & conseruatorem nisi Deum 82
Sacerdotis summi mitra 403	Sapientia quid 376
Sacerdotis summi vestitus 349	Sapientia nomen habet fœmi- ninum, naturam verò ma- sculinam 395
Sacerdotum dignitas 255	Sapientia peculiare donum cœ- litus hominibus demissum 407
Sacerdotum in veteri lege offi- cia 510	Sapientia dei petra solida 156 variè fluit ibidem
Sacerdotium Dei à Sem auspi- catum 247	Sapientia vera fallacis sophi- stices hostis 143.144
Sacerdotium regale 247	Sapientia à Sophistica quid dif- ferat 96
Sacrarum literatum commen- datio 81.82	Sapientia ante secula à Deo creata 214
Sacrarum literarū vtilitas 507	Sapientia ars artium variatur diuersis materiis 221
Sacrificium verum & Deo pla- citum 140 item adulteri- um ibid.	Sapientia per quam mundus cōditus, mater est: sicut deus creator pater 146
Sacrificia omnia sobriè pera- genda 227	Sapientia vera nō habet amu- lum, sicut nec Isaac 142
Sacrificia Deo quæ gratissima 201	Sapientia tribus potissimum rebus acquiritur 504
Sacrificia ex præda, aut inhone- stè partis rebus, Deo non of- ferenda 201	Sapientia studium quàm pro- fundum 185
in Sacrificiorum ordinatione tria spectantur 136	Sapientia diuinæ fontes 412
Sacrificantibus vini vsus in le- ge interdictus 228	Sapientia officium. 52 m m Sap
à Sacris fiebat in omnibus a- ctionibus apud veteres ini- tium 208	
Salis natura 513	

INDEX

Sapientia lumen solare simile 372	Sarra Abrahamo copulata at legoria 370
Sapientia praecepta diuinitus sunt hominibus infusa 127	Satietas firmitate procreat 155
Sapientia studiosi quomodo super vim terrae ascendant 155	Saturitas petulantiae mater 170
Sapientia sufficit ea quae post deum sequuntur cognoscere 409	Sciamachi 144
Sapientia initium non obliui- sci sui ipsius 509	Scientia quid 383
Sapientia verae finis seipsum & omnem creaturam dam- nare stultitiae 353	Scientia filia rationis 382
Sapientia verae dona atque praem- ia 350	Scientia animae oculus 230
Sapiens Deus insipientis est, & homo Dei 163	Scientia oblivione continetur 148
Sapiens stulti est redemptio & merces 134	Scientia ab arte quomodo dif- ferat 384
Sapientis vita immortalis 145	Scientia lumini solari similis 372
Sapientis viri hereditas 451	Scientia ignorantiae contraria; eorumque pugna historia Io- sephi clare describitur 137
Sapientem eodem quo mundum ho- nore Deus dignatus est 116	Scientiarum fetus 384
Sapientes soli veri reges & pa- stores populi 170	Scientiarum fines inuestigare difficilimum 485, 486
Sapor quatenus visibilis 342	Scortationis poena 495
Sarra marito famulam copu- lat 333	Securitas amici 144
Sarra risus 39, 317	Sem vota facit Deo 246
Sarra ad maritum oratio 333	Sem omnis virtutis atque hone- statis radix 247
Sarra mors 332, 333	Semita quid 178
Sarra cur matrem non habuisse di- catur cum Isaacum ederet 217	Senarius numerus generatio- ni omnium aptissimus 2
Sarra muliebria non amplius habens, virilis est rationis typus 217	Senectus bona bonae tantum ho- minibus contingit 449
Sarra virtutem denotat, ex qua Abraham Isaac demisso cae- litus femine procreat, felici- tatis progeniem 147	Senes reuerenter tractandi 126
	Seniorum appellatio late in scripturis usurpatur 241
	Sennaar 281
	Sensus quid 267
	Sensus masculi & foeminae 131
	Sensus foeminae assimilatur 33
	Sensus nomine terram a Mose significari 35
	Sensus in homine patri simi- lis 145
	Sensus

IN PHILONEM.

Sensus quatenus visibiles 342	iungitur perfectissimis ibi.
Sensus obiecta infert intelle- ctui 261	Sermo mali hominis diuina nunquam potest interpreta- ri ibidem
Sensus quinque animae satelli- tes 281	Sermo obstetrix mentis, cogi- tationes parturientis ibid.
Sensus intellectui pariter, deo contumaces, nobis ipsis ascri- bendi 131	Sermo praesentissimum dolo- ris remedium 496, 497
Sensuum quinque rationes 321	Sermonis obscuritas unde na- scatur 451
Sensuum petulantia 169	Sermones cupiditatum stimu- li tollendi 138
Sensuum organa vitiorum ia- nuae 165	Serpens suapte natura animal est letiferum 65
Sensibus inhaerentes, eorum ser- ui sunt 172	Serpens cur ad Adamum vocem humanam edidisse dicatur 33
Separatio a confusione qui dif- ferat 302	Serpens Euae deceptor volu- pras 177
Sepphora obstetrix 430	Serpens primus, cur supra pe- ctus & ventrem ambulare a Deo in maledictionem iussus 75
Septenarius numerus omnium pacatissimus 307	Serpens cur a Deo maledictus 63
Septenarius numerus nec gi- gnit vllum numerum nec a quodam gignitur 37, 38	Serpens cur absque defensione a Deo execratus 64
Septenarij numeri in rebus cae- lestibus atque terrenis presen- tia 22, 23, 24, 25	Serpens aereus in deserto for- titudine 178
Septenario numero quae diui- nitus aguntur salutariter mo- uentur omnia 37	Serpens in via, quid significet ibidem
Septimus dies quae ratione a Deo sanctificatus 38	Serpentis natura & proprietates 32, 63
Sermo oris & mentis 172	Serpentis primi dira execratio 71, 344
Sermo hominis donum amplif- simum 451	Seruare in sacra scriptura quae significet 54
Sermo mentis interpret 346	Serui boni descriptio 416
Sermo armatura & arx homi- nis 497	Seruos decet silentium 416
Sermo laetus, proprius & per- spicuus, si cogitationibus re- cte & ordinate consentiat 158	Serin 495
Sermo perfectus cogitationibus.	Sichem Emoris filius 366
	m m ij Sider

I N D E X

Sidera non tantum animalia dicuntur, sed mentes etiam purissimæ	500	tur	169
Siderum cursus atq; natura	490	Spes quid	305
Siderum influxus æternus	36	Spes expectatio boni habendi	156.
Silentij commedatio	286.416	156. alimentum animarum	
Silere & loqui coniuncta sunt	153.154	virtutem amantium, & hostis pigritiæ	ibidem
Someoneis typus	222	Spei autor ipsa natura	305
Sobrietatis præcepta	393	Spiritus imago Dei	150
Sobrietatis commedatio	227	Spiritus & flatus quomodo differant	41
Sobriorum ebrietas	229	Spiritus Dei quid	250
Societas maleficij causa nequaquam ineunda	213	Spiritus Dei cur ab hominibus interdum auferatur	251
Socratis philosophi dictum	491	Spiritus Dei varia nomina ibidem	
Sodomitarum iniquitates	282	Spiritus pro aere	250
319.320.406		Spuriis ecclesia Dei interdicta	296
Sodomitici agri fertilitas	330	Stellæ in quem usum à Deo conditæ	10.11
Sol mundi rex & gubernator	10	Stellæ unde revera splendorem suum accipiant	6
Solis cursus perpetuus	396	Stirpium natura diversa	188
Solis in sacris literis variæ significationes	494	Stirpium species in animalium usum à Deo productæ	190
Solitaria vitæ commendatio	314.430	Studium certum unusquisque sequi debet	139
Solonis de ætatu omnium differentia carmen	21	Stultitia semper moritur, & ratamen nunquam moritur	165
Somnus quid	445	stuporis insidiatrix cæca ignorantia	211
Somnia à Deo mittuntur hominibus	485.06	Substantiæ divisio	182
Somniorum interpretatio	465.467	Suffragium sacrificiorum	438
Sophistica veritatem expugnare conatur	137	Suberbia spiritualis abominatur à domino	294
Sophistæ Aegyptiorum	511	Superbiæ remedia	509.510
Sophistarum imposturæ	181	Sur fons	389
Sophistis eloquentia & sapientia resistendum	143	Sui munitio	414
Spadonibus interdictum ne ingrediantur ecclesiam	237	Sur via	ibidem
Spectacula cur tætopere amencantur	190.191	Sursum vocati in sacris qui dicuntur	190.191

Sus

X E D N I

Sus cur inter animalia impura non numeretur	183	Terra in creatione rerum cur prior germinarit, cælum autem postea sit ornatum stellis	8
Syria	372	Terra aquis purgari quomodo dicatur	164-
Synonymia	207	Terra quo aperiatur os suum	153
Syriæ nomine quid in sacris intelligendum	56	Terræ operarius ab agricola differt	105.166
Syriæ fames	315	Terræ filij	195
Syrus	394	Terram operari quid in Terram confugere quid	121
T Abernaculum Dei	381	Testimonium quomodo dicendum	295
Tabernaculum testimonij, extra castra	162.	Tetrapharmacum	301.302
humanæ virtutis figura	163	Thamar vidua	272
Tabernaculi typus	227	Thamar Iudæ sponsa	65
Tabulæ legis duæ	434	Thamar idem quod palma	272
Tantali supplicium	447	Thamna concubina Eliphæ	373
Temetum	207	Tharra Chaldæa relicta cur Charras migrasse	489
Temperantia vera & falsa	140	Tharra in Charris mortuus	490
Temperantia omnibus hominibus à Deo præcepta	51	Tigris fluvius	45
Temperantia via recta graditur	178	Tigris flu. cur contra Assyrios fluere à Mose dicatur	40
Temperantiæ perpetuum cum voluptate bellum	33	Timor quid	305
Temperantiæ symbolum ibidem		Timor, futuri mali expectatio	156
Temperantiæ vocabulum quam latè accipiatur	301	Timor & spes res inter se infestissimæ.	305
Templa Dei	510	Timiditati semper fortitudo aduersatur	49
Temporis divisio	11.12.120	Torques honoris gloriæ atque poenæ signum	470
Tempus quid	5	Transitus festum	339
Temulentia bono viro fugienda	207.208	Tribus duodecim	412
Temulentia nomine quid scriptura denotet	236	Trist. presentis mali usus	157
Tenebræ in creatione mundi qual e fuerint	6	Turturis sacrificium	430
Terra fecundissima rerum omnium mater	27.260.261	Typhi cultus	222
Terra mundi centrum	279	m m iij Tyrannus	

INDEX

Tyrannus	171	fit	175.179
Tyrannus à rege in quibus dif- ferat	66	Viuendi vocabulū quomodo in scriptura accipiatur	342
Tyranni veri descriptio	299	Viduae diuino mandato nequa quam lædendæ	388
Vacuū nullum in rerū natura	189	Vinum immodicè sumptum veneno comparatur	213
Vasa sacrificij	166	Vinum malas interdum affe- ctiones temperat	109
Venefici Dei verbo operę repu- pugnant	347	Vinum non in eodem nūc quo olim est vsu	208
Venter voluptatū omnium re- ceptaculum	76	Vini vocabulum variè à Mose vsurpatum	210
Verbum inuisibile, quo cuncta creata sunt, fuit vera Dei imago	5	Vini verus atq; legitimus vsus	208
Verbum Dei rori simile	80	Vini immodicè sumpti perni- ties	206
Verbo Dei creatus mundus	4	Vini vsus sacrificantibus in le- ge quatenus interdicitur	228
Verbi Dei officium & vtilitas	507	Vini vsus quibus à Mose inter- dictus	210
Verbi Dei dignitas & antiqui- tas	82	Vir probus eloquiorum & te- stamenti Dei custos est	148
Verbi Dei fructus & efficacia	81	Viri ciuilis officia	453
Veritas, sacrificium Deo placi- tum	140	Virorum studia	167
Veritatem nudam Dei cultores sectantur, reiectis conie- cturis ac fabulis	117	Virilis ætas	22
Vestis in sacris literis multa si- gnificat	496.497	Virtus quid	45
Vestem scindere sacerdotibus prohibitam	403	Virtus rationis filia	259
Vicissitudo est rerum in mun- do omnium	277.469	Virtus res serotina	451
Victima vera in Isaaco cerni- tur	232	Virtus masculus animæ fœtus	131
Victimarū sanguinis distribu- tio à Mose facta	436	Virtus res mitis atq; benigna	375
Victoria ex Iouis capitenata	20	Virtus propter seipsam est co- lenda	80
Victoria præstantissima qua		Virtus immortalis est	149
		Virtus absq; diuino fauore nõ est idonea ad aliquem iuuā- dum	147
		Virtus quævis pro dignitate tract	

IN PHILONEM.

tractanda	140	solent	155
Virtus nihil immansuetum admittit	193	Virtutes Deo, vitia nobis attri- buenda	130
Virtus immansuetæ uxori com- paratur	118	Virtutes cardinales quatuor paradisi fluminibus compa- rantur	45
Virtutis præmia	368	Virtutes quædam natura ita discretæ, vt communicari nequeant	130
Virtutis natura	316.317	Virtutes, exercit⁹ Dei sunt	175
Virtutis officium	244	Virtutes oēs cur habeant ap- pellationes fœmininas	395
Virtutis encomium	451	Virtutum ordo	46.47
Virtutis sanctissima consilia	316	Virtutum omnium inter se cõ- centus	221.303
Virtutis cultores diuersi & qui nam ex his cū voluptariis cõtendere audeat	143.144	Virtutum actiones	125
Virtutis præcepta	392.393	Virtutum immortalitas	310
Virtutis amicus cum Caimo bellum gerit	163	Virtutum diuersarū officia	45
Virtutis sectatorem quid de- ceat	499	Vifus nihil absq; mente perci- pit	62
Virtutis omnis initia ab Edē sumuntur	45	Vifus ad veritatis confirmatio- nem magis idoneus quàm auditus	296
Virtutis via ardua, sed dulcis fructus	229	ex Visu solo omnis philoso- phia & sapientia habet ini- tium	323
Virtutis studiosus deliciis fru- itur	156	Vita in Deo felicissima	145
Virtutis & voluptatis perpe- tua monomachia	470	Vita mali & sapientis quātum differant	ibidem
Virtutis veri meditatores	141	Vitæ ciuilis institutio	460
Virtutis studium qua ratione amplectendum	187	Vitæ tria genera	420
Virtuti in omnibus actionib⁹ obtemperandum	96.212	Vita hominis somnio similis	499
Virtutem in confusanea vita inuenire possibile	408	Vitæ honestæ præcepta	392
Virtutem qui sequuntur, à cor- poreis ad sublimia se conse- ruunt	141	Vitæ immortalis definitio	396
Virtutes cibus animæ solidior	166	Vitiū, pfecta est corruptio	164
		Vitium nunc in motu, nunc in statu consideratur	245
		Vitium animæ morbus perni- tiosissimus	244
			Vitia

INDEX IN PHILONEM.

Vitia vt tollas, horum recepta	Voluptatis sedes & habitatio
cula sensus castiga, aut etiã	72
rolle	165
Vitia virtutes imitantia	140
Vitiorum innumerabilis mul-	Voluptatis proprium est deci-
tudo vnde nata	281
Vituli ex auro conflati adora-	pere
tio & typus	226
Volatilium prima creatio	13
Voluptas mentē subiugat	34
Voluptas nimia mentem cor-	Voluptas sensui inimica
rumpit	178
Voluptas serpens fuit Eux de-	Voluptatis detestatio
ceptor	ibidem
Voluptatis carnalis & scientiæ	Voluptatum poenæ
contrarietas	273
Voluptatis via ea est, quæ om-	Votum quid
nibus est communis	178
Voluptatis affectuum in cor-	Vota per Sem facta
pore defendendo argumen-	130.131
ta	142
Voluptatis nūquam otiosæ na-	Vota absq; cunctatione domi-
tura	79
	no reddenda
	121
	Vox quatenus visibilis
	342
	Vrbium condendarum ratio
	23
	Vrsa maior
	ibidem
	Vrsa fidus cæleste
	ibidem
	Vsura in populo Dei prohibi-
	ta
	495
	Vulua quid significet mysticè
	130.131
	Z Elpha
	370
	Z Zelphæ filij
	270
	Zodiacus
	412
	Zonæ cælestes
	432

FINIS.

L V G D V N I,

Excudebat Nicolaus Petronillus.

1561